2.timoth.2.d diaboli laqueis. Quis eñ scit ne forte det illis deus penitentiam ad cognoscendam et cōfitendam ⁊ pdicandā etiam veritatem damnandāq; veraciter damnabilē falsitatem? Quoquo mō aūt se habere isti velint / multis tamē misericordia domini esse cōsultum: qui eos propterea sectabant / quia catholice cōmunioni videbant esse sociatos: dubitare non possum⁹. Quomō autē pelagius tēptauerit obrepere ad fallendū etiā apostolice sedis episcopale iudiciū in hac ipsa questione de baptismate paruulorū / diligenter attēdite. In litteris eñ quas romam misit ad beate memorie papam innocentiū: qm̄ eum in corpore non inuenerunt ⁊ sancto pape zosimo date sūt / atq; ad nos inde directe: dicit se ab hominibus infamari / q̄ neget paruulis baptismi sacramentum: ⁊ absq; redēptione christi aliquib⁹ celorum regna ꝓmittat. Sed non sic illis hec obijciuntur vt posuit: Nam neq; paruulis negant baptismi sacramentum: neq; absq; redemptione christi aliquib⁹ celorū regna ꝓmittūt. Itaq; vnde se querit infamari / eo modo ꝓposuit / vt facile posset crimini obiecto saluo suo dogmate respōdere.

Quid pelagio obiectum sit: ⁊ de eius dolo: Ca.XVIII.

Obijcitur autē illis / q̄ non baptizatos paruulos nolūt dānationi pmi hominis obnoxios confiteri / ⁊ i eos transisse originale peccatum regeneratiōe purgandum: Quoniam propter accipiendum regnum celorū tātūmodo eos baptizandos esse cōtendunt: quasi preter regnū celorum habere nisi eternam mortē possint qui sine participatione corporis et sanguinis dñi eternam vitam habere nō possunt. Ecce qd̄ eis obijcit de baptismo paruulorū: non q̄ ipse ita ꝓposuit: vt posset sue ꝓpositioni quasi aduersantis obiectioni sm̄ sua dogmata respōdere. Deniq; quomodo respōdeat aduertite: ⁊ videte latebras ambiguitatis falsitati preparare refugia / offundendo caliginem veritati: ita vt etiam nos cum primum ea legimus / recta vel correcta propemodum gauderemus. Sed latiores disputationes eius in libris vbi se quātulibet operiat / plerūq; aperire cōpellitur: fecerunt nobis et ista suspecta: vt attentius intuētes inueniremus ambigua. Cum enim dixisset: nunq̄ se vel impiū aliquē hereticū audisse / qui hoc quod ꝓposuit de paruulis diceret: deinde subiecit atq; ait: Quis enī ita euāgelice lectionis ignarus est / qui hoc nō modo affirmare conet / sed qui vel leuiter dicere / aut etiam sentire possit? Deinde quis tam impius: qui paruulos exortes regni celorum esse velit: dū eos baptizari ⁊ in christo renasci putat?

Q ad rem non ptineat pelagij ad obiecta responsio: Ca.XIX.

Frustra ista dicit: Non inde se purgat: In regnū celorū sine baptismo paruulos intrare non posse: nec ipsi aliquādo negauerūt. Sed nō inde questio est. De purgatiōe originalis pcti in paruulis questio est. Inde se purget / qui nō vult fateri lauacrū regenerationis in paruulis habere quod purget. Et ideo cetera que dicturus est attēdamus. Post interpositum
eñ ex euangelio testimoniū: q̄ nisi renatus ex aqua et spūsctō / regnum celorum nullus possit intrare / vnde illis vt diximus nulla sit questio: secutus adiunxit dicēs: Quis ille tam impius ē / qui cuiuslibet etatis paruulo interdicat cōmunem humani generis redemptionem? Et hoc ambiguū est / quale dicat redemptionem: Utrū ex malo ad bonum: an ex bono ad melius. Nam ⁊ celestius apud carthaginē in libello suo confessus est redemptionem paruulorum: et tamen noluit confiteri ex adam in eos transisse peccatum. Job.3.a.

In quibus verbis dolum occultauerit: Ca.XX.

Sed quid deinde iste subiūgat aduertite: Et in perpetuā inquit certāq; vitam renasci vetet eum qui natus sit ad incertā: id est / quis tā impius est / vt vetet renasci ad perpetuam certamq; vitā eum qui natus sit ad incertam? Hec verba quādo primitus legimus / credidimus eū incertam vitam istam voluisse dicere tēporalem: q̄uis nobis videret magis eam mortalem dicere debuisse q̄ incertam: eo q̄ certa morte finiatur: Tamen q̄diu ducit / quoniā momentis omnibus esse non dubitatur incerta: nihil aliud eum putauimus q̄ istam mortalē vitam maluisse dicere incertam: Ac per hoc q̄uis eternam mortem paruulorum sine baptismatis sacramento ex hac vita migrātiū aperte noluerit cōfiteri: tamē de illo sollicitudinem nostrā quasi certa ratiocinatio solabat. Dicebam⁹ eñ: Si perpetua vita sicut cōfiteri videtur nisi

eorũ qui baptiçati sũt nõ poteſt eſſe: pro fecto eos qui nõ baptiçati moriunt mors perpetua conſequetur: Quod nulla iuſtitia poteſt accidere his a quibus in hac vita nulla peccata commiſſa ſunt/ niſi originale peccatum.

De nodoſo modo loquendi/ qui multos etiam fallere potuit: Ca. XXI.

A Sed poſtea nõ deſu/ erunt fratres qui nos admonerẽt: hoc ideo dicere pelagium potuiſſe: quia de iſta queſtione ita perhibetur ſolitus reſpondere querentibus/ vt diceret: Sine baptiſmo paruuli morientes quo non eant/ ſcio: quo eant/ neſcio: id eſt/ nõ ire in regnum celorũ ſcio: quo vero eant ſe neſcire dicebat: aut dicit/ quia dicere non audebat in mortem illos ire perpetuam/ quos et hic nihil mali commiſiſſe ſentiebat/ et originale traxiſſe peccatum non conſentiebat. Itaq3 et iſta eius verba romam pro magna eius purgatione tranſmiſſa/ tam ſunt ambigua/ vt poſſint eorum dogmati prebere latibula: vnde ad inſidiandum proſiliat hereticus ſenſus: quãdo nullo exiſtẽte qui valeat reſpõdere: tanq3 in ſolitudine aliquis inueniẽ infirmus. Jam vero in libro fidei ſue/ quem romam cum ipſis litteris miſit ad eundẽ papam innocentium: ad quẽ etiam epla3 ſcripſerat/ multo euidentius ſeipſum tegẽdo nudauit/ dicens: Baptiſma vnũ tenemus: qḋ hiſdẽ ſacramenti verbis in infantibus quibus etiã in maioribus dicimus eſſe celebrandum. Non ſaltem dixit eodẽ ſacramẽto: qḋ quidẽ ſi dixiſſet/ adhuc eſſet ambiguũ: ſed hiſdẽ inquit ſacramenti verbis/ tanq3 infantibus remiſſio peccatorum verborũ ſonitu diceret: nõ rerũ ageretur effectu. Uiſus eſt tamen ad tempus aliquid dicere/ quod fidei catholice conueniret: ſed illam ſedem vſq3 in finem fallere nõ preualuit.

B Poſt reſcripta quippe africani concilij: in quã prouinciam quidẽ doctrina illa peſtifera ſerpendo peruenerat: ſed eam non tam late occupauerat altecq3 puaſerat: alia quoq3 ipſius in vrbe roma/ vbi diutiſſime vixerat: atq3 in his fuerat prius ſermonib9 contentionibuſq3 verſatus: cura fidelium fratrũ prolata pa tuerunt: que litteris ſuis quas conſcripſit per orbem catholicum perferendas/ papa zoſimus execranda ſicut legere poteſt/ atexuit: Ubi pelagius epiſtolã pauli apoſtoli ad romanos velut exponens argumentatur et dicit: Si adã peccatum etiã3 nõ peccantibus nocuit: ergo et chriſti iuſticia etiam non credentibus prodeſt. Et cetera huiuſmodi/ que omnia domino adiuuante in libris quos ſcripſimus de baptiſmo paruulorũ/ refutata et diſſoluta ſũt. Et ea quidem in ipſis quaſi expoſitionibus non ex ſua perſona eſt auſus obijcere: ſed ibi hoc dicebat vbi multis notiſſimus erat: et quid ſentiret ac diceret/ latere nõ poterat. Quod in libris illis/ de quorum primo quiddã ſupra commemoraui: nõ diſſimulanter/ ſed apertiſſime quantis poteſt diſputandi viribus ait: vt natura humana in paruulis nullo modo ex propagine viciata credatur: cui arrogãdo ſalutẽ inuidet ſaluatorem.

Ut hereſis aliquando proſit in eccleſia: et de alia quadam pelagij excuſatione: Ca. XXII.

A Ec cum ita ſint: cumq3 iam conſtet dogma extitiſſe peſtiferũ et hereticum errorem: quẽ dño adiuuante apertius iam deuitat eccleſia: duob9 iſtis pelagio ſcilicet et celeſtio/ aut in locũ penitentie redactis: aut ſi id recuſauerint omnino damnatis: qui huius peruerſitatis auctores/ vel perhibentur/ vel etiam probantur: vel certe ſi auctores non ſunt/ ſed hoc ab alijs didicerunt: aſſertores tamen atq3 doctores/ per quos id latius reptaret et creſceret/ et verbis et litteris ſuis/ et cõpetentib9 indicijs et fama: ex his omnib9 ſurgente et crebreſcẽte iactanẽ: quid reſtat/ niſi vt quiſq3 catholicus pro viribus quas ſumit a dño/ redarguat iſtam peſtem: eiq3 vigilãter obſiſtat: vt cum reſpõdendi neceſſitate ſine ſtudio cõtentionis pro veritate certaẽ/ inſtruantur indocti: atq3 ita in eccleſie conuertaẽ vtilitatẽ/ qḋ eſt inimicus in perniciem machinatus: iuxta illud apoſtoli: Oportet et hereſes eſſe: vt probati manifeſti fiant inter vos. 1. Cor. 11. b. Quapropter poſt multa que aduerſus iſtũ errorẽ inimicũ gratie dei/ quã per ieſum chriſtũ dñm noſtrũ puſillis magniſq3 largiẽ/ ſcribendo diſputare potuim9: nũc illud oportet excutere/ q3 volentes hereſeos aſtute inuidiã declinare: aſſerũt iſtam pter fidei periculum eſſe queſtionem: vt videlicet ſi in ea fuerint exorbitaſſe cõuicti: nõ criminaliter/ ſed quaſi ciuiliter erraſſe videanẽ.

B Sic eñ celeſtius apud carthaginẽ geſtis

ecclesiasticis est locutus: Jam inquit de traduce peccati dixi: quia intra catholicā constitutos / plures audiui destruere: nec non et alios astruere: licet questionis res sit ista / nō heresis. Infantes semp dixi egere baptismo / ac debere baptiçari. Quid querit aliud? Ita hoc dixit / tanq̄ significare voluerit tūc fuisse heresim iudicandā si baptiçari debere negaret infantes: Nūc vero quoniā baptiçandos fatet / etiam si causam baptismatis eorū nō eam dicat / quā veritas habet / sed que ad fidem non pertinet: nō se arbitrat errare: et ideo non esse hereticū iudicandū.

De questionib⁹ difficiliorib⁹ / que salua fide possint nesciri: (Ca. XXIII.

A Item in libello quē rome dedit / cū fidem suam a trinitate vnius deitatis vsq͂ ad resurrectionē qualis futura est mortuorū: de quibus eum nullus interrogauerat: et vnde illi nulla questio mouebat / quātum dicere libuit explicasset: vbi ad id qđ agebatur ei⁹ sermo peruenit: Si que vero inquit p̄ter fidem questiones nate sunt: de quib⁹ esset inter plerosq͂ cōtentio: nō ego quasi auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate statui / sed ea que de prophetarū et apostolorū fonte suscepi / vestri apostolatus offerimus pbanda esse iudicio: vt si forte vt hoibus quispiā ignorantie error obrepserit: nr̄a scientia corrigat. Nempe perspicitis id eum egisse hac plocutione p̄missa: vt si quid in illo apparuisset erroris: nō in fide / sed in questionibus que sunt p̄ter fidē videret errasse: vbi etsi corrigēdus est error: nō tamē tanq̄ heresis corrigatur: et qui correptus fuerit: ita dicat errare / vt non tamen hereticus iudicet.

B Sed multū eū ista fallit opinio. Lōge aliter se habent questiones iste quas esse p̄ter fidem arbitrat: q̄ sunt ille in quibus salua fide qua christiani sumus: aut ignoratur qđ verū sit / et sētētia definitiua suspēditur: aut aliter q̄ est humana et infirma suspitione conijcit.

Questiones preter fidem. Veluti cū querit: qualis / vel vbi sit paradisus vbi cōstituit de⁹ hominem quē formauit ex puluere: cū tamen esse illum paradisum fides christiana nō dubitet. Vel cū querit / vbi sit nūc helias vel enoch: an ibi / an alicubi alibi: q̄s tñ nō dubitam⁹ in quib⁹ nati sunt corporib⁹ viuere. Vel cū querit / vtrū in corpore an

2.Cor.12.a. extra corpus in tertiū celū sit raptus apostolus: quāq̄ sit ista impudens inquisitio id scire volentiū: qđ se ille cui hoc p̄stitum est salua vtiq͂ fide nescire testatur. Vel q̄t sint celi / in quorū tertiū se raptū esse cōmemorat. Vel vtrū elemēta mūdi huius cōspicabilis quattuor / an plura sint. Quid faciat solē lunā ve deficere: his defectibus q̄s p̄dicere astrologi certa tēporū dinumeratione cōsueuerunt. Cur antiqui homines tamdiu vixerint: q̄ sctā scriptura testat: et vtrū pportione longioris etatis filios sera pubertate gignere ceperint. Vbi potuerit matusalē viuere / qui in arca non fuit: qui sicut in plerisq͂ codicibus et grecis et latinis numerant anni: reperitur supuixisse diluuio: vel vtrū paucioribus / qui rarissimi inueniunt / potius credendū sit: in quibus ita est numerus conscriptus annorum / vt ante diluuium defunctus fuisse mōstret. Quis enim non sentiat in his atq͂ huiusmodi varijs et innumerabilibus questionibus: siue ad obscurissima opera dei: siue ad scripturarū abditissimas latebras pertinentibus: quas certo aliquo genere complecti ac definire difficile est: et multa ignorari salua christiana fide: et alicubi errari sine aliquo heretici dogmatis crimine.

De fide mediatoris in antiq̄s patribus: Ca. XXIIII.

A Sed in causa duorū hominū / quorū per vnū venūdati sumus sub peccato: per alterū redimimur a peccatis: per vnum p̄cipitati sum⁹ in mortem / per alterū liberamur ad vitā: quoniā ille nos in se perdidit faciendo voluntatē suam / non eius a quo factus est: iste nos in se saluos fecit: non faciendo voluntatem suam sed eius a quo missus est: In horum ergo duorum hominum causa / pprie fides christiana consistit. Vnus est enim deus / et vnus mediator dei et hominum homo christus iesus: 1.timoth.2.b.

Quoniam non est aliud nomen sub celo datum hominibus / in quo oporteat nos saluos fieri: et in illo definiuit deus fidem omnibus suscitans illum a mortuis. Act.4.b.

Itaq͂ sine ista fide / hoc est sine fide vnius mediatoris dei et hominum hominis christi iesu: sine fide inq̄ resurrectionis eius / quam deus hominibus definiuit: que vtiq͂ sine incarnatione eius ac morte non potest veraciter credi: sine fide ergo incarnationis et mortis et resurrectionis christi: nec antiquos iustos / vt iusti essent a peccatis potuisse

mūdari/ et dei gratia iustificari/ veritas christiana non dubitat: siue in eis iustis quos sancta scriptura cōmemorat: siue in eis iustis quos quidem illa non cōmemorat: sed tamen fuisse credendi sunt/ vl' ante diluuium/ vel inde vsq ad datam legem: vel ipsius legis tempore: non solum in filijs israel / sicut fuerunt prophete/ sed etiam extra eundem po-

B pulum / sicut fuit iob. Et ipsorum enim corda eadem mūdabantur mediatoris

Roma.5.e. fide: et diffundebatur in eis charitas per

Joh.3.b. spiritumsanctū/ qui vbi vult spirat: non merita sequens/ sed etiam ipsa merita faciens. Non enim dei gratia erit vllo mo

Roma.5.c. do / nisi gratuita fuerit omni modo. Quāuis ergo mors regnauerit ab adā vsq ad moysen: quia non eam potuit vincere nec lex data per moysen: non enim data est que posset viuificare / sed que mortuos quibus viuificandis esset gratia necessaria: non solum peccati propagatione et dnatione prostratos/ verūetiam ipsius legis addita preuaricatione conuictos deberet ostendere: non vt periret quisquis hoc in dei misericordia etiam tunc intelligeret/ sed vt per regnum mortis ad supplicium destinatus: etiam sibiipsi per preuaricationem legis manifestatus/ dei quereret adiuto-

Roma.5.d. rium: vt vbi abundauit peccatum/ superabūdaret gratia: que sola liberat a corpore mortis huius.

Quō in sanctis veteris testamēti grā dei viguerit: Ca.xxv.

A Qamuis ergo nec lex per moysen data potuerit a quoq homine regnū mortis auferre: erāt tamē et legis tempore homines dei: nō sub lege terrente/ conuincēte/ puniente/ sed sub gratia delectante/ sanante/ libe-

Ps.50. rante. Erant qui dicerēt: Ego in iniquitatibus conceptus sum / et in peccatis

Ps.37. mater mea me in vtero aluit. Et / Non est pax in ossibus meis a facie peccatorum meorum. Et/ Cor mūdū crea in me deus / et spiritum rectum innoua in visce-

Ps.50. ribus meis. Et/ Spiritu principali cōfirma me: et spiritū sanctum tuū ne aufe-

Ps.115. ras a me. Erāt qui dicerēt: Credidi propter qd locutus sum. Eadem quippe et ipsi mundabantur fide/ qua et nos. Vn-

2.Cor.4.c. de et apostolus dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei: scdm qd scriptū ē: Credidi propter qd et locutus sum: et nos credimus propter qd et loquimur. Ex ipsa fide dicebat: Ecce virgo in vte- Esa.7.c.

ro accipiet/ et pariet filium/ et vocabitur nomen eius emanuel: qd est interpretatum nobiscum / deus. Ex ipsa fide de ipso dicebatur: Et ipse tanq sponsus proce- Ps.18.

dēs de thalamo suo exultauit vt gigas ad currēdam viam: a summo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad summum celi: et non est qui se abscondat a calore eius. Ex fide ipsa ipsi dicebatur: Thronus tuus deus in seculum seculi: Ps.44.

virga directionis virga regni tui: Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te de' deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Eodē spiritu fidei a b illis hec futura videbantur/ quo a nobis facta creduntur. Neq enim qui nobis ista fideli dilectiōe prophetare potuerunt / eorum ipsi participes non fuerūt. Et vnde est quod dicit apostolus petrus: Quid tēptatis deū/ Act.15.c.

imponere iugum supra collū discipulorum/ qd neq patres nostri/ neq nos potuimus portare: sed per gratiam domini iesu credimus salui fieri quēadmodū et illi: nisi quia et illi per gratiam domini iesu christi salui facti sunt: non per legē moysi: per quā non sanatio / sed cognitio est facta peccati? Nūc autē sine lege Roma.3.c.

iusticia dei manifestata est: testificata p legem et prophetas. Si ergo nunc manifestata est: etiam tunc erat / sed occulta. Cuius occultationem significabat templi velum: quod est ad eius significandam reuelationem christo moriente Matth.27.f.

conscissum. Et tūc ergo ista gratia vnius mediatoris dei et hominū hominis 1.timoth.2.b.

christi iesu/ erat in populo dei/ sed tanq in vellere pluuia: quā non debitam/ sed Judic.6.g.

voluntariam segregat deus hereditati sue/ inerat latens: nūc autem velut siccato illo vellere/ hoc est iudaico populo reprobato in omnibus gentibus/ tanq in area cernitur patens.

Qr homines tempore legis nature gratia dei eguerint: (Ca.XXVI.

N On igitur sic ut pelagius et eius discipuli tēpora diuidamus: dicentes primum vixisse iustos homines ex natura: deinde sub lege: tertio sub gratia. Ex natura scilicet ab adam tam longa

etate/qua lex nondū erat data: Tūc eñ aiunt/duce ratione cognoscebatur creator: ꝛ quemadmodum esset viuendum scriptum gerebatur in cordibus: non lege litterę/sed naturę: Uerum vitiatis moribus inquiunt/vbi cępit non sufficere natura iam decolor/lex ei addita est: qua velut luna fulgori pristino detrita rubigine videretur. Sed posteaꝗ̄ nimia sicut disputant/peccandi consuetudo preualuit: cui sanandę lex parum valet: christus aduenit: et tamꝗ̄ morbo desperatissimo: non per discipulos/ sed per seipsum medicus ipse subuenit. Hec disputantes/a gratia mediatoris iustos excludere conantur antiquos: tanꝗ̄ dei et illorum hominum non fuerit mediator homo christus iesus: quia nondum ex vtero virginis carne susceptam/homo nondum fuit/quando illi iusti fuerunt. Quod si ita esset: nequaꝗ̄
1.Cor.15.c. apostolus diceret: Per hominē mors: ꝛ per hominem resurrectio mortuorum: Sicut enim in adam omēs moriuntur: sic et in christo omnes viuificabuntur: quandoquidem illi antiqui iusti/ scđm istorum vaniloquia sibi sufficiente natura/nec mediatore homine christo indiguerunt per quē reconciliarent̄ deo: nec in eo viuificabuntur/ad cuius corpus et membra/ ſm id qđ propter homines homo factus est: non pertinere monstrantur. Si autē quemadmodum ꝑ apostolos suos veritas loquitur: Sicut in adam omnes moriuntur/ sic et in christo omnes viuificabuntur: quia per illū hominē mors/et ꝑ istū hoiem resurrectio mortuorum: quis audeat dubitare christianus/etiam illos iustos qui recentioribus generis humani temporibus deo placuerunt: ideo in resurrectionem vitę eternę/non mortis eternę esse venturos: quia in christo viuificabuntur: Ideo aūt viuificari in christo/quoniam ad corpus pertinēt christi: ꝛ ideo pertinere ad corpus christi: quia ꝛ ipsis caput est christus? Ideo et ipsis ca-
1.Cor.11.a. 1.ad.Timo.2.b. put esse christum: quia vnus mediator est dei et hominū/homo christus iesus: Qđ eis non fuisset/ nisi in eius resurrectionem per eius gratiā credidissent. Et hoc quomodo fieret/si eū in carnē venturum esse nescissent: neqꝫ ex hac fide iuste pieqꝫ vixissent? Nā si propterea illis non profuit incarnatio christi/quia nōdum facta erat: nec nobis prodest iudiciū christi de viuis ꝛ mortuis/ quia nōdum factum est. Si autem nos per huius nondum facti/sed futuri iudicij fidē stabimus ad dexteram christi: profecto illi per incarnationis eius tunc nondū factę/sed futurę fidem mēbra sunt christi. Neqꝫ enim putandū est/ ꝙ antiquis iustis sola quę semp erat diuinitas christi/non etiam quę nondū erat eius humanitas reuelata profuerit.

Intellectus verborum christi: Abraam vidit diem meum: (Ca. XXVII.

Aliud enim quod ait dominus iesus: Abraam concupiuit diem meum videre: et vidit ꝛ gauisus est: si diem suū voluit suum tempus intelligi: testimonium profecto perhibuit abraam ꝙ fide fuerit incarnationis eius imbutus. Ioh.8.g. Secundum hunc enim habet tempus: diuinitas vero eius omne tempus excedit: quia per illum vniuersa facta sūt tempora. Quod etsi quisꝙ̄ de die sempiterno accipiendū putauerit: qui nullo finitur crastino: nullo preuenitur hesterno: hoc est de ipsa ęternitate/in qua coęternus est patri: quomodo id vere cōcupisceret abraam/nisi eius nosset futuram mortalitatem cuius quęsiuit ęternitatem? Aut si ad hoc aliquis horum verborum sensum coartat: vt dicat nihil intelligendum in eo quod ait dominus: quęsiuit diem meum/ nisi quęsiuit me qui sum dies permanēs: hoc est lumen indeficiens: velut cum dicimus: vitam filij/de qua loquitur euāgelium dicens: Sic dedit et filio vitam habere in semetipso: non aliud ipsum/ aliud eius vitam: sed eundem ipsum filium intelligim⁹ vitam: qui dixit: Ego sum via/veritas ꝛ vita: Et de quo dictū est: Ipse est verus deus et vita ęterna: vt hanc eius ęqualem patri diuinitatē videre cupiuerit abraam/ nequaꝗ̄ incarnationis eius pręcognita: sicut eum nōnulli etiā philosophi quęsiuerūt: qui nihil de illius carne didicerunt. Ioh.5.d. Ioh.14.a.

De fide abrae iubentis seruum suū manum ponere sub femore eius: Ca. XXVIII.

Gen.24.a. Unquid et illud / q̄ iubet abraam ponere manum seruum suum sub femore suo: et iurare per deum celi/ aliter quisq̄ recte intellecturus est: nisi abraam scisse in qua venturus esset deus celi/carnem de illo femore propagari? Cuius carnis et sanguinis/ quādo ipsum abraam
Gen.14.d. benedixit melchisedech etiam testimoniū christianis fidelibus notissimum protulit: vt tanto post christo diceref in psalmis qd nōdū factū ē/s3 adhuc futurū: eadem tamē ipsa et patrū que nostra est fides vna can/
Ps.109. tabat: Tu es sacerdos in eternū/scdm ordinem melchisedech. In adam quippe inuenientibus mortem/per hoc prodest christus: qz est mediator ad vitam. Non autem per hoc mediator est q̄ equalis est patri ē: Per hoc em̄ quantū pater/tantū et ipse distat a nobis. Et quomō erit medietas/ vbi eade3 ipsa distantia est? Ideo apostolus non ait:
1.timoth.2.b. vnus mediator dei et hominum christus: sed homo christus iesus. Per hoc ergo mediator/per quod homo inferior patre/p qd nobis ꝓpinquior: superior nobis/per quod patri propinquior. Quod apertius ita di/
Phil.2.a. catur: Inferior patre/qz in forma serui: supe
1.Pet.2.d. rior nobis/qz sine labe peccati.

Qualis sit error pelagij/ an scilicet in fide: Ca.XXIX.

Quapropter quisquis humanā contendit in qualibet etate naturā/non indigere medico secūdo adā: qz non est vitiata in primo adam: nō in aliqua q̄stione in qua dubitari vel errari salua fide potest / sed in ipsa regula fidei qua christiani sumus / gratie dei conuincitur inimicus. Quale est autem q̄ ab istis illa que ante fuit/ velut adhuc minus malis moribus vitiata hominu3 laudatur natura / neq3 respiciūt tātis tamq3 intolerabilib9 peccatis
Gen.7.d. hoīes tūc fuisse submersos/ vt excepto vno homie dei τ eius cōiuge/tribusq3 filijs τ totidem nuribus iusto iudicio dei: sicut igne
Gen.19.e. postea terra exigua sodomorum / ita totus mūdus diluuio deleref? Ex quo tēpore igi/
Roma.5.b. tur per vnum hominem peccatum intrauit in mundum/ τ per peccatum mors/ et ita in oēs homines pertransijt/in quo omēs peccauerunt: profecto vniuersa massa perditionis facta est possessio perditoru3. Nemo itaq3/nemo prorsus inde liberatus est: aut
Al. saluatoris liberatur: aut liberabif/nisi gratia redemptoris.

De damno neglecte circūcisionis in paruulo: Ca.XXX.

Cante abraam quidem vtrum aliquo corporali τ visibili sacramento iusti vel coru3 paruuli signarentur/
scriptura nō exprimit. Ipse tamen abraam Gen.17.b.
signum accepit circūcisionis: signaculum Roma.4.b.
iusticie fidei. Et sic accepit/ vt deinceps etiam oēs paruulos domus sue circumcidere iuberetur recentissimos a visceribus matrū/octauo die natiuitatis eorum: vt etia3
hi qui corde ad iusticiam credere nondum Roma.10.b.
possent: iusticie tamen fidei signaculum sumerent. Quod sub terrore tanto est imperatum: vt diceret deus anima3 illam de suo populo perituram/cuius octauo die p̄putij circūcisio facta non fuisset. Huius ta3 horribilis pene iusticia si queraf: nōne istorum omnis de libero arbitrio et laudabili sanitate/et puritate nature quātūlibet arguta sit argumentatio /repercussa et cōfracta dissiliet? Quid enim mali queso paruulus ꝓpria voluntate cōmisit: vt alio negligente τ eū nō circūcidente ipse damnetur: damnatione tam seuera / vt pereat anima illa de populo suo? Neq3 em̄ tēporalis mortis terror incussus est/cum de iustis quando moriebātur/tunc potius diceref: Et ap/
positus est ad populum suum: vel apposi/ Gen.25.a.et
tus est ad patres suos: quoniam deinceps 49.d.
homini nulla tēptatio formidatur / que illum separet a populo suo: si populus eius ipse est populus dei.

De causa tāte comminationis: Ca.XXXI.

Quid sibi ergo vult pro nullo ꝓprie voluntatis admisso/ tanta damnatio? Neq3 enim sicut nōnulli s̄m platonicos opinantur: hoc vniuscuiusq3 infantis anime reddif quod
ante istam vitam sua voluntate commisit: Opinio pla/
quoniā haberet ante hoc corpus/vel bene/ tonicorum.
vel male liberū viuendi arbitrium: cū pau/
lus apostolus apertissime dicat: nondū na Roma.9.c.
tos nihil egisse boni vel mali. Unde ergo recte infans illa perditione punif/nisi quia pertinet ad massam pditionis: τ iuste intelligitur ex adam natus: antiqui debiti obligatione damnatus/nisi inde fuerit non s̄m debitum/ sed s̄m gratiā liberatus? Quam gratiā/nisi gratiam dei: per iesum christum
dominum nostrum? Quem profecto inter Roma.7.d.
cetera veterum sacramenta/etiam ipsa preputij circumcisio prophetauit. Dies enim octauus est in hebdomadarum recursibus dies dominicus: quo resurrexit dominus:

1.Cor.10.a. Et petra erat christus vnde circumcisionis cultellus petrinus: et caro preputij corpus peccati.

Qz mutatis sacramētis nō sint muta ta mediatoris auxilia. Ca.xxxii.

Mutatis proinde sacramētis, postea quam venit qui eis significabatur esse venturus: non tamen mutato mediatoris auxilio: qui etiam priusquam venisset in carne/antiquos sua mēbra liberabat sue
Col.2.c. incarnationis fide: et nos cum essemus mortui delictis et preputio carnis nostre/conuiuificati sumus christo: in quo circūcisi sumus circūcisione non manufacta: quam figurabat circumcisio manufacta: vt euacuaretur corpus peccati cum quo sumus ex adam nati: damnate originis propagatio nos damnat/nisi mundemur similitudine carnis peccati: in qua missus est sine peccato/ qui tamen de peccato damnauit peccatum: factus est pro nobis peccatum. Unde dicit
2.Cor.5.d. apostolus: Obsecramus pro christo/reconciliamini deo: Eū qui nō nouerat peccatū/ pro nobis peccatum fecit: vt nos simus iusticia dei in ipso. Deus ergo cui recōciliamur/ fecit eum pro nobis peccatum: id est sacrificium: per quod dimitterentur nostra peccata: quoniam peccata vocantur sacrificia pro peccatis. Et vtique ipse pro peccatis nostris immolatus est/nullum habens vitium: so-
Exo.12.a. lus in hominibus: quale querebatur tunc in pecoribus: quo significabatur vnus sine vitio ad vitia sananda venturus. Quocunque igitur die sue natiuitatis infans baptizetur in christo: tanquam in octauo circumciditur die: quoniā in illo circumciditur qui tertio quidem ex quo crucifixus est/ sed octauo in hebdomadibus resurrexit die. Circūciditur autem in expoliationem corporis carnis: id est vt debitum quod contagio carnalis generationis attraxit/gratia spiritalis
Job.25. regenerationis absoluat: Nullus enim mundus ē a sorde. Qua obsecro sorde/nisi peccati? Nec infans cuius est vnius diei vita super terram.

Quid in coniugio bonum: et vnde malum. Ca.xxxiii.

Hic autem argumentantur dicentes: Ergo malum sunt nuptie: et non est opus dei homo quem generant nuptie? Quasi nuptiarum bonum sit morbus concupiscentie: in quo vxores diligunt qui ignorant deum: Quod apostolus prohibet: Ac nō potius pudicitia coniugalis/qua in bonis vsus ordinate filios procreandi redigitur libido carnalis: Aut vero possit esse homo nisi opus dei: non solum qui de coniugio/verumetiam qui de fornicatione/vel de adulterio procreat. Sed in hac questione vbi queritur: non cui rei creator/ sed cui saluator sit necessarius: non intuendum est quid boni sit in procreatiōe nature/ sed quid in peccato mali: quo certum est vitiatā esse naturam. Simul aūt vtrumque propagatur/ et natura/et nature vitium: quorum vnum est bonum/ et alterum malum. Illud de conditoris largitate sumitur: hoc de originis dānatione attrahitur. Illi est causa bona voluntas dei summi: huic mala voluntas hominis primi. Illud indicat deum creature institutorem: hoc indicat deum inobedientie punitorem. Denique idē ipse christus propter illud creandum factor est hominis: propter hoc sanandum factus est homo.

Nuptiarum bonitas in quibus consistat: Ca.xxxiiii.

Bonum ergo sunt nuptie in omnibus que sunt propria nuptiarū. Hec autem sunt tria: generandi ordinatio: fides pudicitie: cōnubij sacramētum. Propter ordinationem generandi scriptum est:
Uolo iuniores nubere/filios procreare/ matresfamilias esse. Propter fidem pudicitie: 1.timoth.5.c.
Uxor nō habet potestatem sui coporis/sed vir: similiter et vir non habet potestatē sui 1.Cor.7.a.
corporis/sed mulier. Propter cōnubij sacramentū: Quod deus coniunxit/homo nō separet. De quibus in alijs opusculis nostris/ Matth.19.a.
que vobis non sunt incognita/ quantum domino adiuuante potuimus/ satis nos disse ruisse meminimus. Propter hec omnia: ho-
norabiles nuptie in omnibus/ et thorus Hebr.13.a.
immaculatus: Inquantum enim/nuptie bone sunt/ intantum faciunt plurimum boni/etiam de libidinis malo: quoniam libidine non bene vtitur libido/sed ratio. Libido est aūt in illa quā vocat apostolus repugnantem legi mentis inobedientium lege Roma.7.d.
membrorum. Ratio vero bene vtens libidine: ipsa est in lege nuptiarum: Nā si nullum de malo bonum fieri posset: nec deus ex adulterino cōcubitu hominem conderet. Sicut ergo adulterij damnabile malum/ quando/et inde homo nascitur: non imputatur deo qui certe in opere malo facit ipse opus bonum: Ita quicquid est pudēdum in membrorum illa inobedientia/de qua erubuerunt qui post peccatum folijs ficulneis eadem membra texerunt/ non nuptijs Gen.3.b.
imputatur: propter quos concubitus cōiugalis nō

solum est licitus/verumetiam vtilis et honestus: Sz imputatur peccato inobedie͂tie: cuius hec pena est cõsecuta/vt homo inobediens deo/sua quoq̃ sibi inobedientia membra sentiret: de quibus erubescens q̄ nõ ad arbitriũ volũtatis ei9/s ad libidinis incentiuũ velut arbitrio ꝓprio mouerent: que pudenda iudicauit/operienda curauit. Non enim confundi debuit homo de opere dei: aut vllo modo fuerant creato erubescenda/ que instituenda visa sunt creatori. Itaq̃ nec deo nec homini illa simplex nuditas displicebat/quãdo nihil erat pudendũ/q2 nihil ꝓcesserat puniendũ.

Quales ante peccatum nuptie extitissent: Ca.XXXV.

Essent autẽ proculdubio nuptie etiam non precedẽte peccato: quia neq̃ ob aliam causam viro adiutoriũ: non alius vir/ sed femina facta est. Et illa dei verba: Crescite et multiplicamini: non est damnãdorũ predictio peccatorũ/ sed fecundatarũ benedictio nuptiarũ. His enim deus ineffabilibus suis verbis: id est diuinis rationibus in sue sapientie/per quã facta sunt omnia/veritate viuẽtibus vim seminis indidit primis hoibus. Si autẽ peccato non fuisset dehonestata natura: absit vt opinemur tales futuras fuisse nuptias in paradiso/vt in eis ad prolem seminandã nõ natura volũtatis: sicut pes ad ambulãdum: man9 ad operandũ: lingua ad loquẽdum: sed estu libidinis membra genitalia mouerentur. Nec sicut nunc fit: virginitatis integritas ad cõcipiẽdos fetus/vi turbidi viciaretur ardoris/sed obsequeret imperio tranquillissime charitatis. Et eo modo nõ esset dolor z cruor virginis cõcũbentis: quomodo non esset etiam matris gemitus parientis. Hec ideo non creduntur/quia in ista mortalitatis cõditione inexperta sunt. In deterius quippe vitio mutata natura/ nõ inuenit prime illius puritatis exemplũ. Sed fidelibus loquimur/qui nouerũt credere diuinis eloquijs: etiam nullis adhibitis ex parte ṽitatis exemplis. Quõ eñi nũc ostendã sine vllis parentib9 de puluere hoiez factũ: †eiusq̃ de suo latere cõiugem? Et tñ qõ oculus iã nõ inuenit fides credit.

Gen.1.d.

Al. telas.

De motu libidinis z dolore parturiendi post lapsum: Ca.XXXVI.

Hic ergo et primarum nuptiarum sine libidinis passione tranquillitas et motus genitalium sicut aliorum membrorum: non ad effrenati caloris incitamentum/sed ad voluntatis arbitrium. Quales nuptie perseuerassent/ si peccati nõ interuenisset opprobrium/ nũc ostendi non potest: sz ex his que diuina auctoritate cõscripta sunt/nõ immerito credi potest. Sic enim modo nõ inuenio sine pruriente libidine cõcũbentem: sicut nõ inuenio sine dolore et gemitu parturientem/sine futura morte nascentez/ z tamen sm scripturarum sanctarũ veritatem gemitus parturientis et mors hominis non fuisset/si peccatũ non precessisset. Sic nec illud vnde erubuerunt: qui mẽbra illa texerunt: quia z hoc in eisdẽ sanctis litteris ꝓcedente peccato scriptũ est consecutum. Mẽbra quippe illa nisi indecens motus oculis eorum non vtiq̃ clausis/sed in hoc non apertis: hoc est non attẽtis/animaduertenda nũciasset: nihil in suo corpore qõ vtiq̃ totuz deus laudabile fecerat/pudendũ velandũq̃ sensissent: quia nisi ꝓisset facin9 qõ inobedientia est/ausa committere/nõ sequeretur dedecus/qõ verecũdia vellet abscondere.

Gen.3.b.

De distinctione boni et mali in nuptijs: Ca.XXXVII.

Carũ est igitur/hoc non esse nuptijs imputãdũ: qõ etsi nõ essent/nuptie tamen essent: quarum bonũ non aufertur isto malo/sed ab eis hoc malũ in vsũ vertitur bonum. Uerũ quia iam ista conditione mortaliũ nũc simul aguntur concubitus z libido: eo fit/vt cum libido reprehenditur/etiam nuptialis concubitus licitus z honestus reprehendi putetur ab eis qui nolunt discernere ista vel nesciunt: Nec attendunt illud esse nuptiarum bonũ/vnde gloriantur nuptie: id ẽ proles/pudicitia/ sacramentum: illud aũt non esse nuptiarum/sed carnalis concupiscentie malum: de quo erubescunt et nuptie. Sz quia sine illo malo fieri non potest nuptiarum bonum: hoc est ꝓpagatio filioꝝ: vbi ad huiusmodi opus venitur/secreta queruntur: arbitri remouent: filiorum q̃z ipsorum si iam inde aliqui nati sunt/cũ ꝑ etatem sentire ista iam ceperint/presentia deuitatur: Atq̃ ita nuptie sinuntur exercere qõ licet/vt non negligant occultare qõ dedecet. Hinc est q̄ infantes etiam qui peccare non possunt/non tamen sine peccati contagione nascuntur: non ex hoc qõ licet/sz ex eo qõ dedecet: Nã ex hoc qõ licet/natura nascitur: ex illo qõ dedecet/vitium. Nature nascentis est auctor deus: qui hominem condidit: et qui virum ac feminã nuptiali iure coniunxit: Uitij vero auctor est diaboli decipientis calliditas/et hominis consentientis voluntas.

Quõ debeat fieri carnalis copula expers peccati: Ca.XXXVIII.

v Bi nihil deus fecit/nisi q hominem
volũtate peccantẽ/iusto iudicio cuȝ
stirpe dãnauit: et ideo ibi quicquid
etiã nondũ erat natum/merito est in ꝓuari/
catrice radice dãnatũ. In q̃ stirpe dãnata te
net hominẽ generatio carnalis: vnde sola li
berat regeneratio spiritalis: ideo regenera/
tis parẽtibus/ ſi tñ in eadẽ gratia perseuera
uerint/ ꝓculdubio ista ꝓpter remissionẽ pec
catorũ/ quę in eis facta est/ non nocebit: nisi
cũ ea male vtunť: non solũ in oĩbus illici/
tis corruptelis/ veȝ etiã in ipis cõiugibus:
qñ non ꝓpagãdi voluntate operã creandis
filijs impendũt/ sed lasciuiendi voluptate
exaturandę cupidini inseruiũt: Quod ꝓpt
vitandas fornicatiões maritis ⁊ vxoribus
ne fraudent inuiceȝ/ nisi ex consensu ad tpꝰ
1.Cor.7.a. vt orationibus vacẽt: ſm veniã/ nõ ſm im/
periũ concedit apostolus. Euidenter quippe
Al. ⁊ denudat dum tribuit veniaȝ/ ⁊ denotat culpam. Nu
ptialis aũt concubitus/ quem matrimoni/
ales quoq indicant tabulę/ causa procreã/
dorũ fieri filiorũ: per seipsuȝ prorsus/ nõ in
cõparatione fornicationis est bonus: qui
tãetsi propter corpus mortis/ qđ nondum
est resurrectione renouatum: sine q̃dã a be/
stiali motu de quo natura erubescit huma/
na non potest fieri: tamen ipse concubitus
non est peccatũ/ vbi ratio libidine vtitur ad
bonũ/ nõ superať ad malũ.

De vtilitate baptismi. Ca.XXXIX

o Besset ista carnis cõcupiscẽtia etiã
tantũmodo q inesset/ nisi peccato/
rum remissio sic prodesset: vt quę in
eis ẽ/ ⁊ nato/ ⁊ renato: nato quidẽ ⁊ inesse ⁊
obesse: renato aũt inesse quidem/ sed nõ ob/
esse possit. Intantuȝ eñ obest natis: vt nisi
renascanť/ nihil possit ꝓdesse si nati sunt de
renatis. Manet quippe in prole/ ita vt re/
atũ faciat originis vitiũ: etiã si in parente
reatus eiusdem vitij remissione ablutus ẽ
peccatorum: donec omne vitium cui cõsen/
tiendo peccatur/ regeneratione nouissima
consũmatur: id est ipsius etiã renouatione
carnis/ quę in eius resurrectione futura pro
mittitur: vbi non solum nulla peccata faci/
amus/ sed nec habeamus vlla desideria vi/
tiosa/ quibus consentiendo peccemus. Ad
quã beatã perfectionem huius/ quod nunc
datur/ sancti lauacri gratia perueniť. Quia
eñ regeneratione spũs modo fit/ vt pecca/
ta omnia ꝓterita remittanť: eius merito fi/
et etiam regeneratio carnis in ęternam vi/
tam/ qua in ipsa carne incorruptibiliter re/
surgente/ peccatorũ omniũ incitamenta sa/
nentur. Sed ea salus adhuc in spe facta est/
nõ tenetur in re: neq possidetur ꝑ ꝓsentiã/
sed expectatur ꝑ patientiã.

Q nõ solũ maiores/ sed et pusillos eruit de potestate tenebrarũ baptismus: Ca.XL.

a E per hoc non solũ peccata omnia/ A
quorũ nũc remissio fit in baptismo/
quę reos faciunt/ dũ desiderijs viti/
osis cõsentiť atq peccať: verũetiã ipsa de/
sideria vitiosa: quibus si nõ consentiť/ nul
lus peccati reatus ꝯtrahiť: quę nõ in ista/ ſ
in alia vita nulla erũt/ eodẽ lauacro baptis/
matis vniuersa purganť. Reatꝰ itaq vitij
huiꝰ de quo loquimur in regeneratorũ ꝓle
carnali/ tamdiu manebit donec et illic laua
cro regenerationis abluatur. Regeneratus
quippe nõ regenerat filios carnis/ sed gene/
rat: ac per hoc in eos non q regeneratus/
sed q generatus est traijcit: Sic igitur/ siue
reus infidelis/ siue absolutꝰ fidelis nõ rege
nerat absolutos vterq/ sed reos: quomodo
non solũ oleastri/ sed etiã oleę semina/ non
oleas generãt/ ſȝ oleastros. Sic itaq in dã/
natione hominẽ ꝓma natiuitas tenet: vnde
nisi secunda nõ liberat. Tenet ergo diabo/
lus/ liberat christus: tenet deceptor euę/ li/
berat filius marię: tenet qui ꝑ coniugeȝ ve
nit ad virũ/ liberat qui de coniuge natus ẽ
q̃ nõ pertulit virũ: tenet qui causam libidi/
nis intulit feminę/ liberat q̃ sine libidine ẽ
conceptus in femina: Omnes ille prius per
vnũ tenere potuit: nec ab eius dñatione li/
berat/ nisi vnus queȝ tenere nõ potuit. De B
niq ipsa ecclesię sacramenta/ quę tã priscę
traditionis auctoritate concelebrat/ vt ea
isti q̃uis in paruulis existiment simulato/
riẽ potius q̃ veraciter fieri: non tamẽ aude
ant apta improbatione respuere: Ipa inq̃
sanctę ecclesię sacramenta satis indicãt par
uulos a partu etiã recentissimos per grati/
am christi de diaboli seruitio liberari. Exce
pto eñ q in peccatorũ remissionem nõ fal/
laci/ ſȝ fideli mysterio baptiȝantur/ etiã priꝰ
exorciȝatur in eis et exufflatur potestas cõ/
traria: cui etiam verbis eorũ a quibus por
tantur se renũciare respõdent. Quibꝰ oĩbꝰ
rerum occultarũ sacratis ⁊ euidentibus si/
gnis a captiuatore pessimo ad optimũ redẽ
ptorem trãsire monstrãtur: qui ꝓ nobis in/
firmitate suscepta alligauit fortem vt vasa Math.12.c.
eius eriperet: quia infirmũ dei non solum ẽ 1.Cor.1.d.
hominibꝰ/ verum ⁊ angelis fortius. Libe/
rans itaq deus pusillos cũ magnis in vtris
q/ ostendit qđ locuta est per apostolũ veri

tas: Nõ eñ solos etate maiores/ sed etiam
Col.1.b. pusillos eruit a potestate tenebrarũ: vt trãs
D ferat in regnũ filij claritatis sue. Nec quisq̃
miret et dicat: Cur hoc creat bonitas dei:
qd possideat malignitas diaboli? Hoc eñ
sue creature seminib⁹ ex illa bonitate largi
Math.5.g. tur: qua etiã facit solẽ suũ oriri sup bonos τ
malos: τ pluit super iustos τ iniustos. Hac
quippe bonitate etiam ipsa semina benedi
xit: vel benedicendo cõstituit. Quã benedi
ctionẽ nature laudabili culpa damnabilis
nõ ademit: Que licet per dei punientis iu
sticiã valuerit/ vt hoies cũ peccati origina
lis vitio nascerent: non tamẽ valuit/ vt ho
mines nõ nascerent: Sicut in ipis etate ma
ioribus quelibet vitia peccatoꝝ non ex ho
mine hoiem tollũt/ sed permanet dei opus
bonũ in quãtiscũq; malis operibus impi
Ps.48. orum. Nam etsi homo in honore positus τ
non intelligens cõparat pecoribus/ eisq; si
milis sit: non tamen vsq; adeo similis fit/
vt pecus sit: Comparat nãq; per vitiũ/ nõ
per naturã: nõ pecoris vitio/ s3 nature. Tã
te nãq; excellentie est in cõparatione peco
ris homo/ vt vitiũ hominis natura sit pe
coris: nec tamen ideo natura hominis in
naturam vertitur pecoris. Ac per hoc deus
hominẽ damnat ꝓpter vitium quo natu
ra dehonestatur: non ꝓpter naturam que
vitio non aufert. Bestias vero absit vt opi
nemur pene damnationis obnoxias: quas
iustum est vt miserie sint expertes/ que nec
C beatitudinis possunt esse participes. Quid
ergo mirũ est vel iniquũ/ vt imũdo spiritui
subdat homo: nõ ꝓpter naturam/ sed pro
pter immũdiciã suã: quã nõ ex opere diui
no/ sed ex humana volũtate venientẽ in ori
ginis labe cõtraxit: cũ τ ipse spũs immun
dus bonũ sit/ q2 spũs: malũ/ q2 immũdus?
Illud quippe est ex dei opere: hoc ex ꝓpria
volũtate. Natura itaq; fortior/ id est ange
lica: inferiorẽ naturã/ id ẽ humanã/ vitij so
cietate subditam tenet. Ideo mediator an
gelis fortior: infirmus ꝓpter hoies factus
est. Sic superbia captiuatoris/ redẽptoris
humilitate destruit: vt qui super filios ho
minis angelica fortitudine gloriat: a filio
dei suscepta humana infirmitate vincatur.
Sed iã etiã istũ cõclusuri libꝝ/ oportere ar
bitramur/ vt ambrosium antistitẽ dei/ cui⁹
inter latine lingue scriptores ecclesiasticos
ꝓcipue pelagius/ integerrimã fidez ꝓdicat:
sicut de gratia fecimus/ ita τ de peccato ori
ginali: in quo delendo ipsa gratia euiden
tius cõmendat: calũniose istoꝝ loquacita
ti respõdere faciam⁹. In eo ope qd scripsit

de resurrectione sanct⁹ ambrosius: Lapsus Ambrosius de fide resurrectionis.ca.2.
sum inquit in adã de paradiso/ eiect⁹ sũ3 in
adã: mortu⁹ sum in adã: quẽ reuocaret nisi
me in adam inuenerit: vt in illo culpe obno
xium/ morti debitũ/ ita in christo iustifica
tum? Item scribẽs contra nouatianos/ ait:
Oẽs hoies sub peccato nascũtur/ quorum
ipse ortus in vitio est: sicut habes lectũ di
cente dauid: Ecce in iniquitatib⁹ cõceptus Ps.50.
sum: et in delictis peperit me mater mea.
Ideo pauli caro corpus mortis erat: sicut
ipe ait: Quis me liberabit de corpore mor Roma.7.d.
tis huius? Christi autez caro dãnauit pec
catum/ quod nascẽdo nõ sensit/ qd morien
do crucifixit: vt in carne nostra esset iustifi
catio per gratiã/ vbi erat ante colluuio per
culpam. Item idẽipse cũ exponeret esaiam
ꝓphetam loquẽs de christo: Ideo inquit τ
quasi homo per vniuersa tẽptatus est: τ in
similitudine hominum cuncta sustinuit: sed
quasi de spũsctõ nat⁹ abstinuit a peccato:
Ois eñ homo mendax: τ nemo sine pecca Ps.115.
to/ nisi vnus deus. Seruatum est igitur: vt
ex viro τ muliere/ id est per illam corporum
cõmixtionem/ nemo videat expers esse de
licti. Qui aũt expers delicti/ expers est etiã
huiusmodi cõceptionis. Itez cũ exponeret
euãgeliũ scdm lucã: Non eñ virilis coitus Ambrosius super lucã.li.2.ca.7.
inquit vulue virginalis secreta reserauit: s3
immaculatũ semen inuiolabili vtero spũs
sanctus infudit. Solus eñ per oia ex natis
de femina sanct⁹ dñs iesus/ qui terrene con
tagia corruptele immaculati part⁹ nouita
te nõ senserit: τ celesti maiestate depulerit.

Concludit cõtra pelagiũ hereticum ex sancti ambrosij dictis: (Ca.XLI.

His tamẽ verbis homi
b nis dei/ quẽ tãto ꝑconio ipse lauda
uit/ pelagius/ ꝯtradicit/ τ dicit: sicut
sine ꝟtute ita nos sine vitio ꝓcreari. Quid
igitur restat/ nisi aut istum pelagius suum
dãnet errorem/ aut eu3 sic ambrosium lau
dasse peniteat? Sed q2 ista scdm catholicã
fidẽ btũs ambrosius: vt eps catholicus est
locutus: sequit vt ab hac via fidei deuius
merito pelagius/ cu3 celestio discipulo suo
catholice ecclesie sit auctoritate dãnatus:
nisi eũ nõ ambrosiũ laudasse/ s3 cõtra am
brosiu3 sensisse peniteat. Scio vos ea q̃ ad
edificationẽ vel ꝯfirmationẽ fidei cõscribũ
tur/ insatiabiliter legere. Uerũtñ hic liber
quãtũlibet sit ad hoc vtilis/ iam tandẽ ali
quando finiendus est.

Scti augustini hipponẽsis epi liber ꝯtra
pelagiũ τ celestiũ ð pctõ originali explicit.

Sancti augustini ad emeritũ: diligẽter ab eo inquirentis originẽ schismatis: & causã cur factũ sit: instãterq; ac iterato petẽtis et quid sibi uideat̃ rñdere nõ graueť: Epla.

Desiderabili & dilecto fratri emerito: Augustinus. Ego cũ audio quẽq; bono ingenio praeditũ: doctrinisq; liberalib⁹ eruditũ: quãq; nõ ibi sal⁹ animae cõstituta sit: tñ in quaestione facillima sentire aliud q̃ ueritas postulat: quo magis miror: eo magis exardesco nosse hoiem: & cũ eo colloqui: uel si id nõ possim: saltẽ litteris quae lõgissime uolãt attingere mẽtẽ ei⁹: atq; ab eo uicissim attingi desidero. Sicut te eẽ talẽ audio uiꝝ: & ab ecclesia catholica: quae sicut sãctospũ praenũciata ẽ toto orbe diffunditur: discerptũ doleo atq; seclusum: quã ob causã nescio. Nam certũ ẽ magnae parti romani orbis: ne dicã etiã barbaris gẽtibus: quib⁹quoq; debitorẽ se dicebat aplus: quorũ christianae fidei cõmunio nostra cõtexit: ignotã esse partẽ donati. Nec eos oino scire: uel qñ uel quibus causis exorta sit ista dissensio. Quos utiq; omẽs christianos ab eis criminib⁹ quae afris obijcitis nisi innocẽtes esse fatearis: cogeris dicere oim malis factis obnoxios: cũ apud uos perditi: ut miti⁹ dixerim: latẽt uos omnes esse pollutos. Nõ eñ neminẽ de uestra cõmunione pellitis: aut tũc primũ pellitis cũ primũ illud unde pellẽdus ẽ fecerit. An nõ aliquanto tẽpore latentẽ & postea proditũ conuictũq; damnatis? Quaero igiť: utrũ uos cõtaminauerit eo tpe quo latebat? Rñdebis nullo mõ. Nullo ergo tpo cõtaminaret etiã si semp id lateret. Nã & mortuoꝝ nõnlla saepe cõmissa ꝓdũť: nec fraudi ẽ christianis q eis cõmũicauere uiuẽtib⁹. Cur ergo uos tã temeraria atq; sacrilega direptione praecidistis a cõmuniõe innũerabiliũ ecclesiarũ oriẽtaliũ: quas semp latuit: & adhuc latet qđ in africa gestũ esse aut docetis aut fingitis? Alia eñ quaestio ẽ: utrũ illa uera dicatis quae qdem nos multo probabiliorib⁹ documẽtis falsa esse cõuincimus: & in uestris magis eaipsa quae obijcitis tũc ꝓbata declaram⁹. Sed haec ut dixi alia quaestio est: tũc aggredienda & discutiẽda cũ opus fuerit. Illud nũc attendat uigilantia mentis tuae: neminẽ cõtaminari posse ignotorũ ignotisq; criminbus. Unde manifestũ est a cõmunione orbis: cui seu falsa seu uera crimina quae afris intẽditis prorsus ignota sunt: & sp ignota fuerunt: sacrilego schismate uos esse separatos: Q₂ q̃ & illud nõ est tacendũ: etiã cognitos malos bonis non obesse in ecclesia: si eos a cõmunione ꝓhibendi aut potestas desit: aut aliqua ratio cõseruandae pacis impediat. Qui sunt eñ qui apud ꝓphetã ezechielẽ & ante uastationẽ pditoꝝ signari meruerint: & cũ illi uastarenť eua dere illaesi: nisi ubi manifestime oñditur qui moeret & gemũt pctã & iniquitates populi dei quae fiũt in medio eorũ? Quis aũt quod ignorat: gemit & moeret? Ex eadẽ ratiõe etiã paulus apls falsos fratres tolerat. Nõ eñ de incognitis ait: Oẽs eñ sua quaerunt: nõ quae iesu christi: qnos tñ secũ fuisse manifestat. Ex quo aũt genere sunt q uł thurificare idolis uel codices diuinos tradere q̃ mori maluerũt: nisi ex eoꝝ q sua quaerũt: nõ quae iesu christi? Multa testimonia scripturarũ praetereo: ne longiorẽ q̃ necesse est eplam faciã: & eruditioni tuae plura per teipsum cõsideranda pmitto. Quod tñ satis ẽ: uideo. Obsecro si tã multi iniqui in uno pplo dei eos quos contestabanť nõ fecerũt tales quales ipsi erant: si multitudo illa falsoꝝ fratrũ aplm paulũ in una cũ eis ecclesia constitutũ nõ fecit sua quaerẽtẽ non quae iesu christi: manifestũ est non hoc effici hoiem: quod est malus quisq;: cũ quo ad altare christi accediť: etiã si non sit incognitus: si tñ non approbeť & a bona cõsciẽtia disputãdo sepeť. Manifestũ ẽ igiť nõ eẽ aliđ cũ fure cõcurrere: nisi uel furari cũ eo uel furtũ eius cordis placito accipere. Hoc nos dicim⁹: ut quaestiones infinitas atq; superfluas de factis hoim quae rationẽ nostrã nihil impediũt auferamus. Sed & uos nisi hoc sentiatis: tales eritis omẽs qualis optatus in uestra cõmunione uobis non ignorantib⁹ fuit. Quod absit ab emeriti moribus aliorũq; taliũ quales apud uos esse nõ dubito longe a factis illius alienos. Neq; eñ uobis obijcimus nisi schismatis crimẽ: quã etiã haeresim male pseuerando fecistis. Quãti aũt diuino iudicio pendať hoc facinus lege quod te legisse nõ ambigo: Inuenies dathan & abiron: hiatu terrae deuoratos: caeterosq; omẽs q eis cõsenserãt igne de medio eoꝝ existẽte cõsumptos: Illud ergo scelus ad exẽplum deuitandi dñs deus praesenti supplicio denotauit: ut cũ talibus patientissime parcit quali ultimo iudicio reseruet ostẽderet. Neq; eñ reprehendimus

Ezech. 9. b.
2. Cor. 11. f.
Phil. 2. c.
Nume. 16. e.

rationes uestras: si eo tēpore quo uesana potētia furere iactabat optatus: cū eius accusatores/sed & totius africæ gemitus cōgemiscētib⁹ uobis: si tñ talis es: qualē te prædicat fama: quod scit de⁹ me & credere & uelle. Nō ergo reprehēdim⁹ si eo tēpore ne mltos secū excōmunicatos traheret: & cōmunionē uestrā schismatis furore præcideret/ eum excōmunicare noluistis. Sed hocipsum ē qd' uos arguit in iudicio dei / frater emerite: quia cum uideretis tā magnū malū esse / diuidi partē donati: ut optatus potius in communione tolerandus existimaret/ q̄ illud admitteret: permanetis in eo malo qd' in di
q ait: Sic habet pater vitã in semetipso/sic dedit filio habere vitam in semetipso:non vtiq vt aliud sit ipse/aliud vita q in ipso ẽ: s3 ad eadẽ vita sit idẽipse: Sicut nec pater aliud est q vita q in ipo est:sed eã filius patri nõ dedit/q2 patrẽ nõ genuit:dedit autẽ pater filio vitã/ gignẽdo eũ vitã/ sic est etiã ipse vita:nõ aũt sic genuit verbũ tanq & ipse sit verbũ. Uitã quippe cũ dicim⁹/põt esse de nullo alio:sicut est patris vita:vel qd expressius dicit:pater vita cui de alio non est vt sit: Cũ vero dicit verbũ/nullo modo potest nisi alicui⁹ itelligi/ & illius vtiq de quo est:nõ itaq sicut est filius deus de deo/lumẽ de lumie/vita de vita dici potest. Uerbum esse de verbo/quoniam solus est verbum: & sicut patri ppriũ est generare verbum:ita filio proprium est esse verbum: et ideo sicut audit iudicat:quia sicut genitum est verbum vt idem verbum sit veritas/ita scdm veritatẽ iudicat. Joh. 5. d.

Quali voluntate christus iudicet:et q carnaliter arriani hũanis morib⁹ diuia cõpauerit: Ca. XVIII.

Et iudiciũ eius vtiqꜫ iustũ est: qꝛ nõ
querit volũtatẽ suã/ sed volũtatem
eiꝰ qui eũ misit. Hoc eñ dicẽs/ad il
lũ hominẽ voluit referre intentionẽ nostrã/
qui volũtatẽ suã querendo: nõ eñ a quo fa
ctus est nõ habuit iustũ iudiciũ de seipso: ſ
iustũ iudiciũ habitũ est de ipo: Ipse quip
pe faciens voluntatẽ suã nõ dei/ moriturũ
se esse nõ credidit: sed hoc iudiciũ est/ non iu
stum fuit: deniqꜫ fecit ⁊ mortuus est: qꝛ iudi
ciũ dei iustũ est. Qꝛ iudiciũ facit dei filius
nõ querendo volũtatẽ suã/ cũ sit etiã homi
nis filius: nõ qꝛ ipsius in iudicãdo nulla vo
luntas est: quis eñi hoc insipientissimꝰ dixe
rit: sed qꝛ non ita est voluntas eiꝰ ꝓpria vt
sit a volũtate patris aliena. Hec isti si cogi
tarent/ nõ carnalibꝰ cogitationibꝰ sic trini
tatꝫ potestates vel officia gradibꝰ imparibꝰ
ordinarent: vt tanqꜫ tres hoies inequalis
ac dissimilis dignitatis facerẽt/ tanqꜫ impe
ratorẽ patrẽ: iudicẽ filiũ: aduocatũ spiritũ
sanctũ. Scdm q̃s eñ iudicat filꝰ/ velut im
periales leges patris esse asserunt: in quibꝰ
honorem ⁊ auctoritatẽ filij cõstituunt iudi
cantis: officiosam vero aduocationẽ ⁊ cõso
lationẽ spũssancti ad dignitatẽ iudicis/ hoc
est dei vnigeniti ꝑtinere: tanqꜫ iudicis sit di
gnitas ꝙ habeat aduocatũ: sicut impera
toris est dignitas ꝙ scdm suas imperiales
leges iudicaturũ iudicẽ mittit. Qua sua co
gitatione carnali tamẽ nature diuersitatẽ:
de qua iter nos ⁊ ipsos maxima questio ẽ:
in his tribus ꝑsonis demonstrare non pos
sunt. Cum eñ ad humanos mores ista refe
runt/ ⁊ ab humani generis ꝯsuetudine quã
1. Cor. 2. d. cogitando possunt capere nõ recedũt. Ani
malis eñ homo nõ ꝑcipit que sunt spiritus
dei: quid aliud nos admonẽt/ nisi quia ⁊ im
perator ⁊ iudex ⁊ aduocatus homines sũt.
Proinde iudex imperatore etiã si potestate
minor est/ nõ minus homo est: Nec minus
q̃ iudex homo est aduocatus/ etiam si offi
cio videt̃ iudici esse subiectus. Patris ergo
⁊ filij ⁊ spiritussancti etiã si disparẽ cogitẽt
potestatem/ naturã saltem cõfiteant̃ equa
lem. Quid ꝙ eos deteriore etiam q̃ huma
na est conditione confingunt: Fieri eñ po
test in rebus humanis/ vt qui iudex fuerit
etiã imperator fiat. Hoc isti in illa trinitate
nec imperatoris vnico filio prestare dignã
tur. Qꝛ si forte ex humani iuris vel consue
tudinis formula/ maiestatis crimẽ etiã in fi
lio nimiũ reformidant: aduocato certe pu
to qd concedere debeant/ vt ad iudiciariã
potestatẽ etiam aliquãdo ꝑueniat. Nec hoc
quidem volunt: Deterior ergo est: quod ab
sit: in illa trinitate q̃ i generis humani mor
talitate conditio.

Qꝛ nõ solũ spiritussanctus/ sed ⁊ filius aduocatus dicat̃/ ⁊ ab eodẽ missus: ⁊ item cõsolator: Ca. XIX.

Porro scriptura sancta/ que istos di
uinos actus nõ differẽtia potestatũ
sed operũ ineffabilitate metit̃: aduo
catũ nostrũ etiã ipsum iudicẽ nouit: dicẽte
apostolo iohãne: Si quis peccauerit/ aduo 1. Joh. 2. a.
catum habemus ad patrẽ iesum christũ iu
stũ. Qd etiã ipse significat vbi dicit: Roga Joh. 14. b.
bo patrẽ ⁊ aliũ aduocatũ dabit vobis. Ne
qꜫ eñ esset spiritussanctus aduocatus alꝰ:
nisi hoc esset ⁊ filius: Qui tamen vt insepa
rabilia sua ⁊ patris opera demõstraret ait:
Cum ipse iero/ mittam eum ad vos. Quã Joh. 16. b.
uis alio loco dicat: Quẽ mittet pater in no Joh. 14. d.
mine meo: vbi ostendit̃ quod et pater ⁊ fi
lius miserint spiritũsanctũ: Sicut ostendit̃
per prophetam ꝙ et pater ⁊ spiritussanctus
miserint filium: Nam quis nisi filius ꝑ esa
am aduentum suum prenũcians dicit: Au Esaie. 48. c.
dite me iacob et israel quẽ ego vocabo: ego
sum primus/ ⁊ ego in eternũ: ⁊ manus mea
fundauit terram: dextera mea solidauit ce
los: vocabo illos ⁊ astabũt simul: cõuenient
etiã vniuersi ⁊ audiẽt: quis illis annũciauit
hec? Diligẽs aũt te/ feci volũtatẽ tuam sup
babylonem vt tollat̃ semẽ chaldeoꝝ: Ego
locutus sum: ego vocaui: adduxi illum/ ⁊ ꝓ
speram viam eius feci: conuenite ad me et
audite ista: nec eñ ab initio i obscuro locu
tus sum: cum fiebant ibi erã: ⁊ nũc dominꝰ
misit me ⁊ spiritus eius? Quid euidẽtius?
Ecce ipse se dicit missum a spiritusancto qui
fũdauit terram ⁊ solidauit celum. Ubi ag
noscatur vnigenitus per quem facta sũt om
nia. Consolatorem vero: qd officium tanqꜫ
persone infime in illa trinitate isti spũisan
cto deputant/ deũ dicit aplus: sicut i episto
la eius legimꝰ ad corinthios: Is q̃ cõsolat̃ 2. Cor. 7. a.
humiles/ cõsolatus est nos deꝰ in ꝑsentia ti
ti. Sanctoꝝ ergo deꝰ est cõsolator: Ipi q̃ppe
sũt humiles. Unde tres viri illi i camino di
cũt: Bñdicite scti ⁊ hũiles corde dñm. Deꝰ Daniel. 3. f.
est itaqꜫ spũsctũs q̃ cõsolat̃ hũiles. Proin
inde isti aut quod nolũt fateant̃ deum esse
spiritumsanctũ: aut si hoc de patre/ vel de
filio dictũ ab apostolo volunt accipi/ desi
nant consolationis tanqꜫ munere ꝓprio se
parare a patre ⁊ a filio ꝑsonã spũssancti.

Qꝛ spiritussanctus aduocatꝰ iudicanti filio nõ sit minor/ alioquin apostolis et sanctis hominibꝰ minor esset: Capitulum XX.

Am illud quod ideo spiritumsanctũ
I filio minorem conant ostendere: q
iste sit illius tanq̃ iudicis aduocat⁹/
etiam homines sanctos eidem mira cecita/
Matth.19.d. te preponũt: de quib⁹ ait idẽ domin⁹: Se/
debitis super duodecim sedes/ iudicantes
duodecim tribus israel. Ibi respondeãt/ q̃d
erit spũsctũs: cum filio iudex: an apud ho/
mines etiam iudices aduocatus? Absit au/
tem ista a fideli corde vecordia: vt sit iudici/
bus minor aduocatus spiritussanctus: cum
illi vtiq̃ vt iudices sint/ repleant spiritusan
cto: scd̃m quem viuentes fiunt spiritales.
1.Corī.2.d. Spiritalis enim omnia iudicat. Quomo/
do ergo minor ẽ iudice qui iudices facit: cũ
facit vt membra sint istius iudicis ꝛ suũ tẽ/
1.Corī.6.c plum: dicente apostolo: Corpora vestra mẽ
Ibidẽ.d. bra sunt christi: Eodemq̃ dicente: Corpo/
ra vestra tẽplum in vobis est spũscti. Et tñ
si apertissime legerẽt in sanctis scripturis sa
lomonem regẽ lignis ꝛ lapidibus iussu dei
templum struxisse spiritui sancto/ deum esse
spiritumsanctum dubitare nõ possent: cui
tanta religiõis seruitus q̃ latria dicit/ legi/
time exhiberetur in populo dei/ vt illi etiaȝ
3.Reg.6. templum fabricaret: cũ dominus dicat: do/
Deut.6.b. minum deũ tuum adorabis/ ꝛ illi soli serui/
es: quod in greco est: λατρε υσεις. Et eum
negare audent deum: qui non ligna ꝛ lapi/
des/ sed membra christi habet templum: sic
enim spiritumsanctum subijciunt potestati
christi: cũ ei⁹ templũ mẽbra sint christi: quẽ/
admodũ ipsũ filiũ Iperialib⁹ legibus dei: cũ
ipse sit verbũ dei/ nec vllo mõ imperatoris
verbum legib⁹ subiaceat: sed leges faciat.

Q spiritussanctus a filio non sit fact⁹/ sed ab ipso ꝛ a patre ꝑcedat: nec patrẽ solũ fili⁹ ꝑdicet: nec filiũ solus spũsctũs annũciet: Ca.XXI.

Sti sane quoq̃ disputationẽ accepi:
I cui rñdeo: nõ audet idẽ dicere factũ
esse quod genitum: et duo ista discer
10 nunt: ita vt a patre filium genitum dicant:
factũ vero a filio spm̃sanctum. Quod i scri/
pturis sanctis nusq̃ legunt: cum filius ip/
Ioh.15.d. se dicat: q spiritussanct⁹ a patre procedat.
11 Filius inquiunt patrem ꝑdicat: spiritussan
ctus filium annunciat: Quasi non annũcia
uerit filius spiritumsanctũ esse venturum:
aut ꝛ pater non ꝑdicauerit filium/ dicendo:
Matth.3.d. Hic est filius meus dilectus in quo mihi be
12 ne cõplacui: ipsum audite. Ac per hoc non
solum patris gloriam filius/ verũetiam filij
gloriã reuelat pater: nec solum filij spũssan/
ctus/ sed etiã filius manifestat sancti spirit⁹
13 dignitatẽ. Et ideo sicut filius patri/ ita ꝛ pa
ter filio: ꝛ sicut spũssanctus filio/ ita ꝛ filius
spiritui sãcto ꝑhibet testimoniũ: a patre aũt
et filio missus est spiritussanctus/ et a patre
et spiritu/ missus est filius.

Q nec spiritussanctus minister sit filij/ nec patris filius: licet subditum patri christum fuisse scriptura commemoret: Capitulum.XXII.

Ilius inquiũt minister ẽ patris: spi/ 14
F ritussanctus minister est filij: Nec at
tendũt qd̃ isto modo meliores faci/
unt spũsancto ap̃los sanctos: Qui cũ se dei
ministros esse dicũt: nõ eos isti vtiq̃ etiam
dei patris ministros negabũt. Eius quippe
ministri facti sũt/ I cui⁹ noĩe etiã baptiçaue/
runt: id est patris ꝛ filij ꝛ spũssancti: Ac ꝑ h
scd̃m istorũ vaniloquia/ meliores erũt trini
tatis ministri: si ꝑpterea minor est spũssan/
ctus/ q2 solius minister ẽ filij. Fili⁹ inquiũt 15
iubet a patre: spũsctũs iubet a filio. Nusq̃
Phil.2.b. hoc in scripturis sanctis legũt: Quãuis obe/
dientẽ filiũ legamus scd̃m formã serui/ qua
maior est pater: non scd̃m formã dei/ in qua
vnũ sunt ipse et pater. Legit itaq̃ I scriptu 16
ris sanctis filius subditus patri. Ibi est eñ
forma serui in qua et parentib⁹ hoĩbus sub
Luc.2.g. ditus erat: sicut euãgeliũ loquit: Et descen/
dit cũ illis ꝛ venit naçareth: ꝛ erat subdit⁹ il
lis: Nõ aũt alicubi sctã scriptura dicit spm̃/
sctm̃ subditũ filio. Proinde et q̃ iubet pat: 17
opat fili⁹ ꝑpt formã serui: Et q̃ pater opat/
opat ꝛ fili⁹ ꝑpter formã dei. Nõ eñ ait: q̃/
Ioh.5.d. cũq̃ pater iubet/ hec fili⁹ facit/ sȝ ait: Que/
cunq̃ pater facit: hec ꝛ fili⁹ facit silr. Porro
si spm̃sanctũ ideo hec loqui dicũt q̃ mãdat
Ioh.16.c. fili⁹: q2 scriptũ est: De meo accipiet ꝛ annũ/
ciabit vobis: cur nõ ꝛ fili⁹ ea loquit q̃ man/
1.Corī.2.c. dat spũsctũs: cũ dicat ap̃lus: Que dei sũt
nemo scit nisi spũs dei? Et cuȝ ipse iesus de
seipso ipletũ esse cõfirmet: qd̃ scriptum est:
Esa.61.a. Spirit⁹ dñi sup me: ꝑpter qd̃ vnxit me euã
Luce.4.c. geliçare paupib⁹. Si eñ ꝑpt h vnct⁹ ẽ euã/
geliçare paupib⁹/ q2 spũs dñi sup eum erat:
q̃d euãgeliçabat paupib⁹/ nisi qd̃ spũs dñi
Luce.3.d. habebat/ quo replet⁹ erat? Nã ꝛ hoc de illo
scriptũ est: qd̃ repletus sit spiritusancto.

Quõ filius patrẽ honoret: ꝛ spiritussanctus ap̃lis annũcianda de filio accipiat: Ca.XXIII.

Ilius inquiũt adorat ꝛ honorat pa/ 18
F trem: spũssanctus adorat ꝛ honorat
filiũ. Hic nõ opus ẽ scrupulose velle
discernere/ iter honorare ꝛ adorare/ quid di/
stet: Propter formam enim serui dicuntur
ista de filio. Dicant si possunt: vbi legerint
adorari filium a spiritusancto. Quod enim

subiijciunt vnde hoc ꝓbare conenť:quia vi
Joh.17.a. delicet scriptum est:Pater ego te honorifi/
caui sup terram:opus qđ dedisti mihi con/
Joh.16.c. sūmaui: ⁊ de spūsctō:ille me honorificauit
quia de meo accipiet ⁊ annunciauit vobis:
ad rem de qua agiť nō ptinet.Honorat eñ
Roma.12.c. omnis qui adorat:non autē adorat omnis
qui honorat:Nam ⁊ fratres scđm aplm in/
uicē se honore ꝓueniūt: nec tamen inuicem
adorant. Alioquin si honorificare/ hoc est
adorare dicāt/ si placet quod filiū adoret et
pater: ⁊ hoc iubēte filio qui ei dicit:Hono/
19 rifica me.Quod aūt dixit de spiritusancto:
Joh.16.c. De meo accipiet:soluit ipse questionez/ ne
puteť quasi p quosdā gradus sic de illo esse
spūssanctus quomodo est ipse de patre: cū
ambo de patre ille nascať/ille ꝓcedat.Que
duo in illius nature sublimitate discernere
omnino difficile ē. Ergo ne hoc putareť vt
dixi/cōtinuo subiecit:Omia que habet pa/
ter mea sunt: ꝓpterea dixi/de meo accipiet.
Ita sine dubio intelligi volens ꝙ de patre
accipiat.Sed ideo de ipſꝰ:quia omnia que
habet pater/ipsius sunt.Hec aūt non est di/
uersitatis nature/sed vnius principij cōmē
datio.Scđm hoc itaqꝫ spiritussanctus non
a seipso loquiť:qꝛ nō est a seipso qui de pa/
20 tre ꝓcedit.Sicut nec filius potest a se face/
re quicqꝫ:quia nec ipse a seipo est:sicut iam
superiꝰ exposui:nō ꝙ in oībus nutū patris
expectet.Nō eñ ait:Nisi qđ viderit prez i/
nuentē/sed qđ viderit patrē facientem:fm
21 ea q̃ iā disputauimꝰ.Qꝫ aūt in oībus spūs/
sctūs christi ꝓceptū expectet vt dicūt/legāt
si possūt.Qđ eñ dictū ē/nō a se loquiť: nō
est dictū quecūqꝫ a me audierit:sꝫ quecūqꝫ
audierit loqueť.Cur aūt dictū sit/pauloan/
te iam claruit ex ipsius quā cōmemoraui do
mini expositiōe/vbi ait: Omnia que habet
pater/mea sunt: ꝓpterea dixi de meo acci/
piet.Unde aūt accipiet/inde ē ꝓculdubio
quod loquitur:quia inde audit vnde ꝓce/
dit.Scit eñ dei verbuꝫ ꝓcedendo inde vñ
nasciť verbum: ita vt sit cōmuniter spūs ⁊
patris ⁊ verbi.

Qꝛ indifferenter in diuinis dicū tur temporis verba: Ca. XXIIII.

Ec moueat ꝙ futuri temporis ver/
n bū est/accipiet/quasi nōdū haberet:
Indifferenter quippe dicunť tempo/
ris verba/cꝫuis sine tempore manere itelli/
gať eternitas.Naꝫ ⁊ accepit/ quia de patre
ꝓcessit:Et accipit/quia de patre ꝓcedit: Et
accipiet:quia de patre ꝓcedere nūquā desi
net:sicut deus ⁊ est ⁊ fuit ⁊ erit/et tamē ini/
tiū vel finē tēporis/nec habet / nec habuit/
nec habebit.

Quō spūs interpellare ꝓ nobis intelligať: Ca. XXV.

Ilius inquiūt ꝓ nobis interpellat 22
f patrem: ⁊ spiritus ꝓ nobis postulat
filiū:sicut legūt/ꝙ filiꝰ iterpellat pa/
trē/scđm ea q̃ superiꝰ nos etiā cōmemoran/
tes disseruimꝰ:ita iueniāt vñ ꝓferāt/ꝙ spūs
postulet filiū.Qđ eñ dicit aplus:Quid eñ Roma.8.c.
oremꝰ sicut oportet nescimꝰ:sꝫ ipse spūs in/
terpellat. gemitibꝰ inenarrabilibꝰ:q autem
scrutatur corda/scit quid spiritus sapiat: qꝛ
scđm deū†postulat pro sanctis:Quomodo Al.tinterpel/lat.
libet isti accipiant:multuꝫ enim ad eos est
hoc sic accipere quēadmodū accipiēdū est:
nō est dictum/iterpellat christum aut inter/
pellat filium:interpellat autem spiritussan/
ctus dictum est/ quia iterpellare nos facit.
Sicut deus dicit:Nūc cognoui: quasi ante Gen.22.c.
nesciebat:qđ quid est aliud: nisi feci vt co/
gnoscas?Unñ est et illud apostoli:Nunc au Gal. 4.b.
tem cognoscentes deum / immo cogniti a
deo.Ne sibi tribuerent ꝙ cognouerunt de/
um: sic ergo ait: cogniti a deo: vt intellige/
rent ꝙ illos gratia sua deus fecit cognito/
res suos.Scđm istum locutionis modum
dictum est: Et nolite ꝯtristare spiritumsan/ Eph.4.g.
ctum dei:hoc est/nolite vos contristare qui
scđm spiritum dei contristamur ex vobis.
Charitate quippe contristabantur:quā dif
fundebat spiritussanctus in cordibus eoꝝ:
et per hoc eos de malis fratrum tristes ipse
faciebat.Deniqꝫ idem apostolus: Accepi/ Roma.8.c.
stis inquit spiritum adoptionis filioꝝ/ in
quo clamamus abba pater.Et alibi eundē
sensum commemorans:Misit inquit deus Gal.4.c.
spiritum filij sui in corda vestra/ clamanteꝫ
abba pater.Quomō ibi in quo clamamꝰ:
quomodo hic clamantem/nisi quia claman
tem hic ait/ clamare facientem? Ut autem
scđm ipsorum sensuꝫ sic accipiamus clamā
tem/tanqꝫ non clamare nos faciat/sed ipse
clamet:ecce dicendo/abba pater/non inter/
pellat filium sed patrem. Non enim aude/
bunt dicere filium christi esse spiritumsan/
ctum.Nam vtiqꝫ ne hoc dicerēt/ non geni/
tum a filio/sed factum dicere maluerūt.Nō
ergo scimus per nosipsos quid oremus si/
cut oportet:sed ipse spiritus interpellat:id
est interpellare nos facit que sunt scđm de/
um.Quod nisi faciat/nō oramus:nisi scđm
istum mundum ad expellēdaꝫ concupiscē/
tiam carnis/et concupiscentiam oculorum
et ambitionem seculi: que non sunt a pa/
tre/ sed ex mūdo sunt: Quāuis nonnulli id
quod dictum est : ipse spiritus interpellat

gemitibus / de spiritu hominis intelligen/ dum arbitrent.

Qz filius nõ tm imago sit bonitatis et sapiētie patris/sed ipsa sapientia et bonitas: Ca. XXVI.

23 Otius bonitatis & sapientię & virtutis patris/ viuā & verā/ ppriā & condignam imaginē dicūt filiū. At apostolus paulus: non virtutis dei & sapientię imaginē/ sed eū ipsum esse dicit dei virtutē & dei sapientiam. Eo ipso igit q imago patris ē filius: virtus eius & sapiētia est: Imago autē plena atq pfecta: id est non ab illo ex nihilo facta: sed de illo genita nihil min9 habet ꝙ ille cui9 imago ē. Patris quippe imago summa: id est ita illis vt in ea dissimile aliqd nõ sit/ filius est vnigenitus. Nõ sunt tñ ausi dicere imaginē filij spiritūsanctū/ sꝫ

24 manifestationē. Propter hoc nec genitū/ sꝫ factū ab illo esse dixerūt. Qd de scripturis

Al. ꝑ legunt. sanctis omnino nõ intelligūt.

Qz arriani cogātur ex suo sermone dicere/ quos deus genuit verbo veritatis/ meliores esse filio dei vel spiritusancto: Capitulū XXVI.

25 Uis aūt catholicus dixerit: partem patris esse filiū: aut partē filij spiritūsanctum? Qd ita negandū putauerūt: tanꝙ inter nos & ipos/ nulla inde sit qstio. Eiusdē naturę dicim9 cē trinitatē: nõ aliquā ibi psonā partē cuiuspiā nūcupam9. Sed q ita negant partē patris esse filiū/ vt tamē dicant ppriū & dilectissimū pfectū/ et plenū vnigenitū filiū: qrendū est ab eis: qs

Jaco. i. c. filios suos facit deus voluntarie/ gignens eos verbo veritatis: cū ad eam pfectionem puenerit/ vt pfectiores esse nõ possint: vtrū sint etiā ipsi pprij & dilectissimi/ pfecti & pleni filij dei? Qd si erunt: nec vnigenitus ille erit: quia ęquales multos habebit/ sed tantūmodo primogenitus. Si autem nõ erūt: quō accipienda est illius plenitudo atq pfectio: nisi vt sit prorsus gignenti ęqualis: & i nullo oino dissimilis: atq vt id breui9 planiusq dicam9: sint isti filij gratia/ ille natura: q: in istis ē pticipatio diuinitatis/ i illo ē plenitudo. Quāuis & ille qd suscepit homi/

Joh. i. b. nē/ & verbū caro factum est/ nõ sit natura sꝫ gratia: verbi tamē qd patri ęquale ē pmanēte natura. Deinde respondeāt: quia non

26 filium/ sed primū et pręcipuum opus filij ꝑ ceteris vniuersis dicūt esse spiritūsanctum: vtrū illi filij meliores futuri sint spūsancto: quos volūtarie genuit pater verbo veritatis? Quō eñ non cogūtur hoc dicere: cum proculdubio melius sit filios esse patris ꝙ opus filij? Hęc cogitent/ & emēdent vanas impiasq blasphemias: atq fateant in illa trinitate nullā personam/ ꝑter qd filius manens deus homo factus est/ oino esse creaturā: aut aliquid a deo factum esse: sed totum quicquid illud est/ summū verū immutabilem deū. Absit eñ vt queadmodū sapiūt: 27
pater maior sit filio suo/ scdm id qd vnigenitū verbū eius est: sed scdm id qd verbum caro factum est. Sed quid mirum/ quādo i eadem carne factus est etiā angelis minor: absit vt queadmoduꝫ blasphemāt: incomparabiliter maior & melior sit filius spiritu/ 28
sancto: Et qd insanissimū est credere: tēpluꝫ minoris sint mēbra maioris.

Qz deus et dñs pater sit filij: sꝫ sm seruilem formā: et de fatua arrianorū doctrina: Ca. XXVIII.

Ater quidē/ deus & dñs est filio suo: 29
p quia in eo forma seruilis/ quę prophetabatur/ cum diceret: Dominus Ps. 2.
dixit ad me: filius meus es tu. Cui etiam in eadē pphetia dicit idem filius: De ventre Ps. 21.
matris męę deus meus es tu: De vētre quippe matris eius vbi hominē assumpsit/ deus eius est: Qui ppter qd cum nõ solum ante ventrem matris/ sed ante omnia secula coęternū genuit/ pater eius est. Ubi autē vel 30
i sõnis audierūt scripturā sctām dixisse filiū deū & dominū esse spiritūsancti? Pater in/ 31
quiunt immobiliter et impassibiliter volēs filium genuit: filius sine labore & fatigatione sola virtute sua spiritum fecit. O precipuam laudem/ filij et spiritussancti. Quasi nos pater mobiliter et passibiliter inuitus genuerit: qui nos voluntarie genuit verbo veritatis: Aut filius cum labore & fatigatio 32
ne cęlum & terram creauerit. Equent ergo ista opera scdm istos: vel filio vel spiritūsancto: aut si nullo modo ęquant: quid profuit hoc dicere vnde nulla fit questio: quod scilicet sine vllo labore et fatigatione vel gignat pater/ vel faciat fili9? Uideāt sane quo modo dicant/ q sola virtute sua filius fecerit spiritūsanctum. Isto enim modo coguntur fateri aliquid fecisse filium quod nõ viderit patrem facientem. An placet eis dicere/ q etiam pater fecerit spiritumsanctum? Non ergo cum sola virtute sua fecit filius. An alterum fecit prior pater: vt posset fili9 facere quē fecit: q nõ põt facere nisi qd viderit patrē facientē? Et qd est qd non alia similia/ sed qcunq pater facit/ hęc eadē fili9 facit similiter? Si hęc cogitare conent: proculdubio turbabunt eis oīa quę sibi carnali cogitatione cōponūt.

Quõ patri qui a seipso solus est et filio et spirituisacto latria sit ser/uitute seruiendum cũ tñ dicaẽ: Illi soli serues: Capitulũ.xxix.

33 Erum est autẽ/ q pater omnibus q̃
v sunt dedit vt esset: ⁊ ipse qḋ est a ne/
mine accepit: sed equalitatem suam
nulli dedit/ nisi filio qui natus est de illo/ et
spirituisancto qui ꝓcedit de illo. Que cum
ita sint: nõ est ista quã volunt isti/ differen/
tia trinitatis: Quia indifferens in trinitate
natura/ indifferens in trinitate potẽtia est:
Ioh.5.d. vt omnes honorificent filiũ sicut honorifi/
cant patrez: qḋ ipse ait. Et qui volunt pie
viuere/ dominũ deũ suũ adorẽt/ ⁊ illi soli ser
Deut.6.c. uiant: Qḋ ⁊ antiquis patrib⁹ dei lege p̃ce/
ptum est. Nec vllo modo aliter fieri potest:
vt soli dñõ deo nr̃o ea q̃ deo debeẽ seruitu/
te seruiam⁹: Ipsa est em̃/ q̃ grece appellatur
λατρεια. Qḋ verbũ ibi positũ est cũ dicere
tur: Illi soli serues. Nullo modo inquã h̃
fieri potest/ nisi ipse domin⁹ de⁹ noster vni/
uersa sit trinitas. Alioquin istã seruitutem:
q̃ latria dicẽ: quã nõ debẽt serui eis quos
ẜm carnẽ dñõs habent: sed oẽs hoĩes dñõ
deo suo. Hãc ergo seruitutẽ nõ exhibebim⁹
filio si de patre dictũ est: et illi soli serues?
At non exhibebimus patri: si de filio dictũ
est: ⁊ illi soli serues? Jam vero si aliquibus
terrę molib⁹ spiritui sancto templũ fabrica/
remus: qs dubitaret ei nos latria/ id est ista
de qua nũc loquor ẜuitute seruire? Quõ ḡ
nõ ei seruitutẽ q̃ latria dr̄/ exhibem⁹/ cui tẽ/
plũ non facim⁹/ sed nos ipsi sumus? Et quõ
nõ et ipse de⁹ noster est/ de quo dicit aplus:
1.Cor.3.c. Nescitis q2 templũ dei estis/ ⁊ spũs dei ha/
bitat in vobis: Et paulopost: Glorificate ḡ
deũ in corꝑe vestro? Corpora aũt nostra/ tẽ
plũ in nobis dicit esse spũssancti. Cũ igitur
et patri et filio et spiritui sancto ista q̃ latria
vocaẽ seruitute seruiam⁹: audiamusq3 legẽ
dei p̃cipiẽtẽ: vt nulli alteri/ sed soli dñõ deo
nostro hãc exhibeam⁹: ꝓculdubio vn⁹ ⁊ so/
lus dñs de⁹ noster ẽ ipsa trinitas: cui vni et
soli talẽ seruitutẽ pietatis iure debemus.

Quid sit ad dñm venire/ ⁊ in veritate filiũ adorare qui est vna cuz sancto spiritu veritas: Ca.xxx.

34 Icuti nemo põt iquiũt sine filio ad
s patrẽ trãsire: ita ⁊ nemo põt sine spi
ritusancto filiũ in veritate adorare:
Quasi ⁊ ad filiũ sine patre q̃sq3 possit veni/
Ioh.6.e. re: cũ ipse dicat: Nemo venit ad me nisi pa/
ter qui misit me traxerit illũ. Aut ad spiritũ
sanctũ sine patre ⁊ filio ꝑuenire possemus:
quia cũ sua nobis ꝯferunt gratia. Quid est
em̃ aliud ad eos venire/ nisi eos habitãtes
in nobis habere? Hoc em̃ mõ ⁊ ipsi ad nos
veniunt: cũ deus vbiq3 sit: ⁊ nullo corpora/
li cõtineaẽ loco. Ipse saluator dicit de se et
de patre: Veniemus ad eum/ ⁊ mansionem Ioh.14.c.
apud eum faciemus. Et de spũsancto dicit:
Nisi ego abiero/ aduocatus non veniet ad Ioh.16.b.
nos. Quid ẽ ergo qḋ dicũt: Sicuti nemo po
test sine filio ad pr̃ez trãsire: ita ⁊ nemo põt
sine spũsancto filiũ in veritate adorare: Et
deinde subiũgunt: Ergo i spũsancto adora/
tur filius: Nũquid nã hęc indicãt differen/
tiã naturarũ: de qua inter nos ⁊ illos verti/
tur quęstio? Nã si nemo põt sine spiritusan/
cto filiũ in veritate adorare: ⁊ in spiritusan/
cto adoraẽ filius: ꝑfecto veritas est etiam
spiritussanctus. Quia cũ in illo adoraẽ fili/
us: sicut ab eis dictum est/ in veritate ado/
ratur: vt ipse filius ait: Ego sum veritas: er Ioh.14.a.
go ⁊ in seipso adoratur/ cum in veritate ado
ratur. Ac per hoc ⁊ in seipso ⁊ in spiritusan/
cto adoraẽ filius. Quis aũt ita sit impius/
vt inde separet patrẽ? Quõ em̃ nõ ⁊ in illo
adoramus in quo viuimus/ mouemur ⁊ su Act.17.f.
mus. Proinde adorari filium in spiritusan/
cto etiã nos dicimus: Adorari aut filiuz ab
spiritusancto/ legant si possunt.

De glorificatione mutua patris et filij: Capitulũ xxxi.

Am per filiũ glorificari patrem/ qs 35
n negat? Sed et filium glorificari per
patrẽ negare quis audeat? Cui dicit
ipse fili⁹: Glorifica me. Cui etiaz dicit: Ego Ioh.17.a.
te glorificaui. Glorificare autẽ ⁊ honorifica
re et clarificare/ tria q̃dẽ verba/ sed res vna
est: qḋ grece dicẽ: δοξαλн Interpretatur
autem varietate: aliter atq3 aliter positum
est in latino.

De multiplicibus spũssãcti operibus nõ ita sibi appropriatis vt reliq̃s nõ ꝯueniãt ꝑsonis: Ca.xxxii

Piritussancti opus ⁊ diligentia est 36
s inquiũt/ sanctificare ⁊ sanctos custo
dire: et nõ soluz rationabilia vt q̃dã
putant: ẜ ⁊ irrõnabilia plura sanctificare: et
eos q̃ ceciderũt ꝑpter suã negligẽtiã/ ad pri
stinũ statũ reuocare: ignorãtes docere: ob/
liuiscẽtes admonere: peccantes arguere: pi/
gros hortari: de salute sua cogitare/ ⁊ sollici
te agere: errantes ad viã veritatis deduce/
re: infirmos curare: et fragilitatem corporis
per alacritatem animę continere/ ⁊ ad amo
rem pietatis et castitatis confirmare: ⁊ om/
nes illuminare: super omnia fidem ⁊ chari/
tatem pręberę singulis: pro studio quoq3
et diligentia/ pro simplicitate et sinceritate

mentis/ ꝑ mensura fidei ⁊ merito conuersa/
tionis gratiaꝫ ad vtilitatē diuidere/ ⁊ vnus/
quisq̄ ī quo opere et proposito fuerit habi/
lis in ipso ordinare. Facit hec quidem spiri/
tussanctus: Sed absit/ vt sine filio faciat.
Quis enim sic deuiet a via veritatis/ vt ne/
get a christo custodiri sanctos: lapsos autē
in statum pristinum reparari: ignorātes do
ceri: obliuiscentes admoneri: peccantes ar/
gui: pigros hortari: errantes ad viam veri/
tatis adduci: infirmos sanari: cecos illumi/
nari: ⁊ cetera q̄ isti spiritui sancto tāq̄ solus
ea faciat tribuenda putauerunt? Ut eñ de
ceteris ne lōgum sit taceam: quomodo ne/
gabunt a christo doceri sanctos: quib⁹ idē
Matth.23.a. dicit: Nolite vocari ab hoib⁹ rabbi: vnus
est enim magister vester christus? Quomo
do negabunt a christo illuminari: de quo
Joh.1.a. scriptum legunt: Erat lumē verum quod il/
luminat oēm hoiem? Spirit⁹ ergo sanct⁹/ si/
cut sine christo nō docet aut illuminat quē/
quā: ita sine christo nō sanctificat quicquā.
Illud autē quod ꝑ ꝓphetam de⁹ dicit: Ut
sciant quia ego sum qui sanctifico eos: eli/
gant a quo dictum velint credere. Si a pa/
tre: cur ab eo separant opera spiritussancti:
cum sctificari sanctos a spūsctō tanq̄ pro/
prie ac separabiliter putāt? Si a filio/ saltē
ab ipso nō separēt opa sctificatorꝫ spūsctī.
Si ab spiritusancto/ deus est etiam spiritus
sanctus: quod illi nolūt qui ꝑ ꝓphetam di/
cit: Ut sciāt quia ego sum q̄ sanctifico eos.
Si autem qđ melius intelligit/ vox illa ip/
sius trinitatis ē ꝑ prophetā/ nullo dubitā/
te/ vnus deus est pater ⁊ filius ⁊ spiritussan
Roma.11.d. ctus: ex quo omnia/ per quem omnia/ ī quo
omnia/ ipsi glīa in secula seculorū amē.

Ex que in creaturis nō dicūt ꝑfe ctionem simpliciter/ ad diuina sint minime transferēda: Ca. XXXIII.

Um itaq̄ fateamur fieri ab spiritu/
c sācto que ab illo fieri cōmemoraue/
runt: non est ex eo consequēs quod
37 adiungunt. Aliū esse a filio spiritumsanctū
natura ⁊ ordine/ gradu et affectu/ dignitate
et potestate/ virtute ⁊ operatione: Quādo
quidem nec hominum diuersa natura est:
quorum separabilia opera esse possunt: qđ
trinitatis esse non possunt. Ordo autē/ gra/
dus/ affect⁹/ qui inuenit in creature dispari/
litate ⁊ ifirmitate/ nullus est ī illa coeterna
⁊ equali ⁊ īpassibili trinitate. Dignitas ve/
ro/ potestas/ virtus quomodo non equalis
est omnibus: qui ⁊ eadē ⁊ similiter operant?
Quod eñ dicūt eos operatione diuersos:
hoc omnino falsum esse cōuincimus.

Quomodo arrianorū argumēta contra catholice veritatis documenta nō militent: Ca. XXXIIII.

Uod autem in isto sermone subne/ A
q ctūt: Impossibile est vt vnus idem 38
q̄ sit pater ⁊ filius/ generans ⁊ na/
scens: cui testimoniū ꝓhibetur et qui testi/
moniū ꝓhibet: maior ⁊ is qui maiorem con
fitetur: is qui ad dexterā sedet aut stat/ ⁊ is
qui sedis dat honorem: qui missus est et is
qui misit: nec discipulus ⁊ doctor/ vt ipē do
cuit dicēs: Sicuti docuit me pater sic loq̄r: Joh.8.d.
similis ⁊ imitator et is cui⁹ est similis ⁊ quē
imitat: is qui orat/ ⁊ is qui exaudit: is q̄ gra
tias agit/ ⁊ is qui benedicit: is qui suscipit
mādatū/ ⁊ is q̄ dedit mandatū: minister ⁊ ꝑ
cipiens: supplex et eminens: subditus ⁊ su/
perior: vnigenitus ⁊ ingenitus: sacerdos et
deus: Ex parte aliqua verissime dicunt: sed
ea cōtra sabellianos/ nō contra catholicos
dicunt. Illi eñ vnum ⁊ eundē dicunt filiuꝫ
esse qui pater est. Nos autē patrem gignen
tem ⁊ filiū genitū duas dicim⁹ eē ꝑsonas: s
nō duas diuersasq̄ naturas. Non ḡ vn⁹ et
idē est pater ⁊ filius/ sed vnum sunt pater ⁊
filius. Ex vero maior est pater nō pertinet
ad naturā gignētis ⁊ geniti/ sed hominis et
dei. Scđm quā formā suscepti homis/ ⁊ ad
dexteraꝫ patris sedet vel stat: ⁊ orat ⁊ grās
agit: ⁊ sacerdos est/ ⁊ minister est: et supplex
est/ et subditus est: Scđm autē formam dei
in qua equalis est patri/ vnigenitus est ⁊ gi
nenti coeternus. Et licet sit primogenitus B
omnis creature: quia in illo cōdita sunt om Col.1.b.
nia: priusq̄ ille ē genitus q̄ hec condita/ ta/
mē sempiternus est sicut pater: nec cepit ex
tempore. Nam ⁊ patreꝫ rectissime dicimus
priorem esse q̄ vniuersa que cōdidit: q̄uis
genitus nō sit. Nihil enim tam primum/ q̄
id ante quod nihil est. Sed sicut nihil est an
te patrem: ita nihil est ante vnigenitū filiū/
patri vtiq̄ coeternum. Neq̄ enim quia ille
genuit/ ille genit⁹ est/ ideo est pater tempo/
re anterior: Nam si inter patrem gignentē
⁊ genitū filiuꝫ aliquod tempus est: ꝑfecto
tempus est ante filium. Et nō est iam filius
primogenitus omni creature: quia ⁊ tem/
pus vtiq̄ creatura est: Nec oīa per ipsum:
si tempus ante ipsum: sed omnia per ipsuꝫ:
nullum ergo tempus ante ipsum. Ac per
hoc/ quēadmodū ignis ⁊ splendor qui ex ig
ne gignit et circūquaq̄ diffundit simul esse
incipiunt/ nec genitus a gignēte ꝑceditur:
sic deus pater ⁊ deus de deo fili⁹ esse simul
incipiunt: quia pariter sine vllo initio tem/
poris sunt: nec genitus a gignente ꝑcedit.

Et sicut ignis gignens et splendor genitus
coequi sunt: ita ⁊ deus pater gignēs/ ⁊ deꝰ fi/
lius genitus/ coeterni sunt. Sed quia iste ē
de illo/ non ille de isto: ideo ⁊ mādatū acce/
pit a patre/ cū mādatū ipse sit patris: et do/
cet eū pater/ cū ipe sit paterna doctrina. Sic
enī accepit a p̄re vitā/ cū sicut pater ipe sit
vita: ita ē ⁊ patri similis/ vt in nullo sit om/
nino dissimilis. Testimoniū x̄o cū iuicē si/
bi ꝑhibeāt pater ⁊ filius: quomodo isti alte
rū eorū faciant testimoniū ꝑhibentē/ ⁊ alte/
rū cui testimoniū ꝑhibeatur/ ignoro. Nonne
Matth.3.c. pater dicit: Hic est filius meꝰ dilectus. Nō/
Joh.8.c. ne filiꝰ dicit: Testimoniū ꝑhibet de me qui
misit me pater? Cur ꝗ̄ eos ita distinguunt:
vt patrem dicāt cui testimoniū perhibetur: et
filiū q̄ perhibet? Cur vsqꝫ ad ista sunt vani:
vsqꝫ ad ista surdi: vsqꝫ ad ista ceci? De pa/
tre autē mittente ⁊ misso filio/ iam in superi
oribus huiꝰ disputationis partibus satis
abundeqꝫ tractatū est.

Qꝛ nunq̄ pater prescius erat se vnigeniti dei patre futurū: qꝛ nunq̄ non pater erat/ habēs filium coeternum: Capitulum. XXXV.

39 Nunq̄ sane/ vt ipietas ista delyrat:
pater prescius erat se vnigeniti dei
patrē futurū: quia nūquam nō pater
erat/ habens filiū coeternū: ⁊ generans sine
tempore/ ꝑ quē cōdidit tēpora. Et sicut deū
se non ꝓsciuit futurū quod semꝑ erat: sic nec
patrē: qꝛ cū filio semꝑ erat: nec magno filio
maior/ nec bono melior: quia non patri tm̄/
Ps.46 sed vniuerse trinitati dictum est: Tu es de/
us solus magnus: Nec de patre tm̄/ sed de
vniuersa trinitate recte intelligitur dixisse
Marci.10.c. idem filius: Nemo bonꝰ nisi vnus deꝰ: qui
eum appellauit magistrū bonū/ q̄ eū nondū
intelligebat deū: Tanq̄ diceret: Si vocas
bonū/ intellige deum: nemo enī bonus nisi
vnus deus. Trinitas ergo vnus deꝰ solus
magnꝰ ⁊ bonꝰ: cui vni ⁊ soli sicut ꝓcepit lex
eiꝰ illa que latria dicitur seruitute seruimus.

Qꝛ nō humilitatis sed veritatis gratia patri se christus minorē dixerit: ⁊ de fide consubstantialitatis ꝓpter quā ab hereticis homousiani vocamur: Ca. XXXVI.

40 Absit autē vt dicamꝰ humilitatis/ nō
veritatis gratia filiū aliquando sic
loqui/ vt se patri subijciat eūqꝫ ma/
iorem esse testetur. Nouimus quippe in filio
formā serui/ nō fictam simulatāqꝫ/ sed verā:
propter quē scilicet humanū habitū/ ⁊ pro/
pter qđ ipse de patre/ nō pater de illo deus
est: dicit illa oīa de quibꝰ isti occasionē acci/
piūt: diuersas p̄ris ⁊ filij credere ac ꝓdicare
naturas. Et cū se tanta ista voragine impie
tatis immergat: nos tanq̄ opprobrio noui
nominis homousianos vocāt. Ita enī sese
habet catholice veritatis antiquitas: vt ei
omnes heretici diuersa noīa imponāt: cū ip
si sua singula sicut ab omnibus appellantur
obtineāt. Arriani quippe ⁊ eunomiani/ non
alij heretici nos vocitāt homousianos: qꝛ
ꝯ eorū errorē greco vocabulo: ὁμοούσιον
defendimus patrē ⁊ filiū ⁊ spiritūsanctum:
id est vnius eiusdēqꝫ substantie: vel vt ex/
pressius dicatur: essentie q̄ οὐσία grece appel/
latur: quod planius dicitur: vnius eiusdēqꝫ na/
ture: Et tamē si quis istorū qui nos homo/
usianos vocāt/ filiū suū nō cuius ipse esset
sed diuerse diceret esse nature/ exheredari se
ab eo mallet filius q̄ hoc putari. Quanta
itaqꝫ impietate isti cecantur/ qui cum confite/
antur vnigenitū dei filiū/ nolunt eiusdē natu
re cuiꝰ pater est cōfiteri: sed diuerse atqꝫ im/
paris ⁊ multis modis rebusqꝫ dissimilis: tā
q̄ nō de deo natus/ sed ab illo de nihilo sit
creatus: Ac ꝑ hoc ⁊ ipe creatura sit gratia fi
lius nō natura. Ecce qui nos quasi macula
noui nominis vocāt homousianos/ nec se
ipsos cū ista sentiunt intuentur insanos.

Quomodo apostolus filiū patri subijciedū i futurū intellexerit: Ca. XXXVII.

Quod aūt ante om
nia secula natum fatentur filium: quo
modo nō sibiipsi cōtrarij sūt/ cū na/
tum dicere ante oīa secula/ cuius natiuitati
anteponūt aliquid tēporis: quasi nō aut se/
cula aut seculorū partes quecūqꝫ sint tēpo
ra? Quod vero dicit aplus/ etiā i futuro se/
culo patri filiū subiectum futurum: vbi ait:
Tūc et ipse subiectus erit ei qui illi subiecit
omnia: quid mirū/ quādo quidē illa in filio 1.Cor.15.d.
forma hūana māsura est/ qua semꝑ maior ē
pater? Quāuis nō defuerint/ q̄ illā tūc filij
subiectionē ipius humane forme in diuinā
substātiā cōmutationē intelligēdā putaue/
rint: tanq̄ hoc cuiqꝫ rei subijciatur/ qđ i eā cō/
uertitur ⁊ mutatur. Sed nos qđ hinc sentiamꝰ
ostendimus: magis ideo dixisse apostolum
etiā tūc patri filiū subiectū futurū: ne quis
in eo putaret spiritū ⁊ corpus humanū ali/
qua cōuersione periturum: vt sit deus om/
nia: nō tm̄ in illius vnius forma hoīs/ sed
in omnibus: id est vt ad habendaꝫ vitā et
faciandū in bonis desideriū nostrū. natura
diuina sufficiat. Tunc enī deus omnia erit
in omnibus/ cū ꝓter ipsuꝫ nihil omnino ha
bere velle ceperimus. Omnia quippe ipse

nobis erit quādo ipso deficiēte nihil deerit.

Qr non sit ideo christus a patre missus tāq̄ sue nō fuerit potestati: Ca. XXXVIII.

i Missum vero obau/ disse filiū anteq̄ acciperet carnē/ vn de isti existiment nescio: an accipere carnē iussus est: vt hoc videatur fecisse iussus qd fecit missus? Iterū ergo ad illa redeāt q̄ superius disputata sunt: et querant atq̄ inueniāt si possunt: pater vnico vbo quo alio iusserit vbo: et vtrum dignū fuerit/ vt tpali iuberet verbo verbū suberet eternus: Atq̄ hinc intelligāt/ q: nō eum patris iussio tāq̄ sue nō fuerit potestatis/ sed semetipsum ex/ Phil. 2. b. inaniuit formā serui accipiens. Qd aūt hu/ miliauit semetipsum: factus obediens vsq̄ ad mortē: iā vtiq̄ acceperat carnē.

Operis cōclusio: Ca. XXXIX.

a Rbitror me ad omnia respondisse q̄ cōtinet arrianorū sermo/ q nobis vt ei respōderem a qbusdā fratribus missus ē. Qui vt posset inspici ab his q hec legūt: et vtrū ad oīa responsū fuerit explora re desiderāt/ huic eū nre disputatiōi pscribē dū putauim: vt pri legat ipse/ ac deinde nra rūsio. Qm nō vbiq̄ textū vboꝝ ei in/ terposuim: ne nimis longū facerem B op nostrū: qd tādē isto fine conclusim.

Sancti augustini hipponēsis epi/ liber cō tra sermonē arrianorū explicit.

Diui aurelij augustini hipponēsis epi/ in libros de nuptijs et cōcupiscentia ad valeriū comitē ex secū do libro retractationū argumētū.

s Cripsi duos libros ad illustrē virū 2. Retract. ca. 53. comitē valeriū/ cū audissē pelagia/ nos ei nescio qd scripsisse de nobis: q sc̄ nuptias dānaremus/ asserendo origi/ nale pctm̄: quoꝝ titulus ē: De nuptijs et cō cupiscentia. Bonitatē quippe defendim nu ptiarū: ne putaret earū esse vitiū cōcupiscē/ tia carnis: et lex in mēbris repugnans legi mentis: quo malo libidinis bene vtitur ad fi/ lios procreādos pudicitia cōiugalis. Et aūt duo libri essent/ primus venit in iuliani pe/ lagiani man: et scripsit aduersus eū libros quattuor: ex qbus qdē nonnulla decerpsit/ et comiti valerio misit: ille vo ad nos: Que cū accepissem: alio libro ad eadē ipsa rndi.

Diui aureliĳ augustini epi/ ad ualeriū comitē/ grām habētis ut lris suis rnderit: eūq̄ de fide & cæteris uirtutibus cōmendātis: & ut ab eplā ad librū quē simul miserit legēdum perdat/ adhortātis.

Omino illustri & merito præstātissimo/ atq̄ i christi dilectione charissimo filio A
d Valerio Augustin i dño salutē. Cū diu moleste haberem q aliquotiēs scripse/ ri/ & nlla tuæ sublimitatis rescripta meruerim: repente epistolas tres tuæ beni/ gnitatis accæpi: Vnā nō ad me solū datā/ p coepiscopū meū uidemialē: & nō lōge post p cōpresbyterū firmū duas: qui uir sctūs nobiscū ut ab illo scire potuisses familiarissima charitate coniūctus/ multa nobiscū de tua excellētia colloquendo/ & ueraciter in sinu/ ando/ qualē te in christi uiscerib nouerit: nō solum eas quas memorat episcopus/ uel quas ipse attulit/ sed etiā illas quas nō accæpisse nos querebamur/ litteras uicit: Et ideo de te narratio ei suauior nobis erat: quia ea dicebat/ quæ ipse non posses ne quidē me īquirēte rescribere: ne tuarū laudū/ quod sctā scriptura prohibet/ fieres prædicator/ q̄ & ego uerear hoc ad te scribere/ ne suspitionē adulātis incurrā. Dñe illustris & merito B præstantissime/ atq̄ in christi: dilectione charissime fili: Laudes itaq̄ tuas/ siue i christo siue magis i te laudes christi/ uide quid mihi delectatiōis & leticiæ fuit audire ab illo q nec fallere me posset/ propter fidē suā: & eas ignorare non posset/ propter amicitiā tuā: Sed alia & ab alijs/ & si nō tam multa uel certa/ uerūtamē audiuim/ fides tua q̄ sit sana & catholica: q̄ pia expectatio futurorū: quæ dei fratrūq̄ dilectio: q̄ nō supbe sapias i ex celsis honorib: nec speres i incerto diuitiaꝝ: sed i deo uiuo/ & diues sis i operib bonis: 1. timoth. 6. b. q̄ sit dom tua requies/ solaciūq̄ sctōꝝ/ & terror impiorū: q̄ta tibi curæ sit/ ne quis insi/ dietur mēbris christi/ coopert uelamine nois christi/ siue in ueterib eius/ siue in recen/ tiorib inimicis: q̄q̄ sis eorūdē inimicoꝝ puid saluti/ infest errori. Hæc atq̄ huiusmo/ di/ ut dixi: & ab alijs solem audire: sed nūc ea p supradictū fratrē plura & testatiora co/ gnouim. Porro aūt de pudicitia cōiugali/ ut eā quoq̄ i te laudare/ & amare possim: nū C qd audirem/ nisi ab aliquo iteriore familiari tuo/ qui uitā tuā: nō i superficie/ sed penit nosset? De hoc itaq̄ tuo bono/ dei dono me quoq̄ delectat familiari/ & aliquāto diuti loqui tecū. Scio me nō esse oneri tibi/ si aliquid prolixū mitto: q legēdo diuti sis nobis/

cum: Nam & hoc cōperi: q inter tuas multas magnasq curas, facile ac libenter legas, nostrisq opusculis, etiā quae ad alios cōscripsim⁹ si qua in manus tuas uenire potuerūt, admodū delecteris: quāto magis quod ad te scribit ubi tāq praesenti loquar: & aduertere dignaberis attentius, & accipere gratius. Ab hac ergo epistola perge ad librum quē simul misi: qui tuae reuerētiae & cur cōscriptus sit, & cur ad te potissimum missus, ipse suo principio cōmodius intimabit.

Caplorū pmi libri de nuptijs et cōcupiscētia ad valeriū comitem, scti augustini recollecta anotatio.

1 Q huius libri intētio sit, vt carnalis cōcupiscētię malū p originale ptractū discernat a bonitate nuptiarū.
2 De tribus causis, quare ad valerium scribere voluerit: q bonū sit nosse defendere quod credimus.
3 Cū pudicitia coniugalis, virginalis castimonia dei dona sint: vtrūq peccent nō ea referētes ad cultū eius, a quo acceperunt.
4 Qd sit bonū nuptiarū, et qui eo male vtātur, et quō vera nulla sit pudicitia, nisi verę fidei mancipet.
5 Q carnalis libidinis indecētia nō de cōnubio, sed de pctō est deriuata: et q nō fuerit adā cęc⁹ creat⁹ eo qd dicit: Aperti sunt oculi amborū.
6 Unde sit, q ceteris mēbris ad volūtatis arbitriū se mouētibus, libidinis tm membrū, qd naturę noīe nuncupat, libidine moueat, nō volūtate.
7 Q nec pter libidinis malū nuptias cōdēnare, nec pter nuptiarū bonū libidinē laudare debemus.
8 Quid sit possidere vas suū nō in morbo desiderij, sed in sanctificatione: qui sic possederint.
9 Q plures feminę vni viro idcirco tm licite iungebantur, nō econuerso, vt earū opa plures filij nascerent.
10 De cōiugū inseparabilitate, sacramētū fidelibus cōmēdante: de coniugij iniuste separatorū ppetuitate.
11 Q cōtinētia a carnali copula, nedum nō rūpat cōiugiū, sed firmius reddat: de felicissimo parētū christi vero cōiugio, in quo oīa nuptiarū bona sūt impleta.
12 Q oīs q de cōcubitu nascit, caro sit pcti: qnqdē sola q nō inde nata ē, nō fuit caro peccati.
13 Q patrū tpib⁹ tps fuerit amplectēdi, nūc ab amplexib⁹ cōtinēdi.
14 Quomodo cōiuges mutuo se fraudare nō debeāt.
15 Quomo cōiugij veritas concupiscētię voluptate pdat plurib⁹ modis.
16 Quō cōtinere nō potētes ordinatas castas nuptias amplecti debeāt.
17 Q nō ob carnis cōcupiam, s ppt plēs fidē, sacramētū nuptię sit laudādę.
18 Q ex nuptijs filiorū dei, nō filij dei, s seculi filij generent.
19 Q cōcupiscētię reatū regeneratio sola dimittit, quem generatio christianis ex parētib⁹ mirabiliter trahit.
20 Q a ptāte tenebrarū sicut baptismo eruunt adulti: sic et paruuli eruant vt saluent, necesse sit.
21 Quō nuptialia bona i paruulos pctm non ppagauerint.
22 Quō carnis cōcupiscētia q primū i mēbris eē incipiēs, pudorē introduxerit pariter pctm: de cynice philosophię impudentia.
23 Q cōcupiscentia ipa pctm vocat lex pcti: cui obedire phibemur, p quā diabolo subdit natura humana, nō q natura, sed q immūda.
24 Q ex cōcupiscētię malo, nuptijs erubescētiā inferēte, originale cōtrahat in paruulis.
25 Q cōcupiscētia carnis baptismo dimittat, nō vt nō sit, sed ne obsit: in quibus deniq vel minuatur vel vires accipiat.
26 Q ptereunte pctō reat⁹ maneat: qd
27 Quō cōcupiscētia (ē habere pctm.) manente reatus deesse valeat.
28 Quomodo malū faciat, qui facere statuit, peius sic cōpleat.
29 Quō bonū p tāto nō sit in carne, quia velle sibi adiacet, pficere aūt bonū nō poterit.
30 De lege iteriorē hoīem delectāte: de aduersa mēbrorū lege cōcupiscentia captiuante.
31 Quō caro, id est morbidus carnis affectus captiuet sub lege pcti, a q redimi expectat nūc p grām christi: in futuro aūt imortalitate.
32 Q lex pcti anteq remissione soluat, i paruulis imputat ad peccatū.
33 Q baptismali lauacro: nō solum patratorū, verūetiā posteriorū peccatorū venia christifidelib⁹ impetret.
34 Q nō in psenti seculo, s futuro ecclia nullā sit rugā vel maculā habitura.
35 Epilogatiua libri cōclusio p auctoritatem ambrosij.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponēsis episcopi/ad valerium comitē de nuptijs ꝛ cōcupiscentia liber primus incipit.

Qꝫ hui⁹ libri intētio sit/vt carnalis cōcupiscentie malū ꝑ originale cōtractum/discernatur a bonitate nuptiarum: Capitulū I.

Eretici noui

h dilectissime fili valeri/ q̄
medicinā christi qua pec
cata sanant/carnalit̄ na/
tis paruul' necessariā non
esse cōtēdunt: dānatores
nos esse nuptiaꝝ opisqꝫ diuini q̄ ex marib⁹
ꝛ feminis de⁹ hoīes creat/inuidiosissime cla
mitāt: qm̄ dicim⁹ eos q̄ ð tali cōmixtiōe na
scūt trahere originale pctm̄: de q̄ aplus ait:
Roma.5.b. Per vnū hoīem pctm̄ intrauit ī mūdū: ꝛ ꝑ
pctm̄ mors: ꝛ ita ī oēs hoīes ptrāsijt ī q̄ oēs
peccauerūt: eosqꝫ de parētib⁹ q̄libuscunqꝫ
nascant/nō negam⁹ adhuc eē sub diabolo:
nisi renascāt ī christo ꝛ ꝑ ei⁹ gratiā de ptāte
eruti tenebraꝝ/ī regnū illi⁹ q̄ ex eadē sexus
vtriusqꝫ cōmixtione nasci noluit/trāsferāt.
Hoc g̃/qꝛ dicim⁹ qð ī antiq̄ssima atqꝫ firmis
sima catholice fidei regula continet: isti no/
uelli ꝛ ꝑuersi dogmatis assertores/q̄ nihil
pcti ī paruulis eē dicūt/qð lauacro regene/
ratiōis abluat: tanq̄ dānem⁹ nuptias ꝛ tā/
q̄ opus dei/h̄ ē hoīez q̄ ex illis nascit/opus
diaboli esse dicam⁹/infideliter vel imperite
calūniāt. Nec aduertūt q̄ ita nuptiaꝝ bo/
nū malo origiali qð īde trahit nō pōt accu/
sari/sic adulterioꝝ ꝛ fornicationū malū bo/
no naturali qð inde nascit nō pōt excusari.
Nā sicut pctm̄/siue hinc/siue īde a paruulis
trahat/ op⁹ ē diaboli: sic hō/siue hinc/siue
inde nascat/opus ē dei. Intentio igit hui⁹ li/
bri hec ē/vt q̄tū nos dn̄s adiuuare dignat:
carnalis cōcupiscētie malū/ ꝓpt qð hō q̄ ꝑ
illa nascit trahit origiale pctm̄/ discernam⁹
a bonitate nuptiaꝝ. Hec em̄ q̄ ab īpudētib⁹
īpudēter laudat: pudēda ꝯcupiscētia nulla
eēt/nisi hō añ peccasset: nuptie ṽo essēt/etiā
si nemo peccasset: fieret q̄ppe sine isto mor/
bo semiatio filioꝝ ī corpore vite illi⁹/sine q̄
nūc fieri nō pōt in corpore mortis hui⁹.

De trib⁹ causis quare ad valerium scribere voluerit: ꝛ q̄ bonū sit nosse defendere qð credim⁹: Ca.II

Vr aūt ad te potissimū de hac rescri
c bere voluerim/tres maxie cause sūt
q̄s breuiter intimabo. Una est/qꝛ do
nāte christo magna tibi est obseruātia pudi
citie cōiugalis. Altera/qꝛ ꝓphanis istis no
uitatib⁹ qb⁹ hic disputādo resistim⁹/tu ptā/
te curādo ꝛ instādo efficaciter restitisti. Ter
tia/qm̄ quiddā l̄rarū ab eis ꝯscriptū ī tuas
man⁹ venisse cognoui: qð licet fide robustis
sima irriseris: bonū est tñ vt etiā nouerim⁹
defendēdo adiuuare qð credimus. Aplus
eñ petr⁹/paratos nos esse p̄cipit ad satisfa/ 1. Petri.3.d.
ctionē ꝛ cōfessionē omni poscēti nos rōnē
de fide ꝛ spe nr̄a. Et aplus paulus: Sermo v/ Col. 4.a.
ŕt vester in gr̄a cōdit⁹ sit sale: vt sciatis quō
oporteat vos vnicuiqꝫ respōdere. Ista sūt
q̄ me p̄cipue cōpulerūt: vt in h̄ volumie te/
cū haberē qualē dn̄s dignaret donare ser/
monē. Nā mihi nūquā placuit cuiquā illu/
stri viro/ꝛ tanta quāta es ipse sublimitate
cōspicuo: presertim nō ociosa dignitate tā
fruenti/sed adhuc actib⁹ publicis eisdēqꝫ mi
litarib⁹ occupato/aliqd meoꝝ opusculoꝝ le
gēdū nō a me petēti/nō tā diligēter q̄ īpu/
dēter īpingere. Si qd g̃ tale nūc feci ꝓpt eas
q̄s cōmemoraui causas/dignāter ignosce: ꝛ
beniuolū aīm ad ea q̄ sequūtur intende.

Cum pudicitia cōiugalis et virginalis castimonia dei dona sint: vtrū peccent non ea referētes ad cultū eius a quo acceperūt: Ca.III.

Onum dei esse etiā pudicitiā ꝯiuga/
d lē btissim⁹ paul⁹ ostdit: vbi de hac re
loquēs ait: Volo aūt oēs hoīes eē sic 1.Cori.7.b.
meipm̄. Sꝫ vnusq̄sqꝫ ꝓpriū donū habet a
deo/ali⁹ q̄dē sic/ali⁹ ṽo sic. Ecce ꝛ h̄ donū eē
dixit a deo: ꝛ si inferi⁹ q̄ illa ꝯtinentia: in q̄
oēs volebat eē sicut seipm̄/ tñ donū a deo.
Vñ itelligim⁹ cū hec p̄cipiunt vt fiāt/nihil
aliud ostendi/q̄ inesse nobis oportere ad
hec accipiēda ꝛ habēda etiā ꝓpriā volūta/
tē. Cū ṽo dei dona eē mōstrant/a q̄ petēda
sint discit si nō habent: ꝛ cui sint agēde gra/
tie si habētur: nostrasqꝫ voluntates ad hec
expetēda/sumēda/ retinenda parum vale/
re nisi diuinit' adiuuent. Quid g̃ dicim⁹/qm̄
et in q̄busdā impijs inuenit pudicitia cōiu/
galis: vtrū eo peccare dicendi sint q̄ dono
dei male vtant: nō id referētes ad cultū ei⁹
a q̄ acceperūt? An forte nec dona dei putā/
da sūt ista: qm̄ hec infideles agūt/scðm apl̄i
sn̄iam dicētis: Omē qð nō ē ex fide pctm̄ ē? Roma.14.d.
Quis autē audeat dicere donū dei eē pec/
catū? Aīa eñ ꝛ corpus ꝛ q̄cūqꝫ bona aīe et
corpis naturaliter insita/etiā in pctōrib⁹ do
na dei sūt: qm̄ de⁹/nō ipi ista fecerūt. De his
aūt q̄ faciūt dictū ē: Omē qð nō ē ex fide pec/
catū ē. Cū igit faciunt hec hoīes sine fide q̄
vident ad coniugalē pudicitiā ptinere: siue
hoībus placere q̄rētes/ vel sibi vel alijs/ si/
ue ī his reb⁹ q̄s vitiose cōcupiscūt hūanas

moleſtias deuitātes/ſiu e demonibꝰ ſeruien
tes: nō pctā coercenꝫ/ſꝫ alijs pctis alia pec/
cata vincūꝫ. Abſit ꝗ pudicū veraciter dici:
ꝗ nō ꝓpꝫ deū verū fidē ꝯnubij ſeruat vxori.

Quid ſit bonū nuptiarū/et ꝗ eo male vtaꝫ: ⁊ quō vera nlla ſit pudicicia/niſi vere fidei mācipeꝫ: Ca. IIII

Copulatio itaqꝫ maris ⁊ femine ge/
neradi cā bonū ē naturale nuptiaꝝ:
ſed iſto bono male vtiꝫ/ꝗ beſtialiter
vtiꝫ/vt ſit eiꝰ intētio in voluptate libidinis
nō in volūtate ꝓpaginis: Qḡ in nōnullis
aīalibꝰ rōnis expertibꝰ/ſicꝫ i pleriſqꝫ alitibꝰ
⁊ ꝯiugioꝝ ꝗſi ꝗdā ꝯfederatio cuſtodiꝫ/⁊ ſo/
cialꝫ nidificādi ſollertia/viciſſimqꝫ duoꝝ diſ/
ptita tpa fouēdoꝝ/⁊ nutriendoꝝ opa alter
na pulloꝝ magis eas videri faciunt agere
cū coeunt/negociū ſubſtituendi generis ꝗ
explēde libidinis. Quoꝝ duoꝝ illud eſt in
pecore ſimile hois: hoc in hoie ſile pecoris.
Uerum quod dixi ad naturā pertinere nu/
ptiarum/vt mas ⁊ femina generandi ſocie/
tate iunganꝫ: ⁊ ita inuicem nō fraudent: ſi/
Al. ꝗ fraudu/ cut ois ſocietas †fraudulētiā ſocioꝝ natura
lentā ſocium. liter nō vult: ꝫ tā euidēs bonū cū infideles
habēt/qꝛ infideliter vtunꝫ/in malū pctmqꝫ
ꝯuertūt. Eo mō ꝗ ⁊ illā ꝯcupiſcētiā carnis
Gal. 5. c. ꝗ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm/in vſū iuſti/
cie ꝯuertūt fideliū nuptie. Habēt qppe intē/
tionē generādi regenerādos: vt ꝗ ex eis ſe/
culi filij naſcūꝫ/i dei filios renaſcanꝫ. Qua
propter ꝗ nō hac intētiōe/hac volūtate/ꝫ ſi
ne generāt filios/vt eos ex mēbris hois pri
mi in mēbra trāſferāt chriſti: ſꝫ infideles pa/
rētes de infideli ꝓle gliāꝫ: etiā ſi tanta ſit
obſeruātia/vt ſcōm matrimoniales tabulas
nō niſi liberoꝝ ꝓcreandoꝝ cā ꝯcūbāt/ nō
ē in eis vera pudicitia ꝯiugalis. Cū eñ vir
tus ſit pudicitia: cui vitiū ꝯtrariū ē impudi
citia: oēſqꝫ vtutes etiā ꝗ ꝑ corpus operanꝫ
i aīo habitēt: quō vera rōne pudicū corpus
aſſeriꝫ/qñ a vero deo ipſe animus fornicaꝫ?
Quā fornicationē ſctūs ille pſalmꝰ accuſat
Ps. 72. vbi dicit: Ecce eñ ꝗ lōge ſe faciūt a te peri/
bunt: pdidiſti oēm ꝗ fornicaꝫ abs te. Uera
igiꝫ pudicitia ſiue ꝯiugalis/ſiue vidualis/
ſiue vginalis dicēda nō eſt/niſi ꝗ vere fidei
mācipaꝫ. Cum eñ recto iudicio ꝓferaꝫ nu/
Exo.24.b. Sumens autem moyses dimidiā parte3 sanguinis / infudit in craterē: et partē reliquam sanguinis infudit ad altare: ꝛ accipiēs librꝝ testamēti recitauit in aures populi. Notandum est nūc primū sacrificasse moysen euidenter scripturā dicere / ex q̄ ex egypto eductus est populus. Primo enim de iethro dictum erat socero eius / q̄uis cū aliqua ambiguitate / q̄ immolauerit deo. Et aduertēdū librū testamēti cū sanguine hostie recitari: in quo libro istas iustificationes ɔscriptas debeamus accipere. Nam decalogu3 legis in tabulis lapideis fuisse conscriptū postea manifestum est.

Quō iā tertio populus respondeat sub eodē vboꝝ ordine: Oīa faciemus ꝛ audiemꝰ: Questio.C.

Et dixerunt: Omnia quecunq3 locutus est dominus / faciemꝰ ꝛ audiemꝰ. Exo.24.b. Nō aliter respōdēt ecce iā tertio.

Cū deus (spūs em̄ est) nullo loco cōtineat: quō subdit: Viderūt locū vbi steterat ibi deus: Qō.CI.

Et ascēdit moyses ꝛ aaron et nadab Exo.24.c. ꝛ† abiud ꝛ septuaginta senioꝝ israel Al.† abiu ꝛ viderūt locū vbi steterat ibi deus israel. Cōstat inter eos qui recte intelligūt / nullo deum cōtineri loco: nec aliquo velut situ corporis mēbra ponere: sicuti est nostri corporis situs: sedere / iacere / stare / et si quid huiusmodi est. Hec em̄ sunt nisi corporum: deus autē spiritus est. Qđ autē se ostendit Ioh.4.d. specie corporali vel signis corporaliter ex/

pressis: nō substantia eius apparet qua est ipse qđ est / sed assumptio formarū visibiliū eius omnipotentię subiacet.

Qui sint electi de q̄bus dicitur: De electis israel non dissonuit nec vnus: vbi de p̄destinatiōe quedā inserunt. Itē quō q̄ternario numero significati alio ꝑ eiusdē numeri figuram gerant: Questio. CII.

Epo.24.c. Et de electis israel non dissonuit nec vnus: et apparuerunt in loco dei: et māducauerūt ꝛ biberunt. Quis dubitet illos quos nominatim expressit / et septuaginta seniores nūc appellatos electos israel: qui procul dubio ꝑsonā gerebant eorū
1.thessal.3.a. qui electi sunt in populo dei. Non enī om-
2.timoth.2.b. nium est fides: Et nouit dn̄s q̄ sunt eius. In magna autē domo sunt alia vasa in honorem: alia in cōtumeliā. Quoniā ergo quos
Roma.8.f. ante p̄sciuit / ꝑdestinauit: quos autē p̄destinauit / illos ꝛ vocauit: quos autē vocauit ipsos ꝛ iustificauit: quos autem iustificauit ipsos ꝛ glorificauit: ꝑfecto de electis israel nō dissonuit nec vnus. Significat aūt i quaternario numero i moyse ꝛ aarō ꝛ nadab et
Bl.ꝛ abiu. abiud / ꝑpter quattuor euāgelistas: et totius orbis qui in quattuor partes diuidit promissionē: et septuaginta de senioribus israel numero .s. septenario deciplato: qui ptinent ad significandū spiritūsanctū. Saphiro autē significat vita celestis: maxime quia dictū est: Sicut aspectus firmamenti: firmamentū autē celū appellari quis nesciat? Et forma lateris in eodē saphiro quadraturā ipsam / vel stabilitatē / vel eiusdem quaternarij numeri sacramentum figurat. Q, autē mādūcāt et bibūt: in loco dei suauitatē saturitatēq̧ ꝑfigurat vł significat in
Deut.5.a. illo regno eternitatis. Beati enī q̄ esuriūt et sitiunt iusticiā qm̄ ipsi saturabunt. Ubi ꝛ do-
Matt.8.b. minus dicit venturos multos: quos vtiq̧ nisi electos / p̄scitos / p̄destinatos / vocatos / iustificatos / glorificatos / et recubituros cū abraā ꝛ isaac ꝛ iacob in regno celorū? Nam et alio loco ipse hoc promittit fidelibus su-
Luc.12.e. is: ꝙ faciat eos recumbere: et trāseat et ministret eis.

Quid sibi velit ꝙ iesus naue nō commemoratus in illis quattuor de quibus mentio fit / subito cū moyse apparet ⁊c. Questio. CIII.

Epo.24.c. Quid sibi vult ꝙ iesus naue nō commemoratus in illis quattuor: subito cū moyse apparet / ꝛ cum illo ascendit in montem ad accipiendas tabulas legis: et subito rursus idē iesus abscōdit: id est tacetur: ꝛ moyses accepit legē in duab⁹ tabulis: ꝛ cū eo iterū apparet. An forte significat nouum testamentū nomine iesu ꝛ abscōditū esse in lege: ꝛ aliquādo apparere intelligentibus. Q, vero iesus iam vocatur cū in libro numerorū quando id nomen acceperit / scri- Numeri.14.a. ptura testat ꝙ iam ꝑpe esset vt terram promissionis intrarēt: per ꝑlepsim / hoc est per p̄occupationē anticipat scriptura qđ postea factū est. Omnia quippe ista posteaq̄ facta sunt scripta sunt: ac p hoc qm̄ factuȝ est quō cōmemorat / nōdū vocabatur iesus / sed qm̄ scriptū est iā hoc vocabat.

Que sint cymacia aurea versatilia in circuitu: Questio. CIIII.

Et facies in ea cymacia aurea versa- Epo.25. tilia in circūitu. Cymacia dixit quę in quadratura extant per quattuor partes: sicut mensę quadrę fieri solent. Nec ꝙ ait versatilia / mobilia debem⁹ accipere: fixa sunt enī: sicut dixi mēsas habere solitas: sed versatilia dixit / tortilia / que grece vocant στρεπτα: vel cannalib⁹ sicut sūt columne tortiles: aut implicata duabus virgulis i modū restis / sicut etiā torques fieri solēt. Qđ autē ait: Et fabricabis illi quattuor annulos aureos / ꝛ impones sup quattuor latera arcę: duos ānulos in latere vno ꝛ duos ānulos i latere altero ad quattuor angulos occurrūt q̄ttuor annuli singuli in singulis: ꝛ per angulorū numeruȝ fit / vt qđ in duob⁹ laterib⁹ ponit etiā in oib⁹ q̄ttuor ponat. Unus enī angulus duobus lateribus cōmunis est: Alioquin nō occurrit / vt bini ānuli ponant per quattuor latera cum sint quattuor ānuli: octo quippe esse debuerunt / si aliter intelligim⁹ ꝙ quod dixi fieri numero angulorū. Ad hoc enī ānuli in angulis ponuntur: ꝙ inducant supportatoria vel gestatoria q̄bus arca q̄ttuor hominib⁹ hinc atq̧ inde portet.

Que sit rō ꝑpitiatorij sic instituēdi: Et quid aurū ꝛ arca significent: Questio. CV.

Epo.25. Propitiatorium ad quid dicat superimponenduȝ super arcam queri solet: sed cū aureū fieri iubeat / eiusq̧ longitudinē ꝛ latitudinē tantam exprimat / quāta ꝛ ipsius arcę dicta est: procul dubio velut tabulā aureā tantę formę fieri p̄cepit qua tegeret arca: ita vt in ipso ꝑpitiatorio essent duo cherubin / hinc atq̧ inde alterutrū attendētes: ita vt vultus eorum in propitiatoriū essent: et pennis suis obumbrarēt ꝑpitiatoriū: quod magnū est

sacramentū. Aurū quippe significat sapiētiā: arca significat secretū dei. In arca iussa sūt poni lex/ et manna/ et virga aarō. In lege precepta sunt: virga potestatē significat: māna gratiā: qz nisi cū gratia nō est potestas precepta faciēdi: Uerūtā qz lex a quis pficiēte nō ex omni pte cōplef/ ppitiatoriū est desup: Ad hoc enim opus est vt propitius sit deus: et
Jaco.2.c. ideo desup ponit: qz superexaltat misericordia iudicio. Duo vo cherubin pēnis suis obumbrantes ppitiatoriū .i. honorāt velādo: qm mysteria ista ibi sunt: et inuicē se attendunt: qz cōsonāt: duo quippe ibi testamēta figurāt. Et vult' eorum sūt in ppitiatoriū: qz misericordiā dni/in q vna spes ē valde cōmēdāt. Deniqz hinc se pmisit locuturū deus ad moysen de medio cherubin de sursū ppitiatorij. Porro si creatura rōnalis in multitudine scientie /qm hāc interptationē habet cherubin/ duob' ipsis aialib' significat: ideo duo sūt/ vt societatē charitatis cōmendēt: ideo pennis suis ppitiatoriū obumbrāt: qz deo non sibi tribuūt pēnas suas .i. deū honorāt virtutib' qbus pstant: et vult' eorum nō sunt nisi in ppitiatoriū/ quia cuicunqz prouectui ad multitudinem scientie spes non erit/ nisi in dei misericordia.

Quō accipiendū sit illud: Erunt ānuli in thecis suppoztatoriis ad tollendā mensam: Questio.CVI.

Exo.25.c. Quod ait: Erūt ānuli i thecis supportatorijs ad tollendā mēsā: hoc intelligendū ē / qz annuli essent velut thece supportatorie .i. quo supportatoria tāqz in thecas inducant. Erūt quippe in thecis: ita dictū est tanqz diceret/ erūt p thecis.

Que sit ratio: Tabernaculū fieri iubeat dece auleorū: Et qd sibi velit qz tā sepe dicit: Cherubin facies ope textoris: Questio.CVII.

Exo.26.a. Decem auleorum iubet fieri tabernaculum/ cū sit decalog' legis. Aulea vo significāt latitudinē/ ppt facilitatē.
Roma.13.c. Charitas quippe plenitudo legis est: et nō nisi charitati sunt precepta facilia: vn ipa dilatatio cōmēdat cū dr: Dilatasti gressus meos
Ps.17. subt' me: et nō sūt infirmata vestigia mea. Sz qm ista dilatatio p grāz fit dei: charitas
Roma.5.a. em dei diffusa ē i cordib' nris: nō p nosipos s p spm sctm q dat' ē nobis: ido hic mystice ipse numer' etiā cōmendat/ q ptinet etiā ad spmsanctū p quē lex possit ipleri. Dicit em auleū longitudinē debere habere in cubitis viginti octo. Iste aūt numer'/ qz p septenariū diuidēdus ē/ significauit: cū dicat latitudinē auleę in cubitis qttuor: Qualē em septē sūt vigintiocto. Et ē etiā iste numer' pfect': qz sicut senari' suis partib' cōstat. Qd vero tā sepe dic: Cherubin facies ea ope textoris: quid aliud qz in his omnibus multitudinē sciētie cōmēdat: qd interptat cherubin.

Quō et in q significatione morali papiunt fieri sup tabernaculū vndecim vela capillacia / seu saga cilicina: vt alia lra hz: Qō.CVIII.

Facies vela capillacia opire sup Exo.26.b. tabernaculū: Undecim facies ea: q Al.cilicina capillacia vela sūt .i. cilicina vndecicius esse: In pctis quippe trāsgressio ē. Trāsgressio vero vndenario numero significat: qm trāsgredit denariū: id est legē: ideo ipsa vndecim p septenariū multiplicata / faciūt septuagitaseptē: Ubi significauit dns vniuersā remissionē pctorum dicēs: Nō solū sep Matth.18.c. ties/ verūetiā septuagiesseptiēs: qt generatiōes reperiunt/ cum lucas a baptismo dni enumerās sursum versus ascēdit et puenit p adam vsqz ad deū. Ad h em fit significatio pctorum in his velis/ vt p pfessionē exprimant/ et p gratiā q data est ecclesie aboleant: h est tegant. Unde dicitur: Beati quorum remisse Ps.31. sunt iniquitates et quorum tecta sunt pctā. Deinde iubet ea vela cooperiri pellib' arietinis rubricatis. Aries autē rubricatus cui nō occurrat christus passione cruentatus? Significant his etiā martyres sancti: quorum orationibus ppitiatur deus peccatis populi sui. Ipsis deniqz supiaciunt pelles hiacynthine: vt significet vita eterna viridi tate tanqz v igore ppetuo.

Quid significationis habeat qd grece dr: Facies duos aconicos etc.

Acies duos anconicos (Qō.CIX. Exo.26. columne vni cōsistētes ex aduerso: hoc est vnū hinc: et vnū inde de lateribus colūne: αγκωνίσκοι aūt dicit/ qd vulgo vocamus αγκῶνες: sicut sunt in columnis cellarū vinariarū qb' incūbunt ligna q cupas ferūt. Ducta ē aūt similitudo verbi a cubitis vbi flectunt man'/qb' incūbunt recūbentes: q grece αγκῶνες vocant.

Quid sit illd: Bases columnarū duas vni etc. Questio.CX.

Ases colūnarū duas vni. Bases nō Exo.26. eas hī videt dicere scriptura qbus columne ab imo fulciuntur/ sed etiā superiores que capitella nos dicim'. Ideo dicit duas bases colūne vni in ambas partes eius: Nam que sunt ambe partes/ nisi inferior et superior?

Quō colūnas octo z bases sedecim fieri pręcipit: Questio.CXI.

Exo.26. q Uod octo colūnas z bases earū se
decim ſm supradictā rōnem a poste
riorib⁹ tabernaculi ſcptura dicit / cū
superius sex dixerit : intelligit annumeratꝭ
duab⁹ angularibus octo fieri.

Que sit differentia inter sanctū / z sanctum sctōꝝ: vbi dr: Et diuidet vobis velamē inter mediū sctm̄: z inter mediū sctm̄ sctōꝝ: Qō.CXII.

Exo.26. e T diuidet vobis velamen intꝰ me
diū sctm̄: z intꝰ mediū sctm̄sctōꝝ.i.vt
inter sctm̄ z sctm̄sctōꝝ sit h̄ velamē
de quo nūc loqtur in q̄ttuor colūnis exten
tum. De hac differētia intꝰ sctm̄ z sctm̄sctōꝝ
Heb.9. ad hebręos epl'a loqtur: q2 vbi arca testimo
nij / ibi sctm̄sctōꝝ: h̄ est intꝰ intra velū / foris
autē mēsa z candelabꝝ: z cętera q̄ pauloan
te dixit quēadmodū fierēt / sctā dicta sunt z
nō sctāsctōꝝ: Et significat foris vetus testa
mētū: intꝰ aūt z nouū: cū sit vtꝝq; in lectiōe
veterꝭ testamēti / z expssū opib⁹ / z significa
tiōe figuratū. Ac p h̄ in sctis figura figurę /
q2 figura est veteris testamēti: in sctis autē
sctōꝝ figura ē ipsi⁹ veritatis: q2 figura ē no
ui testamēti: Totū quippe vetꝰ testamētū in
his rebus z celebrationibus / quę ita obser
uanda p̄cipiunt / figura est.

Cur p̄cipit altare fieri triū cubitoꝝ in altitudine / cū hō vir lōgior sit. Itē quō sup altare ligneū sacrificium qd̄ precipit / posset incendi:

Exo.27. d E altari querit quō (Questio.XIII.
trib⁹ cubitꝭ altū eē voluerit: cū tāta
fere sit staturę hōis altitudo. Quō
ergo ministrabat altari: cū gradus habere
Exo.20.d. altare alio loco ꝓhibeat? Ne pudenda inqt
tua reueles sup illud. Sed illud dicebat de
altari qd̄ terra vel lapidib⁹ ꝯstruendū esset:
vbi gradus ipsi coędificati ad corpus alta
ris vtiq; ptinerēt: nūc xō de tabulis fieri al
tare p̄cępit: q̄ si apponeret ad horā admini
strationis aliqd vbi staret minister altaris:
z pacto ministerio tolleret / ad corp⁹ altaris
nō vtiq; ptineret. Itē querit quō sup alta
re ligneū sacrificiū qd̄ inferebat posset incē
Al.†precepit di: p̄sertim q2 cōcauū fieri † iubet z craticulā
deponi vsq; ad mediū ei⁹.i.mediū ꝯcauitatꝭ
ei⁹ / ope factuz reticulato: An qm̄ dixit: Et
facies cornua ī quattuor angulos / ex seipo
erūt cornua et teges illa ęramento? Nō ad
sola cornua referendū est qd̄ ait: teges illa
ęramento / sed ad oīa de quibus loquebat
de altari fabricando p̄cipiens.

Quid per spiritum intellectus / et per stolas cuz† cornibus intelligatur: Questio.CXIIII. Al.†corimbis

e T tu loquere omnibus sapiētibus Exo.28.
mente quos repleui spiritu intelle
ctus: εσθησεως quidem gręcus ha
bet / quem latine sensum / nō intellectuz di
cere solemus: Sed scptura de sensu interio
re quē intellectū vocamuſ sic loqui solet: si
cuti est ad hebręos: Perfectoꝝ est autē soli Heb.5.d.
dus cibus eorū qui per habitū exercitatos
habent sensus ad discernendū bonū z ma
lum. Ibi enim quod posuit sensus / gręcus
habet εσθησία. Quē q̄ istum spm̄ / nisi spm̄
sanctū debemus accipere? Et stolas quas
faciet / pectoralem / humeralem / z tunicā ta
larem / z tunicā cum † cornib⁹. Has appella Al.†corimbis
tas stolas esse z cętera / cū superi⁹ vnā stolā
faciendā ꝓposuisset / notandum est. Tuni
cam vero cum † cornibus / honestius puta Al.†corimbis
runt latini interpretes dici / q̄s si dicerent cū
cyrris: qui bene dispositi ornamento esse
vestibus solent.

Que sint aspidiscę: de quib⁹ in alia trāslatione quā augustin⁹ tenet / mētio fit: z quid spithamus: z qui lapides in quibus nomina filiorum in scripta dicuntur ſm eoꝝ natiuitates: Questio.CXV.

a Spidiscas in veste sacerdotali quas Exo.28.b.
dicat: vtrū scutulas / quę a scuto la
tine appellant: quia z gręci scutum
ασπίδα appellāt: An vero aspidiscas pro
pter diligentem colligantiā dicit ab aspide
serpēte: sicut etiā murenulę appellant. Spi
thamus autē longitudo: et spithamus lati
tudo: latini quidā interpretati sunt mēsurā
extentę palmę a fine pollicis vsq; ad finem
digiti minimi. Itez qd̄ dicit: Sumes duos
lapides onychinos / z sculpes in eis noīa fi
liorum israel: sex nomina in lapide vno: et
sex reliqua in altero iuxta ordinē natiuita
tis eorum: an intelligendum sit vt lapides
sint de nominibus filiorum israel ſm nati
uitates eoꝝ / id est ſm ordinē quo nati sunt.

Quomodo rationale vocetur propter inopiā lingue: quod gręce non sic dicitur: Questio.CXVI.

e T facies super rationale fimbrias Exo.28.d.
complectentes opus catenarum de
auro puro: quod latini rōnale inter
pretati sūt / inopia linguę fecit: gręc⁹ habet
eni λογίον: nō λογιαν. Rōnale autē illud
solemus appellare qd̄ gręci dicūt λογικον.
Sz qm̄ λογοσ in gręca lingua ambiguum

est: vtrū verbū significet/an ratione; qz vtriusq3 rei nomē ē: vbi putatū ē a verbo ductuz λογιον/ eloqū nři interptati sunt. Nā3 qð
Ps.11. habem9: Eloqa dñi/eloquia casta: greci habent λογια. Hic vero in veste sacerdotali qð ex auro ⁊ hiacyntho/⁊ purpura/et cocco duplici torto/⁊ bysso duplici torta fieri pręceptū est/ qdratū duplex qð eēt in pectore sacerdotis et λογιον vocaret/ incertū vtrū a rōne/an a verbo ductū fuerit: interptes nři a rōne dictū putātes rōnale appellauerūt.

Quō pcipit: Impones sup rationale demōstratione ⁊ veritatē: Questio.CXVII.

Exo.28.c. Impones super rōnale iudicij demōstrationē et veritatē. Quid sibi hoc velit/ vel in quali re/ vł metallo poneret sup rōnale demonstratio ⁊ veritas/ qm̄ talia dicit fieri in veste sacerdotis q̄ corpaliter fiūt/ inuenire difficile ē. Fabulant tñ quidā lapidē fuisse cuius color/ siue ad aduersa/siue ad psperą mutaret qñ sacerdos intrabat i scā: et hoc esse qð ait: Et afferet aarō iudicia filioꝝ isrł sup pect9 suū: ostēdēs videlicet in illa demōstratiōe ⁊ veritate/ quid de illis iudicauerit dñs: qꝫ qꝫ possit intelligi demōstrationem ⁊ veritatē lr̄is impositam sup λογιον.

De tunicę talaris/⁊ peristonij cōfectione fm aliā lrā3: Qō.CXVIII.

Exo.28.e. Facies tunicā talarē hiacynthinā: id est vsq3 ad talos depēdentē: ⁊ erit peristoniū ex ea mediū. i. qua caput eijciatur. Hoc ē eñ qð greci dicūt περιστομιον. Orā habens in circuitu peristonij/ opus textoris/ ptextā. i. ne ipa ora extrinsecus assuat: hoc videt dicere cōmissurā ptextam. Vñ etiā addidit: ex ipsa ne rumpat. i. vt ex seipa sit ipsa ora cōtexta cū veste.

Quid significationis habeat/ q aaron intrantis ⁊ exeuntis in sanctum/ vox tā stricte pcipit audiri/ sub pena mortis: Questio.CXIX.

Exo.28.f. Erit aaron cū ceperit fungi sacerdotio/ audiet vox ei9 intrāti in sanctuariū i pspectu dñi et exeūti vt nō moriat: intrātē ⁊ exeūtē vocē de tintinnabulis dič audiri/ tātūq3 ibi pōdus obseruatiōis posuit vt diceret/ ne moriat. Testimonia q̄ quedā significari voluit in veste sacerdotali q̄ vtiq3 significat ecclesia p hec tintinnabula: vt nota sit cōuersatio sacerdotis/ sicut
Titum.2.b. aplš dicit. Circa oēs teipm̄ bonoꝝ operum
2.timoth.2.a. pbēs exēplū: Aut illō: Quę audisti a me p multos testes/ hęc eadē cōmēda fidelib9/ et his qui idonei sunt et alios docere. An qd aliud: magnū tamen est quicquid illud est:

Intranti autem ⁊ exeunti/ pro intrantis et exeuntis locutio est: vox pro sonitu: nā tintinnabuloꝝ magis son9 q̄ vox est:

Quō sanctitas dñi formari iubeatur in lamina aurea: et reliqua eiusdem loci: Questio.XX.

Exo.28.f. Facies laminam aureā puram: et formabis in eadē formatione † sanctitatem dñi: ⁊ impones illud super hiacynthū duplicē tortā ⁊ erit sup mitram: scdm̄ aspectū mitrę erit: ⁊ erit supra frontē aaron/ vt auferat peccata sctōꝝ quęcunq3 sanctificabūt filij isrł ois datus sctōꝝ eoꝝ. Quō formet in lamina sanctitas dñi/non video: nisi aliquibus lr̄is: q̄s quidā q̄ttuor esse dicūt hebręas: quod vt greci appellant τετραγραμματον nomē dei ineffabile credunt fuisse vł esse adhucusq3. Sed quęlibet sint/ vł quōlibet se habeāt illę litterę vt dixi scitatē dñi vel sanctificationē si hoc magł dicendum est/ qð grecus habet αγιασμα nō nisi in auro litteris formari potuisse crediderim. Ibi aūt dicit sacerdotē sanctorum auferre pctā/ qcūq3 sanctificabunt inqt filij israel ois datus sanctorū eorū: qð arbitror dictū in eis sacrificijs q̄ offerūt p peccatis suis vt nō sanctoꝝ hoim intelligam9: ꝟ sanctoꝝ ab eo/ q sunt sancta q̄ offerunt p peccatis. Cum ergo de lamina dixisset: adiūxit atq3 ait: Et auferet aarō pctā eoꝝ quęcūq3 sanctificabunt filij israel omnis datus sanctus eorum: id ē sacerdos auferet quęcūq3 offerūt pro peccatis suis/ quę dicunt ⁊ sancta/ quia † iustificātur ⁊ peccata: qz pro peccatis offerunt: sicut multis locis hocipsum euidenter scriptura cōmemorat. Qð autē adiungit ⁊ dicit. Et erit sup † frontem aaron semper acceptū illis in pspectu dñi/ ⁊ ad laminā illam reuertit: In quo aduertendū si inueniri pōt qui nō habeat necessitatē pro suis offerre peccatis pter christum/ q solus pōt omnium auferre pctā: intelligit frōtis ornamētū: fiducia bonę vitę/ quā qui vere pfectęq3/ nō significatiōe s3 veritate sacerdos habet/ solus pōt auferre pctā: nec habet necessitatē offerre pro suis.

Al. † significantem dei
Al. † sanctificantur
Al. † aspectū illius

Quomodo precipiatur vt manus aaron et filioꝝ ei9 impleant: Questio.CXX.

Exo.28.g. Et aaron ⁊ filijs d aaron: cū pciperet loquēs ad moysen quō vestirent et vngerent: quid est qð ait: Et implebis manus eoꝝ vt sacerdotio fungant mihi. An forte munerib9 quę offerenda sunt deo?

Quō femoralia linea pcipiunt tegere turpitudinem sacerdotum:

Exo.28.g. Et facies eis fe/ (Questio.CXXII.
moralia linea: tegere turpitudinem corporis eorum: a lumbis vsqz ad femora erunt. Cum vestis tanta cooperiat totum corpus: quid est quod ait: femoralia facies linea tegere turpitudinem corporis eorum: quasi apparere posset tanta desuper veste adhibita: Nisi quia signum esse voluit in hoc castitatis vel continentie: que ideo per indumentum significatur/ vt non ex seipso habita/ sed data intelligatur.

Quid significetur per cidaras:

Exo.28.g. Cum de filijs (Questio.CXXIII.
aaron loqueretur: Et indues eos inquit tunicas: et cinges eos zonis et circundabis eis cidaras: Quam dicit cidarim vel cidaras/ quid non est interpretatum/ nec in vsu modo est/ ignoratur: puto non tamen esse capitis tegimen vt nonnulli putauerunt. Necp enim diceret: circumdabis eis: nisi tale aliquid esset quod non capiti/ sed corpori † vsui esset. Al. † subesset

Quod sacerdotium filiorum aaron dicatur sempiternum/ cum iam non sit:

Exo.28.g. Et erit illis sa/ (Questio.CXXIIII.
cerdotium mihi in sempiternum/ De quo dicat in sempiternum/ de his significatiuis rebus superius sepe diximus: Nam vtiqz mutatum est hoc sacerdotium: vt ille esset in eternum secundum ordinem melchisedech: non secundum ordinem aaron. Ibi enim et iuratio/ et nulla dei Ps.109. penitudo/ qua significetur mutatio. Jurauit enim dominus: et non penitebit eum: tu es inquit sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. De ordine autem aaron dictum est quidem: in sempiternum: vel propter tempus non preceptum quousqz obseruaretur: vel quo res significaret eternas: nusqz est tamen dictum de sacerdotio aaron: quia iurauit dominus et non penitebit eum: Et ideo dictum est in illo sacerdotio secundum ordinem melchisedech: non penitebit eum: vt significaretur/ quia de sacerdotio aaron penituit eum: id est mutauit illud

Quid per manus aaron significetur/ cum dicit: Et consummabis manus aaron: Questio.CXXV.

Exo.29.b. Quid est et consummabis manus aaron et manus filiorum eius. An per manus potestatem significauit/ vt aliquid etiam ipsi consecrare possent: Potestas autem sanctificatione consummabatur/ qua precepti sunt sanctificari a moyse.

Quod dicendo: Et supimponent aaron et filij eius manus suas etc. significetur vnde supra dictum sit: consummandas esse manus eorum: Questio.CXXVI.

Exo.29.b. Et adduces vitulum ad ostium tabernaculi: et supimponent aaron et filij eius manus suas super caput vituli in conspectu domini. Ecce vnde supra dictum est/ consummandas esse manus eorum: id est perficiendam potestatem: vt etiam ipsi sanctificarent: quod fit cum ponunt manus suas super vitulum immolandum.

Quid odor dei vocetur: Questio.CXXVII

Exo.29.c. Quod odor suauitatis/ sepe domino dicitur sacrificium de victimis pecorum in scripturis sacris: non vtiqz deus odore fumi delectatur/ sed tamen illud quod hic significatur spiritaliter deum delectat cum spiritaliter exhibetur: quoniam ipse odor dei spiritaliter intelligitur: Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit: Sicut ergo ille olfacit: sic ista significant.

Quod pectusculum dicatur aaron:

Exo.29.e. Et sumes pectuscu (Questio.CXXVIII
lum de ariete consummationis: quod est aaron: id est ipsius aaron. Hoc enim pertinere voluit ad summum sacerdotem. Al. † quo initiatus est aaron

Quomodo multa alia intelligantur/ videlicet: Et erit aaron et filijs eius legitimum eternum: Et stola sancti: et reliqua sequentia: Questio.CXXIX.

Exo.29.e. Et erit aaron et filijs eius legitimum eternum a filijs israel: cum diceret de pectusculo et brachio victimarum. Memorauimus ille quem sepe supra commemorauimus. Et stola sancti que est aaron: erit filijs eius post eum vngere eos in ipsis et consummare manus eorum: Septem diebus vestiet se ea sacerdos qui successerit ei de filijs eius qui intrabit in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis. Hec verba multas questiones habent. Nam primum hic notandum est: quomodo cum stolam dixerit sancti: postea pluraliter dicit vngere eos in ipsis/ tamqz in stolis. Nam et supra multas stolas eas dixerat/ quibus vna constaret: quamqz ambiguum sit/ vtrum in ipsis ab eo quod sunt ipsa genere neutro: quecunqz sunt quibus illa stola completur. i. vestis sacerdotalis: quod magis putandum est: eo quod in consequentibus dicit: septem diebus vestiet se ea sacerdos qui successerit ei: ea scilicet omnia que commemorauit cum vestem sacerdotalem describeret: repetiuit sane quod supra dixerat/ consummare manus eorum: vnde quid mihi videretur exposui. Quod vero ait: septem diebus vestiet se ea sacerdos: numquid alijs diebus se non vestiet: sed illis septem continuis intelligi voluit quibus eius sacerdotium quodammodo dedicatur: atqz hebdomadis est in eius inchoatione

festiuitas. Successorē aūt aaron eū dicit/ q̄ intrat tabernaculū testimonij deseruire in sctis: eū sc̄z significās q̄ nō poterat esse nisi vn⁹: non q̄les erāt filij aaron cū viuo patre suo: sed q̄lis successor ipsi⁹ aarō. Quō ergo ꝓpriū dicit hui⁹ vni⁹ esse / intrare in tabernaculū testimonij: deseruire in sctis: cū ⁊ illa q̄ sunt extra velū q̄ velant sctāsctoꝝ / sctā appellent: ⁊ tabernaculū testimonij etiā illō vocet / vbi sunt scta. i. mensa et candelabrū: vbi cū deseruiāt etiā sequentes sacerdotes ad mēsam et cādelabrum ⁊ ipm altare / quō vnū dicit successorē aaron q̄ intret in tabernaculū testimonij deseruire in sctis? Si dixisset deseruire in sanctis sctōrū / nulla esset q̄stio: Ad hęc enī vbi est arca testimonij solus vn⁹ intrabat sūmus sacerdos: qđ etiam in epla ad hebręos diligētissime cōmēdat: Heb. 9. Nisi forte eo ipso / q̄ vnū dic intrare i tabernaculū testimonij deseruire in sctis: nō vult vtiq̄ intelligi / nisi in sanctissanctoꝝ: quia ⁊ ipsa vtiq̄ sctā appellant. Nec enī oīa q̄ sctā sunt / etiā sctāsctoꝝ dici possūt: q̄uis econtrario / quę sctāsctoꝝ sunt / ꝓculdubio vtiq̄ sctā sunt. Vn⁹ aūt iste q̄ semel in āno intrabat in sctāsctoꝝ: q̄m christū iesuꝫ significabat / aptissime supdicta ad hebręos epla cōmendat. Qđ aūt p̄figuratū ē in sctāsctoꝝ / vt sup arcā q̄ legē habebat / esset ꝓpitiatoriū: vbi dei misericordia significat: intelligendū ē q̄ ꝓpiti⁹ sit pctis eoꝝ q̄ legē nō implent: Hoc mihi videt etiā in ipsa veste sacerdotl̄ significari. Nā et ipsa qđ aliud q̄ ecclesię sacramēta significat: qđ in λογίο. i. rationali in pectore sacerdotis posito iudicia constituit: in lamina vero sanctificationē ⁊ oblationē pctoꝝ: tanq̄ rōnale sit in pectore simile arcę in qua lex erat: ⁊ lamina illa i fronte similis ꝓpitiatorio qđ super arcam erat: et vtrobiq̄ seruaret qđ sc̄ptū est: Superaltat misericordiā iudicio. Jaco. 2. c.

Quid p̄terea sit / q̄ purificatū et sanctificatū altare septē dieb⁹ dicit qđ sctm̄ scti erit: Questio. CXXX.

Quid est q̄ purificatū ⁊ sanctificatuꝫ altare septē dieb⁹ dicit q̄ sctm̄ sancti erit altare? Nō quideꝫ dicit sanctū sanctoꝝ: sicut est illud qđ velo separat: vbi est arca testimonij: Verūtamē ⁊ hoc altare extra velum positum / per sanctificationem septem dierum dicit potius / q̄ per vnctionem fieri sanctum sancti. Exo. 29. f.

Quō intelligat: Qui s q̄ tetigerit altare sanctificabit. Et qđ dictū est Sub tortili corona eius in duo latera eius in duobus lateribus: et quedam alia: Questio. CXXXI.

Ait: Quis q̄ tetigerit altare sanctificabit: / cū de annulis loqueretur altaris incensi: qđ altare nō inaurari iussit: Et duos ānulos aureos puros facies inq̄t sb tortili corona ei⁹: i duo latera facies in duob⁹ laterib⁹: Quā grecus habet ita δυο κλιτα πλευρα ποιησοις: vel δυο κλιοσαι πρεσσευσεσ δυσιν πρευρεσ. Nam clite latera sunt: et pleure latera sunt. Vñ quidā latini sic interp̄tati sunt: in duas partes facies in duob⁹ lateribus. Nō autē ait grecus μερη / quod est partes / sed κλιτε qđ latera. Naꝫ hoc vbū ē in illo psalmo vbi scriptū est: Vxor tua sicut vinea fertilis in laterib⁹ domus tuę. Ac p hoc tm̄ casus interest: q: prius accusatiuum: post vo ablatiuū posuit / in duo latera facies: i duobus laterib⁹. Quis autē sit sensus difficile est assequi: nisi forte vt solet scriptura amare eclypsim / vt aliq̄d desit ⁊ subaudiat: etiā hic subaudiat / erūt: vt iste sit sensus: in duo latera facies / in duob⁹ lateribus erūt: id est ad duo latera facies annulos / quoniam in duobus lateribus erunt. Exo. 29. f. Exo. 30. a. Ps. 127.

Quid sit: Et arcus amitibus: Et vtruꝫ arcus / an thecę debeāt dici:

Et erunt arcus (Questio. CXXXII. amitib⁹ ita vt tollat illō i eis. Quos ānulos dixerat / arc⁹ dicit. Annulos quippe ꝓ rotundis ansis posuit. Et qđ est aliud ānulus vel circulus / nisi vndiq̄ arc⁹? Ideo quidā nolentes arcus dicere / thecas interp̄tati sūt / q̄bus amites inducerent / dicentes: Et erūt thecę amitib⁹: q̄si grec⁹ vo nō posset dicere: cū etiā thece grecū verbū sit: dixit autē ψαλιδεσ: qđ arcus interp̄tat. Exo. 30. a.

Quō intelligendū sit incensum continuationis: Et quō tm̄ semel in anno exorabit aaron de sanguine purificationis: ⁊ quedam alia:

Accendet sup (Questio. CXXXIII. illud incēsum cōtinuationis in conspectu dn̄i in ꝓgenies eoꝝ. Continuatiōis incēsum dicit / qđ cōtinuatim fieret. i. nullo die p̄termitteret. Cum de altari p̄ciperet incensi. i. in q̄ incēsum tm̄ poneret: nō holocaustū / non sacrificium / nō libatio / p̄dixerat idipm incēsum quotidie poni debere: nūc autē dicit: Et depropitiabit aarō vel exorabit sup cornua ei⁹ semel in āno de sanguine purificatiōis delictoꝝ. Depropitiabit / ab eo qđ ē depropitiatio: q̄ grece dr̄ εξιλασμοσ. Vñ etiā intelligēdū est / hoc q̄ semel in āno iubet fieri ad ꝓpitiandū deū sup cornua altaris incensi. i. vt de sanguine Exo. 30. a.

purificationis delictoꝝ victimarū.s.q̄ offeruntur ꝑ delictis semel in anno/tangantur cornua altarꝭ incēsi:nō ꝑtinere ad illā appositionem incensi/quā quotidie fieri iusserat. Illa eñ fiebat aromatib⁹/nō sāguine:ꝛ q̄tidie / nō semel in āno. Nō ḡ sim⁹ intellecturi semel in āno intrare sacerdotē solere in sanctasanctoꝝ/sed semel in āno cū sanguine:ꝛ q̄tidie q̄dē solereītrare sine sanguine causa incensi īponēdi. Cū sanguine autē semel in āno:maxime q꞉ sequiꝭ ꝛ dicit:Semel in anno purificabit illud: sctm̄sctōꝝ est dn̄o. Nō ergo semel in āno ponet illic incēsum quod q̄tidie fieri iussū est:sed semel in āno purificabit illud qđ cū sanguine fieri debere p̄ceptū est:ꝛ post hoc adiūgit: sctm̄sctōꝝ est dn̄o:ac ꝑ h̄ sctm̄sctōꝝ nō extra/s̄ intra velū erat:etiā illud ꝑfecto altare de q̄ nunc agiꝭ qđ poni ꝯtra velū intrinsecus iussit.

Quid sit qđ ait:Si acceperis cōputationēilioꝝ israel in visitationem eorum: Questio.CXXXIIII.

Exo.30.b. q Uid ē qđ ait:Si acceperis cōputationē filioꝝ isrl̄ in visitationeʒ eoꝝ: nisi quia iubet eos aliq̄n visitari et cōputari.i.numerari? Qđ ī dauid ꝑpterea

1.Reg.24. vindicatū intelligēdū ē:q꞉ de⁹ nō iusserat.

Quō p̄cipiunꭍ vt omnia vngāꭍ vnguēto chrismatis:et quedā alia subsequentia: Questio.CXXXV.

Exo.30.c. a Duertendū ē etiā ꝛ notādū quēadmodū vnguēto chrismatis oīa iussit vngi:tabernaculuʒ scʒ ꝛ ea q̄ in illo erāt:ꝛ deinde erūt sctāsctoꝝ: Oia scʒ cū fuerint vncta/erūt sctāsctōꝝ. Quid igiꭍ distabit iā inter illa interiora q̄ velo teguntꭍ ꝛc.si oīa cū vncta fuerint erūt sctāsctōꝝ: diligentius reqrēdū: hęc tn̄ notāda crediderimus vbi etiā meminerim⁹/ꝙ sicut d̄ illo altari sacrificioꝝ/ qđ post vnctionē appellari voluit sctm̄scti/ cōtinuo dictū est: Oīs q̄ tāgit illđ sanctificabiꭍ:ita de oīb⁹ postea q̄ de illo vnguēto vncta dicta sunt/ sctāsctōꝝ eadē sententia subsecuta est/vt diceretꭍ:Oīs q̄ tāgit ea sanctificabiꭍ:Qđ duob⁹ modis intelligi potest:siue tangēdo sctificabiꭍ:siue sanctificabiꭍ vt ei liceat tangere:si tamē nō licebat tangere populo tabernaculum / q̄n offerebat hostias/vel q̄cunq꞉ ab eis oblata offerebanꭍ deo. Nā cōsequenter nō solis sacerdotib⁹ / neq꞉ solis leuitis dicēdū admonet qđ ait ad moysen:ꝛ filijs israel loq̄re dicēs: vtiq꞉ filij israel tot⁹ ille p̄pl̄s erat. Jubet aūt illis dici :oleū unitio vnctionis/sanctū erit hoc vobis in ꝓgenies vr̄as : sup carnē hominis nō ūniet:ꝛ fm̄ cōpositionē hāc nō facietis aliud/ q꞉ similiꭍ sctm̄ est: ꝛ sanctificatio erit vobis. Quicūq꞉ fecerit silr̄/et q̄cūq꞉ dabit de eo exterę nationi/ interibit de p̄pl̄o suo. Jubet igiꭍ nō solis sacerdotib⁹/s̄ vniuerso p̄pl̄o israel / vt nō faciāt tale vnguētū in vsus humanos. Hoc est eñ qđ ait: Sup carnē hoīs nō ūnietꭍ. Prohibet ḡ simile fieri in vsus suos:ꝛ interitū minaꭍ si q̄sq꞉ similiꭍ fecerit.i. vnguentū ad vsus suos. Similr̄ si simile ꝯfecerit / vel cuiq꞉ hinc dederit exterę nationi. Ac ꝑ hoc ꝙ ait:Sctificatio erit vobis/ cū hoc ppl̄o isrl̄ vniuerso dici iubet:nō video q̄d intelligā: nisi quia licebat eis q̄n veniebāt cū suis q̄sq꞉ munerib⁹ tangere tabernaculū:ꝛ tāgendo sanctificabanꭍ ꝑpter illđ oleū q̄ cūcta puncta sunt:et hinc dictū: Oīs q̄ tāgit sctificabiꭍ: nō tn̄ sic quēadmodum sacerdotes/q̄ vt ęterno sacerdotio fungerentur vngebanꭍ ex illo.

Quid sit opus vnguentarij:

Exo.30.d. q Uod p̄cępit (Questio.CXXXVI. qb⁹ aromatib⁹ fiat thymiama .i.incensum:ꝛ dicit vnguētario more coctum opus vnguētarij: nō ideo putare debem⁹ vnguentū fieri.i. vnde aliq̄d vngaꭍ: sed vt dictū est thymiama / vel incēsum qđ imponaꭍ illi altari incensi:vbi nō licebat sacrificari:ꝛ erat intra sanctasanctoꝝ.

De discrimīe inꭍ altare incēsi ꝛ tabernaculū testionij .Qō.CXXXVII.

Exo.30.d. c Ōcides de illis minutim et pones ꝯ testimonia ī tabernaculo testimonij/ vn̄ innotescā tibi inde ī sctm̄sanctoꝝ erit tibi incēsum. Ecce iterū h̄ incēsum quia intus ponebaꭍ ad altare incensi qđ intus erat/sanctūsanctoꝝ dicꭍ:ꝛ tabernaculum testimonij ꝑprie dicꭍ/illud ipsum interius vbi arca erat/ adhibita sane differentia/cū ait: vnde innotescā tibi inde. Sic eñ dixerat primū de ꝓpitiatorio:qđ vtiq꞉ int⁹ est.i.intra velum supra arcam.

Quo spiritu beseleel architectus repletus dicit:et quō spūssanctus necdū nominat⁹ sub ꝓprio vocabulo reperiaꭍ: Questio.CXXXVIII.

Exo.31.a. q Uid est ꝙ beseleel cū iuberet adhiberi opib⁹ tabernaculi faciendis/dixit eū se repleuisse spiritu diuino /sapientię ꝛ intellect⁹ꝛ scientię in omni opere excogitare ꝛ architectonari ꝛc. Utrū spūssancti muneri etiā ista opa tribuēda sunt q̄ ꝑtinere ad opificiū videnꭍ:an ꝛ h̄ significatiue dictū ē: vt ea ꝑtineāt ad diuinū spm̄ sapię ꝛ intellect⁹ꝛ sciētię q̄ his reb⁹ significanꭍ: Tn̄ etiā hic cū spū replet⁹ dicaꭍ iste diuino sapięntię ꝛ scientię/nōdū legiꭍ spūssanctus.

Quid sibi velit: q cū de sabbato obseruādo pcipet ait: Testamētū eternū i me et filijs isrl: et nō ait inter me et filios israel. Questio: CXXXIX

Quid sibi vult q cū de sabbato obseruando pcipet ait: Testamentū eternū in me et filijs isrl: nō ait inter me et filios israel. An q sabbatū requie significat: et requies nobis nō est nisi in illo? Nā pfecto filios israel vniuersum pplm suū dicit. i. semen abraam: et est israel fm carnē et fm spm. Nā si isrl nō eēt dicēdus nisi ex genere carnis nō diceret aplš: Uidete isrl fm carnē: vbi pfecto significat eē israel fm spm. q in abscōdito iudeus ē et circūcisus corde. Sic ḡ melius fortasse distinguit: testamētū eternū in me: vt inde alius sit sensus: et filijs israel signum eternū. i. eterne rei signū: quō petra erat christus: q petra significabat christū. Nō ḡ ita itelligēdū ē testamētū eternū in me et in filijs israel: tāq̄ in deo et filijs isrl sit h testamētū eternū: i me: q i illo pmissa est redes eterna: et filijs isrl signū ē eternū: q filij isrl acceperāt obsuādū signū q redes significat eterna verl israelitl: h ē filijs pmissionis et visuri deū facie ad faciē sicuti est.

Exo. 31. d.

1. Cor. 10. d.

Roma. 2. d.

1. Cor. 10. d.

Quō in fine post tantū sermonē dat moysi tm due tabule lapidee: Questio. CXL.

Et dedit moysi sta (Questio. CXL. tim vt cessauit loqui ad eū / in mōte sina duas tabulas testimonij / tabulas lapideas scriptas digito dei. Cū tā multa locutus sit deus: due tm tabule dant moysi lapidee: q dicunt tabule testimonij future i arca. Nimirū oīa cetera q pcepit deus et illis decē pceptis q duabus tabulis cōscripta sunt / pēdere intelligunt / si diligent grant et bene intelligant: quō hec ipa rursus decem pcepta ex duobus illis / dilectiōe / scz dei et pximi in qbus tota lex pendet et pphete.

Exo. 31. d.

Matth. 22. d.

Qua de causa aaron iussit inaures tolli vxorum et filiarum vnde deos faceret: Questio. CXLI.

Quod iubet aaron inaures demi ab auribus vxorū atq filiarū / vt illis facere deos: nō absurde intelligit difficilia pcipe voluisse: vt h mō eos ab illa intētione reuocaret. Factuz tn illō ipm difficile vt eēt auz ad faciēdū idolū / ppt eos notādum putaui: q cōtristant si qd tale ppt vitā eternā diuinitus fieri vl eq aio tolerari iubeat.

Exo. 32. a.

Quō moyses dixerit: Hi dij tui isrl et cē. cū hoc populus nō dixerit: Questio. CXLII.

Ominus idicās moysi (Qō. CXLII. qd fecerit de vitulo pplš: h ē de idolo qō ex auro suo fecerant / dicit eos dixisse: Hi dij tui isrl q te eduxerūt de terra egypti: Qō eos dixisse nō legit: s animū eorū būc fuisse deus ōndit. Hoz qppe vboz gerebāt in corde sententiā / q deū latere nō poterat.

Exo. 32. b.

Quid p maliciā intelligat cū dr: Et ppitiatus ē dñs de malicia quā dixit facere pplo suo: Qō. CXLIII.

Et ppitiatus est dñs de malicia quā dixit facere pplo suo. Maliciā h pena itelligi voluit: sicut ē: Estimata est malicia exitus illorū. Scdm hāc dr: bonū et malū a deo: nō fm maliciā q hoīes mali sunt. Malus eñ deus nō est: sed malis ingerit mala: quia iustus est.

Exo. 32. d.

Sap. 3. a.

Quid mystice significationis habeat: q moyses tabulas fregit iterandas: et quō tanta supplicatiōe pro populo ad deum laborauerit: qui tam seuerus in vindicādo postea extitit: Questio. CXLIIII.

Ratus qdē moyses videt tabulas testimonij digito dei scptas collisisse atq fregisse: magno tn mysterio figurata ē iteratio testamēti noui: qm vetus fuerat abolendū et cōstituēdū nouū. Notandū sane qnta p pplo ad deū supplicatione laborauerit: q tā seuerus in eos vindicādo extitit. Qd aūt i ignē missū vitulū fusilē cōtriuit et in aquā sparsit: quā pplo potū dedit / quid nobis videat significare / iā alibi scripsimus in opere cōtra faustū manicheū.

Exo. 32. d.

Cōtra faustū li. 22. ca. 53.

Quō aarō dicat: Et dederūt mihi: et misi in ignē: et exijt vitulus hic: Qō. CXLV.

Et dederunt mihi: et (Qō. CLXV. misi i ignē: et exijt vitulus h. Cōpēdio locutus ē / nō dicēs qō ipe formauerit vt exiret vitulus fusilis: An excusatiōis cā / timēdo meritus ē tāq ipse in ignē perituz aurū piecerit: atq ipso nō id agente forma vituli exierit: Qō ideo nō ē credēdū hoc eū animo dixisse: q nec latere moysen posset qd esset in viro cū quo deus loquebat: et fratrem de mendacio nō redarguit.

Exo. 32. e.

Quō aarō dicat pplm dissipasse: cū ipsi petierint: Questio. CXLVI.

Et cum vidisset moyses pplm / quia dissipatus est: dissipauit eñ eos aarō vt in gaudium venirēt aduersarijs suis. Notandū est queadmodū illud totuz malum qō pplš fecit / ipsi aaron tribuat / q eis consenserit ad faciendū qō male petiuerant. Magis eñ dictū est: Dissipauit eos aaron / qm cessit eis / q dissipauerunt se ipsi q tantū malū flagitauerunt.

Exo. 32. e.

Quo pacto moyses dixerit: Dimitte populo: aut dele me de libro tuo quē scripsisti τc̄. Q̄ō.CXLVII.

Exo.32.g. Cum moyses dic̄ ad deū: Precor peccauit pp̄ls iste pctm̄ magnū τ fecerūt sibi deos aureos/ τ nūc si q̄dē remittis illis pctm̄ illoꝝ/remitte: sin aūt/ dele me d̄ libro tuo quē scp̄sisti. Sequit᷒ q̄dē h̄ dixit: vt in ꝯsequētib᷒ rōcinatio cōcludat̄.i. vt q2 de᷒ moysen nō deleret de libro suo/pp̄lo peccatū illud remitteret. Uerūtm̄ aduertēdū ē q̄tū malū in illo pctō ꝑspexerit moyses/qd̄ tāta cęde crediderit expiādū: q̄ eos sic diligebat/ vt ꝑ eis illa verba deo funderet.

Cur nulla vindicta ī aaron processerit: cū tm̄ dictus sit dissipasse populum/ et factura vituli fecisse: Questio.CXLVIII.

Cum tn̄ q̄nq̄/cū superius pp̄lm dissipasse dict᷒ sit aarō: cur in ip̄m vindicta nulla ꝓcesserit:
Exo.32.f. neq3 cū moyses interfici iussit oēm q̄ leuitis euntib᷒ ad portā τ redeuntib᷒ occurrisset armatis: neq3 cū postea factū ē qd̄ scp̄tura dicit: Et ꝑcussit dn̄s pp̄lm ꝓpter facturā vituli quē fec aarō: maxime q2 et h̄ h̄ idē repetēdo inculcatū ē. Non eni dictū ē: Et ꝑcussit dn̄s pp̄lm ꝓpter facturā vituli quē fecerūt: s̄ quē fecit aarō: et tn̄ nō est ꝑcussus aaron. Quid etiā illud qd̄ de sacerdotio ei᷒ ante pctm̄ ei᷒ de᷒ p̄cipiebat ip̄letū ē: sed iussit τ ipsum et filios ablui: τ sic ordinati sunt in sacerdotio. Ita nouit ille cui parcat vsq3 ad commutationē in meli᷒: τ cui parcat ad tēpus/ q̄uis eū p̄scierit in meli᷒ nō mutari: τ cui nō parcat vt mutet̄ in melius: τ cui non parcat ita
Al. ꝑnec. vt †vitę mutationē ei᷒ expectet: τ h̄ totū ad id redit qd̄ apostolus dicit exclamans: Q̄
Roma.11.d. inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vię eius.

Quō et q̄re irascendo dicat de᷒: Uade ascende hinc tu τ pp̄ls tuus quē eduxisti de t̄ra ęgypti: Et quō de᷒ dixerit eidē moysi: Sine me: τ iratus conterā eos: An iubendo: an petēdo: cū neutrū maiestati diuinę cōueniat: τ quid nobis ī hoc significetur: Questio.CXLIX.

Exo.33.a. Uade et ascēde hinc tu τ pp̄ls tu᷒ quē eduxisti de terra ęgypti. De᷒ irat᷒ dicere videt̄: tu et pp̄ls tu᷒ quē eduxisti de t̄ra ęgypti: Alioqn dixisset: tu τ pp̄ls me᷒ quē eduxisti d̄ t̄ra ęgypti: s̄ illi qn̄ idolū poposcerūt ita locuti sūt. Moyses eni hic hō q̄ eduxit nos d̄ terra ęgypti: nō scim᷒ q̄d factū sit ei: liberationē suā in hoīez ꝯstituēdo deferebāt: Hoc eis mō replicat̄ cū d̄r: Tu τ pp̄ls tu᷒ quē eduxisti d̄ t̄ra ęgypti: qd̄ illis ē criminis/ et nō moysi. Nō eni aliud volebat moyses nisi vt nō in illo/ s̄ in dn̄o spez ponerēt: et dn̄i miscd̄ia se cū g̃rarū actione crederent ab illa seruitute liberatos: cui᷒ tm̄ apud deū tanq3 fidelissimi famuli tantū erat meritū ꝑ
Al. †irascar contra eos illi᷒ g̃fam/ vt ei diceret de᷒: Sine me: τ †irat᷒ ꝯterā eos. Qd̄ vtrū iubētis sit cū ait: Sine me/ an q̄si petēt̄ sit: vtrūq3 videt̄ absurdū: Nā etsi iubebat de᷒/ inobedient̄ famul᷒ nō parebat: et deū hoc a seruo velut ꝑ bn̄ficio petere nō decebat: cum p̄sertim posset eos etiā illo nolente conterere. Ille itaq3 ibi sensus in promptu ē/ q̄ his v̄bis significat de᷒ plurimū apd̄ se ꝓdesse illi pp̄lo: q2 sic ab illo viro diligebāt̄/ quē sic dn̄s diligebat: vt eo mō admoneremur/ cū merita nr̄a nos grauassēt ne diligamur a deo releuari nos apd̄ eū illoꝝ meritis posse q̄s de᷒ diligit. Nā cū ab oīpotēte d̄r hoī: Sine me τ ꝯterā eos: q̄d aliō d̄r/ q̄3 ꝯtererē eos/ nisi diligerēt̄ abs te: Ita q̄ dictuz est: Sine me: ac si diceret̄: noli eos diligere τ cōterā eos: q2 ne id faciā dilectio tua in illos intercedit mihi. Obtēperādū aūt eēt dn̄o dicēti: noli eos diligere/ si h̄ iubēdo dixisset: τ nō poti᷒ admonēdo τ exprimendo q̄d illū ab eoꝝ supplicio reuocaret: nec tn̄ etiā illo intercedēte sine flagello disciplinę pp̄lm dereliq̄t. Nescio q̄ eni modo vt sic eos diligeret ipse moyses de᷒ illos occultius diligebat/ q̄ manifesta voce terrebat.

Quō dn̄s quasi ꝑ apostrophen cōuertēs sermonē ad populū/ plus misericordię in angelo q̄ pp̄lm ducat/ q̄3 in se esse significet: Q̄ō.CL.

Exo.33.a. Ubi dic̄ de᷒ ad moysen: Uade τ ascēde hinc tu τ pp̄ls tu᷒ quē eduxisti de terra ęgypti in t̄rā quā iuraui abraā isaac et iacob dicens: Semini vr̄o dabo eā: cōtinuo tā̄q3 ad ip̄m moysen adhuc loquat̄ occulta ꝯuersiōe: q̄ grece αποστροφη dicit̄/ iā ad ip̄m pp̄lm loquit̄ dicēs: Et simul mittā angelū meum ante te τ eijciet chananęū et
Al. †ethęū amorręū τ †ęthęū τ pherezęū τ gergezęuz et euęū τ iebusęū: τ introducet te ī terrā fluētē lac τ mel. Nō eni ascendā tecū: q2 pp̄ls dura ceruice es vt nō deleā te in via. Magna sacramenti et mira ꝓfunditas: tanq3 miscd̄iā maiorē posset angelus habere q̄3 deus: qui pp̄lo durę ceruicis parceret: cui de᷒ si cū illis esset ipse nō parceret: τ tn̄ etiā ꝑ angelū suū se q̄damō ab eis absente q̄ nusq3 eē absens p̄ōt/ implere se dicit qd̄ p̄rib᷒ eorū iurauit: tā̄q3 τ hic ostendēs h̄ se id̄ facere: q2 illis patribus iustis ꝓmisit/ non q̄ isti digni essent.

Quid ergo significat/nisi forte ideo se non esse cũ eis:qꝛ dura ceruice fuĩt:qꝛ nõ cũ ꝑpitium sed salubrẽ/ nisi humilitas ⁊ pietas capit. Esse autẽ deũ cũ durę ceruicis hoib⁹/ nihil est aliud ꝙ̃ vindicãdo adesse atqꝫ puniẽdo. Vñ cũ eo mõ malis nõ adest parcẽdo: facit qđ ꝑtinet ad illud qđ dr̃: Auerte faciẽ tuam a pctis meis:qꝛ nisi auertit/ aduertit. Ps.50.
Ps.67. Sicut enim fluit cera a facie ignis:sic pereant peccatores a facie dei.

Quõ moyses volens manifeste seu sciẽter videre deũ/duplicem se hr̃e dilectionẽ significet: Qõ.CLI.

Exo.33.c. Et dixit moyses ad dñm: Ecce tu mihi dicis: Deduc ꝑlm hũc: tu aũt nõ demõstrasti mihi quẽ simul mittas mecũ. Tu aũt dixisti mihi: scio te pre oib⁹: ⁊ gratiã habes apud me. Si ḡ inueni gratiã in cõspectu tuo/ostẽde mihi temetip̃m manifeste vt videam te:vt sim inueniẽs gratiã ante te: et vt sciã/qꝛ pp̃ls tuus est gens hec. Qđ habet grecus γνωστοσ/ħ quidã latini interp̃tati sunt manifeste/cũ scrip̃tura nõ dixerit φανερωσ. Potuit ḡ fortasse potꝰ dici: Si inueni gratiã in ꝯspectu tuo/ ostẽde mihi temetip̃m vt sciẽter videã te:qbus verbis satis ostendit moyses ꝙ nõ ita videbat deũ in illa tanta familiaritate cõspect⁹ vt desiderabat videre:qm̃ ille oẽs visiones dei q̃cũqꝫ mortaliũ ꝑhibebanť aspectib⁹/⁊ ex qb⁹ fiebat son⁹ quo mortalis attingeret audit⁹/sic exhibebanť assũpta/sicut de⁹ volebat specie q̃ volebat: vt nõ in eis ipsa vllo sensu corpis sentireť diuina natura / ḡ inuisibilis vbiqꝫ tota ẽ/⁊ nullo ꝯtineť loco. Et qꝛ in oib⁹ ꝑceptis ħ ẽ dilectiõis dei ⁊ ꝑximi/ tota lex pendet:ideo moyses i vtroqꝫ suũ desideriũ demonstrabat: In dilectiõe.s.dei vbi ait: Si inueni gratiã in ꝯspectu tuo/ ostẽde mihi temetip̃m manifeste vt videã te vt sim inueniens gratiã in cõspectu tuo: In dilectione autẽ proximi vbi ait:et vt sciam quia populus tuus est gens hec. Matth.22.d.

Quid sit qđ dicit deus: Qm̃ scio te pre oibus ex noie: Questio.CLII

Exo.33.d. Quid est qđ dicit de⁹ ad moysen:qm̃ scio te pre oib⁹. Nunqd ḡ de⁹ nouit plus aliq̃ ⁊ aliq̃ min⁹? An fm qđ dr̃ qbusdã in euãgelio: Nõ noui vos. Scdm hãc em̃ scientiã q̃ de⁹ dr̃ scire que illi placẽt: nescire ḡ displicent/nõ qꝛ ignorat ea/sed qꝛ non approbat sicut ars recte dr̃ nescire vitia cũ improbat vitia: Pre oib⁹ de⁹ moysen sciebat: qꝛ deo pre oibus moyses placebat. Matth.25.e.

Quõ dicat moyses dixisse deũ: Scio te pre omnibus/ priusꝙ̃ hoc alicubi legatur: Questio.CLIII.

Exo.33.c. Quadũ ẽ/ꝙ pꝰs ip̃e moyses dixerat deo: Dixisti mihi: Scio te ꝑ omib⁹: qđ illi de⁹ posteaꝙ̃ ħ ip̃se dixit legiť dixisse:ante autẽ nõ legiť: vt intelligam⁹ nõ oĩa esse scripta q̃ cũ illo deus locutus ẽ:sed diligẽtius inqrendũ est in priorib⁹ scripturę partibus/an vero ita sit.

Quid significationis habeãt illa verba: Ego vocabo noie dñi:vł nomen domini:nõ em̃ scriptũ est: vocabor ⁊c. Questio.CLIIII.

Exo.33.d. Um autẽ dixisset moyses ad dñm: Ostẽde mihi gloriã tuã:rñdit ei dñs: Ego trãsibo ante te i glia mea:⁊ vocabo noie dñi in cõspectu tuo:et miserebor cui misert⁹ero:⁊ misericordiã ꝑstabo/cui misericordiã ꝑstitero: Cum pauloante dixisset ip̃e: Anceđã te ⁊ requiẽ tibi dabo. Qđ moyses sic videť accepisse:antecedã te/tãꝙ̃ nõ ei ip̃o q̃ p̃sens in itinere futur⁹esset/⁊ ideo ait: Si nõ tu ip̃se simul veneris nobiscũ / ne me educas hinc ⁊c. De⁹ autẽ neqꝫ ei ħ negauit dicẽs: Et ħ tibi v̄bũ qđ dixisti faciã: Quõ ḡ cũ dixisset ei moyses: Ostẽde mihi gloriã:rursus tãꝙ̃ ꝯcessur⁹ ⁊ nõ cũ eis simul futur⁹ videtur dicere: Ego transibo añ te:nisi qꝛ hoc aliud est? Ille q̃pe intelligiť loqui ⁊ dicere: Transibo ante te : de quo dicit euangeliũ: Cũ venisset hora vt trãsiret iesus de ħ mũdo ad patrẽ: q̃ trãsit⁹etiã pascha interp̃tari ꝑhibeť. Hec itaqꝫ magna oĩno ꝓphetia est: Ip̃e em̃ añ oẽs sctõs trãsijt ad patrẽ ꝺ ħ seculo parare illis mãsiões regni celoꝝ/qs dabit eis in resurrectiõe mortuoꝝ:qm̃ trãsiturus ante oẽs ꝑmogenit⁹a mortuis fact⁹est. Gratiã vo suã in eoip̃so valde cõmẽdat cũ dicit: Et vocabo † noie dñi in cõspectu tuo tanꝙ̃ in ꝯspectu p̃pli isrł:cui⁹ moyses cũ hec audiret typũ gerebat. In ꝯspectu em̃ gẽtis ip̃i⁹vbiqꝫ dispse vocať dñs christ⁹in oibus gentibus. Vocabo autẽ dixit/nõ vocabor: actiuũ verbũ ꝓ passiuo ponẽs genere locutiõis inusitato: in q̃ nimiꝝ magn⁹sensus latet. Sic em̃ fortasse significare voluit seip̃m ħ facere.i.gr̃a sua fieri vt voceť dñs in oib⁹ gẽtib⁹. Qđ vo addidit: Et miserebor cui misertus ero:⁊ miscdiã ꝑstabo cui miscdiã ꝑstitero:ibi plane exp̃ssius ostendit vocationẽ q̃ nos vocauit in suũ regnũ et gloriã : nõ ꝓ meritꝫ nr̃is/ß ꝓ miscdia sua. Qm̃ em̃ se gentes introductuꝝ pollicebať dicẽs: Vocabo † noie dñi i ꝯspectu tuo/cõmẽdauit se ħ misericordiť facere:sicut ap̃ls dicit: Dico enim christũ ministrũ fuisse circũcisiõis ꝑpť veritatẽ dei/ad cõfirmãdas ꝓmissiões patrũ: Job.13.a. Roma.15.b.

Al.†vocabor in noie dñi

Al.†nomen

Al.†nomen

gẽtes aũt sup miscðia glorificare deũ. Hoc
ꝙ ꝑdictuȝ est: Miserebor cui misert⁹ ero: et
misericordiã ꝑstabo cui miscðiam ꝑstitero:
qbus ꝟbis ꝓhibuit hominẽ velut de pro/
1. Cor. 10. d. priarũ virtutũ meritis gloriari: vt qui glo/
riat/ in dño glorieẗ. Non eñ ait: miserebor
talib⁹ vel talib⁹/ sed cui misericors fuero: vt
neminẽ ꝑcedẽtib⁹ bonis opib⁹ suis miscðiã
Roma. 5. a. tãtę vocatiõis meruisse se demõstraret. Et/
B eñ christ⁹ ꝓ impijs mortu⁹ ẽ. Sȝ vtrũ h idẽ
repetere voluerit: cũ addidit: miscðiã ꝑsta/
bo cui miscðiã ꝑstitero: vel sicut alij interp̄/
tati sũt: cui misericors fuero: an aliqd inter/
sit/ nescio. Qð eñ greca lingua duob⁹ ꝟbis
dictũ ẽ ελεησω: et οἰκτειρήσω: qð vnũ at/
ꝗ idẽ videẗ significare: nõ potuit latin⁹ di/
uersis ꝟbis dicere: sed diuersis modis eãdẽ
miscðiam repetiuit. Si aũt diceret: misere/
bor cui misereor: aut miserebor cui misert⁹
ero/ nõ satis cõmode dici videreẗ: ꝛ tñ forti⁹
ille ipse ibi sensus ẽ/ ꝙ aut ipsi⁹ miscðię suę
firmitatẽ de⁹ ista repetitione mõstrauit: si/
cut/ amẽ amẽ: sicut/ fiat fiat: sicut repetitio
somnij pharaõis/ pluraꝗ silia aut i vtrisq;
ꝑplis .i. gentib⁹ ꝛ hebręis hoc mõ de⁹ ꝑnũcia
uit misericordiã se esse facturũ. Qð apls ita
Roma. 11. d. dicit: Sicut eñ vos aliqñ nõ credidist deo:
nũc autẽ miscðiã ꝯsecuti estis in illoꝝ incre
dulitate: sic ꝛ ipsi nũc q nõ crediderũt i vr̃a
miscðia: vt ꝛ ipsi miscðiã ꝯsequanẗ. Cõclu/
sit eñ de⁹ oẽs in incredulitate vt oim mise/
reaẗ. Deinde post hãc suę miscðię cõmenda
tionẽ/ rñdet ad illð qð ei dictũ fuerat: Ostẽ
de mihi gloriaȝ tuã: vel qð supra petiuerat
moyses dicẽs: Ostẽde mihi temetipm ma/
nifeste vt videã te: Nõ poteris inqt videre
faciẽ meã: Non eñ videbit hõ faciẽ meã et
viuet: ostendens huic vitę ꝗ agiẗ in sensib⁹
nō sunt facta lōgiora q̄ illa interioris taber/
naculi q̄ decē auleis tēdunt / τ vigenas etiā
ipa colūnas habēt. Nā sic interioris taberna
culi duo latera ab aqlone τ austro centenis
cubitis porrigunt: ita τ exterioris atrij. Nō
ergo ad ipsa exteriora totidē colūnarū late/
ra tegenda capillacioꝝ veloꝝ pfuit longi/
tudo: q: lōgitudinē superāt auleoꝝ. Tantū
eñ dant exteriorib⁹ laterib⁹ q̄tū τ interiori/
bus darent. i. cubita centena / q̄ fiūt ducēta:
sed q: laterib⁹ orientis τ occidētis sufficerēt
latera q̄dragena / si tm̄modo interi⁹ taberna
culū velis capillacijs cingeret: additis aūt
laterib⁹ atrij creuit tabernaculi latitudo / vt
tegendis laterib⁹ orientali τ occidētali iam
non q̄dragena / sed q̄nq̄gena cubita sint ne/
cessaria / ad ea tegenda pficere potuit capil/
lacioꝝ veloꝝ lōgitudo amplior q̄ auleorū:
vt nō ambo cubita quibus binis longiora
sunt q̄nq; ex vna parte impenderent: sed cu
bitū ex hoc τ cubitū ex hoc: ac sic haberet ex
ipsa supabundantia latus orientale cubita
decē τ occidētale alia decē: Viginti eñ fiūt
bina decē: q: velis vndecim cubita triginta
duplicatione τ subtectione ab hoc ambitu
detrahunt. Sed qm̄ id qd latine interptatū K
est: cubituꝫ ex hoc / τ cubitū ex hoc / ex eo qd
superat velis de longitudine velorū taber/
naculi erit ɔtegens sup latera tabernaculi:
grecus habet πλαγία: q̄ latini nōnulli non
latera s obliq̄ interptati sūt: merito mouet:
q: etsi nihil hic videat obliquū vbi oēs an/
guli q̄ttuor laterū recti sūt: πλαγια tñ dici
latera illa nō possunt: quoꝝ vnū ē in facie:
alterum retro. i. orientale τ occidentale: sed
πλάγια dici possunt a dextro τ a sinistro. i.
aqlonio τ australi. Cū ḡ nō sunt ea πλαγία
q̄ habēt cubita q̄nq̄ginta / q̄bus laterib⁹ te/
gendis potuisse diximus superāte i longitu/
dinē capillacioꝝ veloꝝ: quō erit verū cubi/
tum ex hoc et cubitū ex hoc / ex eo qd supat
velis de lōgitudine veloꝝ tabernaculi erit
cōtegēs sup latera tabernaculi? Sꝫ nimiꝝ
de illis laterib⁹ tegēdis loquit / q̄ etiā dorsa
appellat q̄ndenoꝝ cubitoꝝ colūnarūq; ter/
narū: q̄ cū porta atrij habēte cubita vigin/
ti τ colūnas q̄ttuor / q̄nq̄ginta cōplent cubi
ta τ colūnas decē. Hec latera ex istis suis fi/
nibus in mediū posuerūt atrij portā: ex illis
autē ostium tabernaculi inter portam atrij
et ostium tabernaculi spaciū iacet / q̄tū cu/
bita illa cōcludūt viginti a porta et dextra
leuaq; q̄ndena. In eo spacio ē altare taber/
naculi / et inter altare tabernaculi labrū ere/
um / vbi sacerdotes man⁹ τ pedes lauabāt.
Diligenter autem mensuris examinatis /
fortasse in istis lateribus ternarum colum/
narū q̄ πλάγια grece dicta sunt / nonnulla
etiam obliquitas inuenitur: vt non frustra

quidã interp̃tes nostri obliq̃ interp̃tarenť:
q̃ in greco πλαγία repperer̃ut. Nõ em̃ vela
capillacia q̃ndenis cubitis suis p̃sit tegere
q̃ndena cubita tẽtoriorũ in illis lateribus:
nisi posterioribꝰ p̃tibꝰ tabernaculi anteq̃
ad illa latera deflectanť / nõ ampliꝰ q̃ dena
cubita depẽderit ex linea recta posteriorꝭ ta
bernaculi .i. a p̃te occidẽtis: q̃ linea cũ habu
isset octo colũnas p̃tinẽtes ad interiꝰ taber/
naculuʒ / decẽ habere cepit additis laterib'
atrij exterioris: ꝛ cũ habuisset cubita q̃dra/
ginta ad octo columnas p̃tinẽtia / q̃nq̃gin/
ta habere cepit in colũnis decẽ. Ex hac q̃ li/
Al. decem cubiti nea cũ tecta fuerint velis capillacijs † dena
cubita ab vtroq; angulo venientia / restabũt
in medio triginta nõ tecta velis capillacijs /
sed illis tm̃modo auleis: in q̃rũ triginta cu/
bitoꝝ medio p̃ q̃tlibet cubita tenderẽť / erat
ostiũ tabernaculi. Proinde illa latera trinaꝝ
colũnaꝝ ꝛ q̃ndenoꝝ cubitoꝝ / si ex illis fini/
bꝰ suis q̃bꝰ sibi iũgebãť porte atrij / patebãt
inť se cubitꝭ viginti: q: tantũ habebat por/
ta q̃ illa latera dirimebat: ex alijs aũt finibꝰ
q̃bꝰ herebãt posteriori illi linee tabernacu/
li / de q̃ locuti sumꝰ / habebãt inter se cubita
triginta: p̃auldubio erãt obliq̃: q̃m plꝰ inter
se patebant ex hac p̃te vbi habebãt media
cubita triginta / q̃ ex illa parte vbi habebãt
media cubita viginti: Ita illa decem cubita
capillacioꝝ veloꝝ / q̃d erat dimidiũ abũdã/
tis longitudinis q̃ p̃ficiebant posteriori p̃ti
tabernaculi: h̃ est occidẽtali / sicut alia decẽ
p̃ficiebãt priori p̃ti .i. oriẽtali q̃nis cubitis /
complebant tecturã laterũ illoꝝ: que grece
πλαγία dicta sunt: inde q̃nq; et hinc q̃nq;.
Que si defuissent / dena cubita tegerenť in
eisdẽ lateribus: ꝛ quina nuda essent. Itaq;
q̃tũ mihi videť / meliꝰ itelligiť hinc eẽ dictũ:
cubitũ ex h̃: et cubitũ ex h̃: ex eo q̃d superat
velis de lõgitudine veloꝝ tabernaculi: nõ
q: erãt cũ hinc ꝛ inde q̃na essent / s̃ q: ex illa
longitudine redũdabãt: in q̃ binis cubitis
erãt auleis capillacia lõgiora: ex q̃bꝰ duobꝰ
cubitꝭ vniuscuiusq; veli cubitũ p̃fecerat p̃ti
orientali: restabat vtiq; alterũ cubitũ parti
occidẽtali: vt cubitũ ex h̃ esset cõtegẽs sup
πλαγία tabernaculi. Vñ dictũ ẽ / hinc atq;
hinc / vt op̃iat: quia nõ op̃iebat totũ si eadẽ
L q̃na cubita defuissent. Nũc iã q̃m satis dis/
putatũ ẽ quõ illa oĩa intelligenda sint q̃ in
tabernaculi ↄstitutione videbanť obscura:
breuiť si possumꝰ enitamur ostẽdere / quid sit
eadẽ disputatiõe cõfectũ. Ab occidẽte igiť
trahebať: ꝛ p̃ma erat ingrediẽdi porta atrij
q̃ patebat viginti cubitꝭ: ꝛ habebat q̃ttuor
colũnas q̃bꝰ dependebat velũ viginti cubi/
tis extentũ: Erectũ aũt cubitꝭ q̃nq; / q̃ttuor
illis sepe cõmemoratis coloribus acu picto
op̃e variato. Hac porta ingrediens excipie/
bať atrio: cuiꝰ latera dextra leuaq; q̃ndenis
cubitꝭ ꝛ ternis colũnis porrigebanť intror/
sus / vt in medio poneret ostiũ tabernaculi
interioris in ea p̃te q̃ p̃ueniebãt: sicut i me/
dio ponebãt portã atrij ab ea p̃te vnde inci
piebãt. Hoc itaq; atriũ latius erat q̃ lõgiꝰ.
Nã longitudo eiꝰ erat a porta ipsiꝰ vsq; ad
ostiũ tabernaculi interioris in cubitꝭ ferme
q̃ndecim: latitudo autẽ circa portã in cubi/
tis viginti: circa ostiũ vero in cubitꝭ trigin/
ta. Vñ obliq̃ illa latera fuisse intelliguntur q̃
dextera leuaq; in colũnis ternis ꝛ q̃ndenis
cubitꝭ erãt. In h̃ atrio erat altare sacrificio/
rũ q̃dratũ / q̃nq; .s. cubitꝭ lõgũ ꝛ totidẽ latũ.
Inť portã ꝛ altare spaciũ erat: vbi ↄ̃sabãt
q̃ sacrificia iponebãt altari: itrorsus ↄ̃o inť
altare et ostiũ tabernaculi / locꝰ erat cineris
añ altare: ꝛ deinde labrũ ereuʒ vbi manꝰ et
pedes sacerdotes lauabãt / vł altari in atrio
seruituri vel tabernaculũ interiꝰ ingressuri.
Tentoria porro huiꝰ atrij in lateribꝰ ternaꝝ
colũnaꝝ byssina erãt extenta cubitis q̃nde
nis: erecta cubitis q̃nis. Ab hoc q̃ atrio in/
trabať ostiũ tabernaculi: cũ trãsisset altare
ꝛ labrũ eneũ. Intrabať autẽ apertis auleis
q̃bꝰ decẽ / q̃nq; hinc et q̃nq; inde ex aduerso
sibimet ↄstitutꝭ totũ ip̃m iteriꝰ tabernaculũ
cingebatur. Quo ostio ingresso / occurrebat
velũ q̃d ad ostiũ fuerat oppositũ in q̃nq; co
lũnis extẽtũ / variatũ illis q̃ttuor coloribꝰ: ꝛ
q̃d velũ cũ faciẽdũ p̃ciperet / adductoriũ vo
cauit: credo q̃ curreret / ducẽdo / ꝛ reducẽdo
cũ op̃iret atq; ap̃iret ingressũ. Transito isto
velo / excipiebat p̃s tabernaculi media inť
hoc velũ ꝛ illud alterũ interiꝰ quod colũnis
q̃ttuor fuerat iposituũ ex illis q̃ttuor colori/
bus factũ / ꝛ sep̃abat inť sctã q̃ forinsecꝰ erãt
ꝛ sctãsctõꝝ interiꝰ posita. In h̃ itaq; medio
spacio inť ista duo vela / mẽsa erat aurea / q̃
habebat panes p̃positiõis in p̃te aq̃lonis:
ꝛ ↄ̃ eã candelabꝝ aureũ septẽ lucernarũ in
p̃te austri: huc usq; secũdis sacerdotibꝰ lice D
bat intrare. Interiꝰ autẽ / id ẽ in sctm̃sctõꝝ
intra velũ q̃ttuor colũnarũ / arca erat testi/
monij deaurata / in q̃ erãt tabule lapidee le
gis / ꝛ virga aarõ / ꝛ vrna aurea cũ mãna: et
propitiatoriũ desup̃ aureũ: vbi stabãt duo
cherubin alis obumbrantes p̃pitiatoriũ ꝛ
intuẽtes inuicẽ ad ip̃m. Ante arcã ↄ̃o .i. inť
arcam et velũ / positũ erat altare incensi: q̃d
aliq̃n aureũ dicit sc̃ptura / aliq̃n deauratũ:
aureũ vtiq; appellãs q̃d erat inauratũ. Ad
hec sctãsctoꝝ nisi sũmo sacerdoti nõ licebat

intrare quotidie ppter inferendū incēsum: semel aūt in āno cū sanguie ad purificandū altare: et si qñ forte exigebat necessitas p pctō sacerdotꝪ/aut vniuersę synagogę: sicut in leuitico scptū ē. Sic intrabatꝪ in tabernaculū ab occidēte.i.a porta austri vsqꝫ ad latus oriētale introrsus vbi erat arca testimonij. Hoc aūt interi⁹ tabernaculū qđ incipiebat nō a porta atrij/ſ ab ostio qđ appellabatur ostiū tabernaculi/et finiebatꝪ in lōgū latere orientis vbi erat arca testimonij/ decē auleis ꝯcludebatꝪ: quoꝝ erāt singula vigintiocto cubitoꝝ: qnqꝫ hinc/ꝛ qnqꝫ inde sibimet ꝯnexa ansulis ꝛ circulis ex aduerso sibimet ꝯstituta: ꝛ colūnis vicenis in laterib⁹ longiorbus aqlonis atqꝫ austri: et colūnis octo a latere occidentꝪ: a latere aūt orientis nullis colūnis/ſ solis auleis: Que aulea decem erigebantꝪ in cubitis qttuor: ꝛ p totum circuitū tendebantꝪ in cubitis ducētis octoginta: quoꝝ cētena in lateribus erāt longioribus austri ꝛ aqlonis p vicenas colūnas: qdragena vero cubita in reliquis duobus laterib⁹ breuiorib⁹: vno occidētis p colūnas octo: altero oriētis vbi colūne nō erāt/ſ sola tendebantꝪ aulea/de solis duab⁹ angularib⁹ colūnis/ medijs aūt nullis. Et erāt hec aulea decē ꝺ qttuor colorib⁹ texta: hoc ē interius tabernaculū circūdabatꝪ atrio ab austro vigiti colūnis ꝛ ab aqlone vigiti. Que duo atrij latera ęqualē habebāt longitudinem cū laterib⁹ interioris tabernaculi: qꝛ et ipsa vicenis colūnis porrigebantꝪ in cubitꝪ totidē.i.cētenis: a latere autē orientis atriū ꝯcludebatꝪ colūnis decē/cubitis qnqgīta: Qui ordo colūnaꝝ rect⁹ erat/ꝛ incurrebat i illas duas angulares interioris tabernaculi: qs solas oriētis ps habebat. Proinde cū ipsis cōplebantꝪ decē. A latere autē occidentis habebat qdē atriū decē colūnas: nō tñ recto ordine/ſ sicut iā ostēdim⁹ tanqꝫ tripor-

R ticū/ qttuor a porta/ꝛ ternis a laterib⁹. Uniuersū aūt atriū i circuitu tabernaculi tētorijs byssinis cīgebatꝪ: q erigebātꝪ cubitꝪ qnqꝫ: his supueniebāt vela capillacia vndecī ex vna pte sibimet qnqꝫ cōnexa: ex alia sex. In cōnexiōe q qnqꝫ veloꝝ/cubita erāt centū qnqgīta: ex alia vō pte in cōnexiōe sex veloꝝ/cubita erāt cētū octoginta: qm̄ vela singula tricenoꝝ fuerāt cubitoꝝ. Sꝫ vt alia ps alteri coęquaretꝪ/duplicatū est vnū velū a facie tabernaculi: id ē ab oriēte: et sbtractū est dimidiū velū a pte posteriore.i.ab occidēte: atqꝫ ita subtracta sūt cubita triginta/ qnta erat veli vni⁹ lōgitudo: ꝛ remāserūt cētū qnqgīta / qnta etiā ex pte altera fuerūt.

Circuit⁹ itaqꝫ veloꝝ capillacioꝝ q cingebatꝪ atriū tabernaculi/trecētis cubitis tēdebatꝪ: sicut circuit⁹ decē auleoꝝ interioris tabernaculi/cubitꝪ ducētis octogīta. Aulea qppe singula habebāt cubita vicena ꝛ octona in lōgitudine: capillacia vero vela tricenis cubitis longa erant. Quapropter ex ambitu auleoꝝ interioris tabernaculi/q erat in cubitis ducētis octoginta/cētēna cubita in laterib⁹ longiorib⁹ erant austri ꝛ aqlonis: ꝛ qdragena in duob⁹ breuiorib⁹/ oriētis ꝛ occidentis. Ex ambitu autē capillacioꝝ velorū quo atriū exteri⁹ tegebatꝪ: qꝛ ambit⁹ erat in cubitis tricenis/ cētena erāt in laterib⁹ longiorib⁹ austri ꝛ aquilōis: qm̄ ęqualia erant laterib⁹ tabernaculi interioris: qnquagena aūt i reliqs duab⁹ ptib⁹ oriētis ꝛ occidētis: Ac p hoc duo illa cubita qbus lōgius erat auleo velū capillaciū/ non laterib⁹ austri et aqlonis/q paria erāt atrij exteriorꝪ ꝛ tabernaculi interioris/sed laterib⁹ oriētis ꝛ occidētis pficiebāt. In eis eñ laterib⁹ creuerat tabernaculi latitudo/circūposito extrinsec⁹ atrio: ſ qnqgena cubita veloꝝ capillaciorū a parte oriētis p decē colūnaꝝ recto ordine tendebantꝪ/eisqꝫ pficiebat vnum cubitū ex duob⁹ illis qb⁹ eorūdē veloꝝ maior fuerat longitudo: alia vō cubita qnqgīta/ q occidētali lateri debebantꝪ: qb⁹ alterū ex duob⁹ illis cubitū pficiebat nō tendebantꝪ p colūnarū ordinē rectū: Ibi eñ erat illa tanqꝫ triportic⁹ q cōcludebat spaciū atrij vbi esset altare sacrificioꝝ/ qttuor colūnis a porta ꝛ laterib⁹ ternis: ac p hoc nō poterāt etiā cingere illa cubita qnqgīta: ſ vsqꝫ ad coopienda obliq illa latera tendebantꝪ q in colūnis ternis ꝛ quindenis cubitis erāt. ErigebantꝪ aūt capillacia vela cubitis qttuor / eisqꝫ tegebantꝪ atrij tētoria byssina quoꝝ erat erectio in cubitis qnqꝫ: pelles vero rubricatę sup capillacia vela veniebāt. Desup autē.i. a parte tecti vice camerę tabernaculū pellibus hiacynthinis tegebatꝪ: vtrū cū atrio et spaciū illud interi⁹ nō apparet: ſ credibilꝪ est/ atrij spacia q inter exteriores ꝛ interiores colūnas erāt/velū aptū habuisse: maxie illud occidētis vbi erat altare sacrificioꝝ.

Sancti augustini hipponēsis epi/ Questionū liber secūdus sup Exodū explicit.

Tertij libri qstionū sup leuiticū scti augustini recollecta anotatio.

1 Quō intelligēdū sit illō: Qui nō nūciauerit volēti peierare / accipiet pctm:

2 An ꝺ vitiū p ꝯditionē sit fugiēdū.

2 Quid sibi vult q̄ p̄ tacito cuiuscꝫ piu/rio/ ꝛ pro eo q̄ tangit̄ morticinum vel aliq̄d imundū/ nullū sacrificiū cōme/morat̄: pro eo ꝟo vbi q̄d falsum q̄scꝫ nesciens iurauit/ dixit afferri agnam vel capram

3 Quid sit distinguere quo scriptura fre quenter vtitur. Item q̄d sit agna fe/mina: ꝛ q̄d qđ dicit̄: Post hoc autē co gnouerit ꝛ deliquerit.

4 Quid est q̄ p̄cipiunt̄ offerri duo turtu/res: vnus pro peccato: alter pro holo caustomate.

5 Quō animā pro homine posuit.

6 Quid a sanctis (ſm aliā litterā) sit.

7 Quid verba inculcata volūt q̄bus q̄dā genera delictoꝝ excepta legunt̄.

8 Utrū vbicꝫ accipiēdū sit: Si nō valet man⁹ eius qđ satis est ad ouē: offerre eum debere par turturum: aut duos pullos.

9 Quid sibi vult: Offeret arietē ab ouib⁹ sine macula p̄cio in qđ deliquit ꝛc̄.

10 Quis ordo ꝛ sensus illoꝝ verboꝝ: Ista holocaustosis sup incēsionē ei⁹ ꝛc̄.

11 Quid est: Abijciet holocarpoma seu holocaustomata extra castra ꝛc̄.

12 Quid sit: Ignis altaris semper ardebit ab eo/ ꝛ nō extinguetur.

13 An cū dicit: Et sup illō exuret sacerdos ligna mane/ q̄tidie intelligat̄ fieri.

14 Quid est qđ d̄r: Istud donū aaron ꝛ fi/lioꝝ eius ꝛc̄.

15 Quid est: Dimidiū ei⁹ mane: ꝛ dimidiū post meridiē. Et quid sit fresa.

16 Quid sit: Sacerdos vnct⁹/ q̄ pro illo est ex filijs eius faciet illud ꝛc̄.

17 Quid: Omne consummabitur.

18 Et quid illud: Sacerdos qui imponet manducabit illud ꝛc̄.

19 Quid illud: Ista lex est arietis qui pro delicto est/ sancta sanctoꝝ sunt.

20 Que differētia innuat̄ inter pctm̄ ꝛ de/lictū: ꝛ q̄d greca lingua ad h̄ ꝯferat.

21 Quid sit: Omnē adipē boum ꝛ ouiū et caprarum nō edetis ꝛc̄.

22 Quid sibi vult q̄ de sacrificio salutaris iterum admonet.

23 Que sit rō sacrificij pro delicto seu pctō sacerdotis.

24 Quid sibi vult: qđ d̄r ad aaron ꝛ filios eius: Ad ostiū tabernaculi testimonij sedebitis septem dies die ac nocte/ ne moriamini.

25 Quid sit: Uocauit senatum ꝛc̄.

26 Quō p̄cipiunt̄ offerri tria genera sacri/ficioꝝ: ꝛ quō q̄ttuor sint eoꝝ genera.

27 Que sit rō ordinis seruādi in oblationi/bus positis ꝛ p̄ceptis.

28 Ubi aaron descendisse dicatur.

29 Quō in extasim cecidit populus.

30 Quō ignis exisse dicit̄ a domino.

31 Qui dicant̄ appropinquare dn̄o.

32 Quid sit q̄ aaron/ ꝛ duos filios ei⁹ mor tem reliquoꝝ duoꝝ lugere prohibēs dic̄: Caput vr̄m cidara nō nudabitis.

33 Si aaron ꝛ filij eius vinū ꝛ sicerā bibere nō poterant q̄n in tabernaculū in qđ intrare debebāt intraturi erāt: q̄n er/go hoc potuerunt?

34 Q̄n appellat pectusculū segregatiōis/ an etiā brachiū segregatiōis posset dici.

35 Quid sit de sacrificijs salutariū ꝛc̄.

36 Quare addat̄: Et filiabus tuis ꝛc̄.

37 Quō aq̄ immundū faciat: an ꝛ ipsa im/munda sit dicēda/ ſm aliā litterā.

38 Que sint animalia viuificātia que gre/ce ροyoμιyσα dicuntur.

39 Quid sit qđ ait de muliere que peperit: Omne sanctū nō tanget ꝛc̄.

40 Quid sit qđ ait: Si masculum peperit immunda erit septē diebus ꝛc̄.

41 Quō alterū alteri⁹ sit expositiuū cū di/citur: Hoi si cui facta fuerit i cute cor/poris eius cicatrix.

42 Quid sit qđ ait: Et videbit sacerdos et inq̄nabit eū ad quē veniet.

43 Quid sit lucidus albus color ꝛc̄.

44 Quid sit: Et segregabit illū sacerdos septē dieb⁹ secundo: ꝛ videbit ꝛc̄.

45 Quō iterum dicat̄: Inq̄nabit eū ꝛc̄.

46 Quō mutata dicet̄ significatio lepre.

47 De eadem fere re.

48 Quid sit q̄ cū de lepra capitꝪ loq̄ret̄/ eā etiā quassationē appellauit.

49 Quid sibi vult cū q̄ diceret d̄ lepra ve/stimētoꝝ aliaꝝcꝫ reꝝ ꝛc̄. ait: Aut i ve stimēto laneo aut stuppeo ꝛ stamie ꝛc̄.

50 Quid dixerit in omni opaꝛia pelle.

51 Quid sit: In omni opaꝛia pelle: et quō grece dicatur.

52 Quid sit qđ ait: Quecūcꝫ tetigerit qui fluorem seminis patitur ꝛc̄.

53 Quō aaron orare iubet̄ pro sanctis ab immundicijs filioꝝ israel.

54 Quid vocet̄ sanctū/ cū dicit̄: Et p̄ficiet exorans sanctum.

55 De duob⁹ hircis imolādis: de q̄bus so/let esset disceptatio: Et q̄d sit scth̄.

56 De q̄bus pecorib⁹ occisis minet̄ lex.

57 Quō dicat̄: Anima ois carnis sanguis eius est: ꝛ que sequuntur.

Diui aurelij augustini hipponēsis epi liber tertius questionū super leuiticum incipit.

Quō intelligēdū sit illud: Qui nō nunciauerit volenti peierare accipiet peccatū: An hoc vitium per pditionē sit fugiēdū: Questio. I.

Leuit. 5. a.

SI autē anima peccauerit / aut audierit vocē iurationis: & ipse testis fuerit / aut viderit / aut cōscius fuerit / si non vtiq nunciauerit et accipiet pctm. Quid hoc est si nō nūciauerit / accipiet pctm: Qō eīm additum est: & locutiōis est vsitate in scripturis. Verū iste sensus qr obscurꝰ ē / exponendus videt: Hoc eīm videt dicere: peccare hominē / quo audiēte iurat alıqs falsum / et scit eū falsū iurare / & tacet. Tunc autē scit / si ei rei de q̄ iurat testis fuerit: aut vidit: aut cōscius fuit. i. aliquo mō cognouit: aut oculis suis cōspexit: aut ipse q̄ iurat illi indicauit. Ita eīm potuit esse cōscius: sed inter timorē huiꝰ peccati / & timorē pditionis hominū nō parua extitit plerūq tēptatio. Possumꝰ eīm paratū ad piuriū admonēdo vel phibendo a tam graui pctō reuocare. Sed si nō audierit & corā nobis de re quā nouimꝰ falsum iurauerit / vtrū pdendus sit / si pditus etiā in periculū mortis incurrat / difficillima qstio est. Sz qr non expssit cui hoc indicandū sit: vtrū illi cui iurat / an sacerdoti vel cuipiam q̄ nō solū eū psequi nō pōt irrogādo supplicium / s etiā orare p illo pōt: Videt mihi q se hō soluat a pcti vinculo etiā si idicet talibꝰ q̄ magis pñt pdesse q̄ obesse piuro / siue ad corrigēdū eū / siue ad deū p illo placādū: si & ipse cōfessionis adhibeat medicinā.

Quid sibi vult q p tacito cuiusq periurio / & pro eo q tangit morticinū vel aliqd imūdū / nullū sacrificiū cōmemorat: p eo vero vbi qd falsum quisq nesciēs iurauit: dixit afferri agnā vel caprā: Questio. II.

Leuit. 5. a.

POst hoc autē pcti genꝰ qd de piurio alicuius nō indicato cōmemorauit / nullū p eo sacrificiū iussit offerri: sed deinde subiūxit: Aia qcunq tetigerit omē rem imundā: aut morticinū iumētoꝝ: aut a fera capti imūdi: aut eoꝝ q̄ sunt morticina abominationū imūdarū / morticinū iumentoꝝ imūdoꝝ: aut tetigerit immūditiā hois ab oī imūditia cuiusq si tetigerit / inqnabit

etsi latuerit eum: post hoc autẽ cognouerit etiã dereliq̃rit ⁊c. Neq; h̃ sacrificiũ ꝓ isto genere pcti qđ offeraꝛ cõmemorauit: sed adhuc adiecit ⁊ ait: Aia q̃cũq; iurauerit distinguẽs labijs malefacere aut bñfacere ſm oia q̃cũq; distinxerit hõ iureiurando/ ⁊ latuerit eũ: ⁊ id cog̃uerit ⁊ peccauerit vnũ ex his/ et cõfessus fuerit pctm̃ ꝓ q̃ peccauit aduersus ip̃m. His oĩb⁹ sine aliq̃ interpositione sacrificij connexis ⁊ explicatis/ adiungit ⁊ dicit: Et offeret ꝓ his q̃ deliquit dñ̃o ꝓ pctõ quo peccauit/ feminã ab ouib⁹ agnã: aut capraꝫ de capris ꝓ pctõ: ⁊ exorabit ꝓ eo sacerdos ꝓ pctõ: ⁊ remitteꝛ illi pctm̃. Quid est ergo ꝙ ꝓ tacito cuiusq; piurio/ ⁊ ꝓ eo qđ tangiꝛ morticinũ vel aliq̃d imundũ/ nullũ sacrificiũ cõmemorauit: ꝓ eo ṽo pctõ vbi q̃d falsum q̃sq; nesciẽs iurauit/ dixit offerri agnaꝫ vł caprã: An ꝓ oĩb⁹ supradictis hoc sacrificiũ oportet intelligi: Voluit eñ prius oĩa enumerare: ⁊ sic iferre q̃ sacrificio possint expiari. Sed in eis oĩb⁹ supradictis generib⁹ pctõꝝ/ sunt quedã ꝓpter locutionũ modos subobscure posita: sicuti est qđ ait: morticinũ iumẽtoꝝ: Ea eñ q̃ grece κτήνη appellãtur/ pleriq; nroꝝ iumeta interptati sunt: qđ nomẽ in latina consuetudine eoꝝ aialiũ est q̃rũ laborib⁹ adiuuamur: maxie in portandis onerib⁹: sicuti sũt eq̃/ asini/ muli/ cameli: ⁊ si q̃d hmõi. Que ṽo greci κτήνη vocant tã late intelliguntꝛ/ vt oĩa aut ꝓpe oĩa pecora isto noĩe cõcludanꝛ. Et ideo nõ genere locutiõis velut πλεοnασμῳ additũ ẽ in greco/ immundoꝝ: cũ diceretꝛ/ iumẽtoꝝ: qm̃ sũt etiam munda pecora que κτήνη appellanꝛ. Que autẽ iumenta vsus latin⁹ appellat ſm legis dictionẽ/ nõ nisi immũda sunt.

Quid sit distinguere quo scriptura freq̃ẽter vtitur. Item quid sit agna femina: et q̃d quod dicitꝛ: Post hoc autem cognouerit et deliquerit: Questio. III.

A Item qđ ait: Aia q̃cũq; iurauerit di-
Leuit. 5. b. stinguẽs labijs malefacere/ aut bñfacere: q̃riꝛ q̃d dixerit/ distinguẽs. Assidue q̃ppe hoc verbũ ponit scriptura. Vñ est
Ps. 65. ⁊ illđ: Reddã vota mea q̃ distinxerũt labia
Ezech. 3. c. mea. Itẽ dr̃ ad ezechielẽ: Cũ dicã iniq̃ morte morieris: ⁊ tu nõ distinxisti neq; locutus
Numeri 30. e es. Itẽ scriptũ est: Si qua in domo pr̃is sui ꝯstituta vouerit votũ/ distinguẽs labijs suis aduersus aiam suã. Videꝛ q̃ ista distinctio q̃si diffinitio esse/ q̃ secerniꝛ aliq̃d a ceteris q̃ solo dicto nõ teneꝛ. Sic ergo accipiaꝛ tanq̃ dictũ sit: Aia q̃ iurauerit diffiniẽs labijs male facere/ aut bene facere/ ſm oĩa q̃ diffinierit hõ cũ iureiurãdo: et latuerit eũ. i. nesciẽs faciẽdũ esse/ vel nõ faciendũ iurauit facere/ ⁊ id cognouerit/ ⁊ peccauerit vnũ ex his/ siue q: iurauit anteq; cognosceret/ siue q: fecit iurauit et cog̃uit postea/ q: non fuit faciẽdũ neq; iurãdũ: ⁊ cõfessus fuerit pctm̃ qđ peccauit. i. pctm̃ qđ peccauit: locutio est enim. Quod autẽ addidit aduersus ipsum q̃d intelligiꝛ/ nisi aduersus ip̃m pctm̃ cõfessus fuerit. i. ꝯfitendo pctm̃ accusauerit: Et offeret ꝓ his q̃ deliquit dñ̃o ꝓ peccato quo peccauit/ feminã ab ouibus agnã: Vsitata locutione agnã feminã dicit: q̃si possit esse aut agna nisi de ouib⁹: aut capra nisi de capris. Nõnulla aũt q̃stio est: imo nõ parua: B
q̃d sit qđ assidue dicit: post hoc aũt cognouerit ⁊ deliquerit: q̃si tũc fiat delictũ cũ fuerit cognitũ. An potius nisi q: ꝓ cognito satis fieri nõ põt: sed nõ ait: post hoc autẽ cognouerit ⁊ pęnituerit eũ: Quid q̃ ẽ/ post h̃ cognouerit ⁊ deliquerit: nisi post cognitionem deliquerit/ vt si sciẽs fecerit qđ faciendũ nõ eẽt/ tũc delicto purgatio debeaꝛ: Sꝫ non ita ꝓlocutus est: Ea q̃ppe videꝛ exequi pctã q̃ ab ignorantib⁹/ ⁊ ꝑ hoc a nolẽtib⁹ cõmittunꝛ. Fortassis q̃ aliq̃ genere locutionis deliquerit/ dictũ ẽ: delictũ esse didicerit. An potius ꝯuerso ordine dictũ est: q: alia genera locutionis habet scriptura/ ꝙ ꝑ alia loca ſilia recto ordine dicebanꝛ: Nã cũ alibi totiẽs scp̃tũ sit: ⁊ deliquerit ⁊ cognitũ fuerit: ei hic tm̃ cõmutato (vt dixi) ordine/ ꝑus dictuꝫ est/ cognouerit: deinde deliquerit. Ordine aũt suo ita dici posset: Aia quęcũq; tetigerit oẽm rem immũdã aut morticinum/ aut a fera capti immũdi/ aut eoꝝ q̃ sũt morticina abominationũ immũdaꝝ morticinũ iumẽtoꝝ immũdoꝝ/ aut tetigerit imũdiciã hominis/ ab omni immundicia eius si tetigerit inquinaꝛ/ et si latuerit eum deliquerit post hoc autem cognouerit.

Quid est ꝙ pręcipiuntur offerri duo turtures: vnus ꝓ pctõ/ alter ꝓ holocaustomate: Questio. IIII.

Si aũt non valet man⁹ eius qđ satis Leuit. 5. b.
f est in ouẽ/ offeret ꝓ pctõ suo qđ peccauit/ duos turtures aut duos pullos colũbinos dñ̃o: vnũ ꝓ pctõ/ ⁊ vnũ ꝓ holocaustomate. Certe hic aperit q̃stionẽ de q̃ superi⁹ cũ loq̃reꝛ ambigebam⁹: Ideo quippe videꝛ dicere vnũ ꝓ pctõ/ alterũ ꝓ holocaustomate: qm̃ nõ offerebaꝛ sacrificiũ pro peccato nisi cũ holocausto. Deniq; cũ ꝑ ꝓsecorsum ð holocaustis loquereꝛ/ cõmemorauit turturẽ/ ⁊ nõ dixit duos: nũc ṽo ideo duos dicit: q: sacrificium ꝓ pctõ sine holocausto/

mate nõ offerebat̃. Qđ ergo sup⁹ dicebat: Et iṗones sup̃ holocaustoma: nõ est dubiũ ꝙ prius holocaustoma/ deinde illud supim/ ponebat̃: nũc vo de auibus aliter dicit: vt prius offerat̃ pro pctõ vna auis: deinde al/ tera pro holocaustomate.

Quõ animã pro homine posuit: Questio. V.

Levit. 5. Quod aũt ait: Anima si latuerit/ cum obliuio est ei. i. si obli uione factũ fuerit vt lateat eũ/ vl' eã si ad animã refers: qm̃ eũ dicẽdo/ ad hoiem retulit: Animã q̃ppe hic hoiem dicit.

Quid a sancti (ſm aliã lr̃am) sit: Questio. VI.

Levit. 5. d. Et si peccauerit no/ lens a sctis dñm ꝛc. Videt̃ obscure positũ hoc pcti gen⁹: sed in ꝯsequen tib⁹ aperit̃/ vbi dicit: ꝙ post oblatũ de arie/ te sacrificiũ restituet illud: ꝛ q̃ntas adijciet. Ibi eñ intelligit̃ hoc esse a sctis obliuione peccare: aliqđ p̃ obliuionẽ vsurpare qđ de/ betur sctis/ siue sacerdotib⁹/ siue oblatiõib⁹ vel p̃mitiaꝝ/ vel q̃cq̃d huiusmodi.

Quid verba inculcata volunt quibus quedã genera delictorum excepta leguntur: Questio. VII.

Levit. 5. d. Et anima q̃cũq; peccauerit et fecerit vnũ ab oibus p̃ceptl' dñi q̃ nõ opor tet fieri/ ꝛ nõ cognouerit ꝛ deliq̃rit/ ꝛ nõ cognouerit pctm̃ suũ/ offeret arietem si/ ne macula de ouib⁹ p̃cio argenti in delictuʒ ad sacerdotẽ: ꝛ exorabit p̱ eo sacerdos p̱pt ignorantiã ei⁹ q̃ ignorauit: ꝛ ipse nõ sciuit: ꝛ remittet̃ illi: Deliq̃t eñ delictũ ante deũ. Excepta locutionũ inusitata d'ẽsitate/ que tã p̱pter assiduã repetitionẽ debẽt esse no/ tissime: totus iste sensus obscur⁹ ẽ: qm̃ q̃rit̃ quõ discernat̃ hoc gen⁹ delicti ab eis q̃ su/ perius q̃dã generalitate cõplexus ẽ. Videt̃ eñ hoc rõ poscere vt certis generib⁹ pctõꝝ certa genera q̃bus expientur sacrificioꝝ ad/ hibenda sint. Hoc autẽ qđ mõ cõmemora/ ui: nõ specialiter exp̃mit pctm̃/ sed in ea vi/ detur generalitate versari/ de q̃ ante cũ di/ ceret: cõstituit sacrificiũ sacerdoti vitulũ/ et vniuerse synagoge similiter vitulũ: p̃ncipi/ caprũ: et cuicũq; al'e: h̃ ẽ cuicũq; hoi/ caprã/ vel si voluerit/ ouẽ tñ femineũ pecus. Dein de cepit excepta facere q̃dã genera pctõꝝ/ ꝛ noiatim exp̃mere pro q̃bus q̃d offerẽdũ sit: velut ð audito ꝛ tacito cuiusq; p̃iurio: ꝛ de tactu morticino ꝛ imundo/ ꝛ iuratiõe falsa p̃ ignorantiã: ꝛ de ouib⁹ agnã aut caprã de capris/ aut par turturꝝ/ aut duos pullos co lumbinos/ aut decimã partẽ ephi similagi/ nis: pro eo aũt peccãte q̃ p̃ obliuionẽ aliq̃d sctõꝝ vsurpauit/ arietẽ et eiusdẽ rei restitu/ tionẽ q̃ntis adiectl': Nũc vo nõ exp̃ssa spe/ cie pcti generalit̃/ addit: Ala q̃cũq; deliq̃rit ꝛ fecerit vnũ ab oib⁹ p̃ceptis dñi q̃ nõ opor tet fieri: sic in illa generalitate vbi dicebat: vnũ ex p̃ceptis dñi qđ nõ fiet ꝛ nõ cognoue rit et deliq̃rit. i. p̃ ignorãtiã nolẽs peccaue/ rit/ arietẽ iubet offerri: nõ caprã/ aut feminã ex ouib⁹ sicut supius in tali pctõꝝ generali/ tate cõstituerat. Quid sibi q̃ vult ista p̃mix/ tio: nisi forte qđ hic dixit: Deliq̃t eñ delicto delictum ante dñm: Hoc qđ ait: añ dñm: in his voluit delictũ intelligi q̃ fiunt añ dñm: id est a q̃bus dño in tabernaculo deseruit̃: vñ aliq̃d pauloante dixerat cum ait: pecca/ uit a sctis: et intelleximus: ꝛ vsurpauit aliq̃d sctõꝝ/ qđ etiã restitui p̃cepat: Ac p̃ hoc non sic tñ peccari põt in his reb⁹ si aliq̃d inde p̃ obliuionẽ vsurpet̃: s etiã multl' alijs modis põt q̃sq; p̃ ignorantiã delinq̃re in his q̃ ser/ uituti dñi exhibẽt̃: h̃ voluit postea gen⁹ de/ lictoꝝ generaliter cõmemorare: ꝛ iõ ꝛ illic ꝛ hic arietẽ iussit offerri. Plene sunt autẽ scri/ pture cũ dr/ ante dñm: ꝛ nõ intelligit̃/ nisi il/ lud qđ dño exhibet̃: sicut sacrificiũ/ vel pri/ mitie/ vel aliqua in sacris seruitus.

Utrũ vbiq; accipiẽdũ sit: Si nõ valet man⁹ ei⁹ qđ satis ẽ ad ouem: offerre eũ debere par turturũ: aut duos pullos: Questio. VIII.

Querit̃ etiã: vtrũ vbiq; sit accipiẽdũ qđ dictũ ẽ: Si nõ valet man⁹ ei⁹ qđ satis ẽ ad ouẽ offerre eũ debere par turturũ/ aut duos pullos colũbinos: et si h̃ q̃; nõ valet/ certã similaginis q̃ntitatẽ: qm̃ si vbiq; ita licere intelligit̃: nõ põt q̃dẽ dici sacerdotẽ nõ habere vitulũ aut vniuersam synagogã/ aut p̃ncipẽ nõ habere caprũ vel ouem. Et si ita est/ q̃d opus erat postea dice re/ tacitũ cuiusq; p̃iuriũ: aut tactũ imũdũ/ ꝛ p̃iuriũ p̃ ignorantiã factũ purgari sacrificio agne ꝛ capre: cũ eadẽ sacrificia p̃cepta sint etiã in ista generalitate pcti/ ad quã genera litatẽ etiã ista potuerãt p̃tinere: Si aũt hic ista discernunt̃ quo licebat p̱ eo turtures et colũbas/ vel etiã si h̃ nõ esset similaginẽ of/ ferri: ibi autẽ vbi nõ dictũ ẽ nõ licebat/ non videt̃ subuentũ esse pauperibus: qm̃ multa possunt esse delicta non specialiter exp̃ssa: q̃ ad illã generalitatẽ referunt̃: vbi grauaret inopes si tm̃modo caprã feminã ꝛ agnã ex ouib⁹/ ꝛ illas auiculas/ ꝛ similaginẽ licebat offerri: Nisi forte q̃s dicat/ h̃ discerni ista ex cepta ꝛ nominatim expressa pctã ab illis q̃ generaliter cõmemorata sunt: q2 hic agnã dixit/ ibi ouẽ: vt etas pecoꝝ aliquã differen tiam faciat: dũ tñ intelligat̃ pauperib⁹ per

Levit. 5.

eque subuentū: vt si nō haberet vlla aialia qdrupedia/aut memoratas aues/aut similaginē offerret p pctis ignorātię suę. Si aūt mouet: qre cū generaliter oia ignorātię peccata cōcluserit z sacrificia/nō pro distantia pctōz quā nō fecerat/sed p distantia personarū distinxerit/ postea voluerit etiā pctā distinguere: z pro eoz diuersitate sacrificia diuersa pcipere: qsi nō ad illā generalitatē oia ptineret. Sic factā posteri exceptionē oportet itelligi: vt qcūqz remāserint his exceptis q noiatim z speciatim cōmemorauit dicta/in illa generalitate intelligam. Quē modū locutiōis alibi repiri certū nō ē: ſ ē in scpturis sctis. Tale est illud vbi apls ait: Omne pctm qdcunqz fecerit hō extra corp est: hinc em nihil videt intermisisse peccati: qñquidē ait: omne pctm qdcūqz fecerit hō: postea tñ excepit fornicationē cū intulit: qui autē fornicat/ in corpus ppriū peccat. Qd fm cōsuetudinē nrē locutiōis ita diceretur: Omne pctm qdcunqz fecerit hō excepta fornicatiōe/extra corpus ē: qui autē fornicat/ in corp ppriū peccat. Ita et hic: cū pus generaliter oia ignorantię pctā diceret illis quę cōmemorauit sacrificijs expiāda: postea tñ excepit illa qb expsse z distincte positis certam sacrificioz purgationem adhiberet: vt his exceptis qcunqz reliqua essent/ ad illā generalitatē pertinerent. — 1.Cor.6.d.

Quid sibi vult: Offeret arietem ab ouibus sine macula pcio in qd deliquit zc. Questio.ix.

Offeret arietem ab ouib sine macula pcio in qd deliqt. Nō ita distinguendū est: qsi pcio in qd pctū deliqt: sed si offerret ariete/pcio afferat.i.emptū. Etiā hoc videt ad sacramētū alicui significationis ptinere voluisse: qm preciū ipm nō definiuit. Nā si definisset posset videri hoc pcepisse: ne vile pecus offerret: vt etiam si non emeret q offerret/tale tñ offerret qd tāti valeret. Addito autē/ vt nō solū pcio emptus aries offerret/ verūetiā siclorū sanctorū: ita em dicit pcio argenti siclorū sctōz aliquot siclis vt ematur aries / nō vno siclo voluit. Quid sibi autē velit siclū sctm / iā vbi visū est disseruim. Qd vero cū dixisset: z delicti sui offeret dño arietē ab ouib sine macula pcio: deinde addidit in qd deliquit: intelligendū ē in id offeret i qd deliqt.i.in eā rem/ pter eā rem. Et auferet holocarpoma qd sumpserit ignis/ illā holocaustosim ab altari. Quid auferet/qd cōsūptū ē? Iussit em sacerdotē auferre post tot noctis ignē holocarpoma.i.holocaustū qd ignis cōsūpserit. — Leuit.6.a.

Vel qd sibi vult etiā illd qd addidit: illā holocaustosim: cū hoc intelligat holocarpoma qd holocaustosis: nisi forte illud ē verū qd in qdā greco inuenim. Nō em ait auferet holocarpōsim / ſ auferet catacarposim: ſ ē reliqas holocausti qs ignis psūpsit. Has autē reliqas veluti z cinis z carbo appellauit illā holocaustosim / ei rei noie q psūpta est/reliqas ipsi psumptionis appellans.

Quis ordo z sensus illoz verborum: Ista holocaustosis super incensionem eius zc. Questio.x.

Quod aūt supra dixit: Ista lex holocausti: z deinde exponens q sit eadē lex dixit: Ista holocaustosis sup incensionē ei sup altare totā noctē vsqz i mane: z ignis altaris ardebit sup illō: nō extinguet: plani etiā fm nrē cōsuetudinis locutionē si nō haberet/et: Nā ista piūctiōe detracta ita sensus pcurrit: Ista holocaustosis sup incēsionē ei sup altare totā noctē vsqz i mane ignis altare ardebit super illud: id est super altare. Deinde ad cumulū exprimendę sententię intulit: nō extinguetur. Nam hoc iam erat dictū / tota nocte. — Leuit.6.b.

Quid est: Abijciet holocarpoma seu holocaustomata extra castra zc. Questio.xi.

Et induet stolā aliā: z abijciet holocarpoma extra castra i locū mūdū: hoc appellat holocarpoma qd iam pcrematū est: hoc autē in illo greco catacarposis legit. Quidā vo latini addiderūt/qd cōsecratū est: z ita interptati sūt: Et abijciet holocarpoma qd cōsecratū est extra castra in locum mundum. — Leuit.6.b. Ht.tholocaustoma

Quid sit: Ignis altaris semper ardebit ab eo/ z non extinguetur: Et ignis altar semp (Questio.XII.

ardebit ab eo/ z nō extinguet.i.ab illo igne in q arsit holocaustū vsqz in mane. Non vult em ignē prorsus extingui: ſ cū vsqz in mane arserit holocaustū / ablatis inde reliquijs consumptionis nec sic extingui ignē: sed inde iterū renouari quo ardeant alia quę imponunt. — Leuit.6.b.

An cum dicit: Et sup illud exuret sacerdos ligna mane/ quotidie intelligatur fieri: Questio.xiii.

Quod aūt sequit z dic: Et exuret sup illd sacerdos ligna mane: et stipabit sup illud holocaustū z supponet sup illud adipem salutar: z ignis semp ardebit sup illud z non extinguet: videndū est vtrū mane quotidie voluerit intelligi: vt nullus — Leuit.6.b.

dies intermitteretur quo non inueniretur holocaustum et adeps salutaris/an mane: ideo vt quacumque die imponeretur non nisi mane imponeretur. Si enim quotidie intelleximus: quod si nullus offeret: Si autem tamquam de publico vel de suo sacerdotes quotidiana holocausta procurabant/sup ipsa imponebantur ea que iussit a populo oblata pro peccatis sup holocausta imponi: et non erat necesse offerenti sacrificia pro peccato etiam holocaustum offerre sup quod illud imponeretur: nisi quando par turturum offerebatur/aut duo pulli columbini: Nam ibi omnino definitum est vnum pro peccato/alterum in holocaustum offerri oportere: et prius pro peccato/deinde holocaustum. Deinde quaeri potest: vtrum holocaustum quod mane iussit imponi/ipsum etiam per totam noctem arderet vsque ad alterum mane: an illud quod ait: tota nocte ardere debere/holocaustum fuerit vespertinum: et deinde ceperit de lege holocausti dicere/vt a vespertino holocausto inciperet: quod mirum est si taceret/nec admoneret talia vespere offerre oportere.

Quid est quod dicitur: Istud donum aaron et filiorum eius &c. Quaestio. XIIII.

Leuit. 6. c. Et locutus est dominus ad moysen dicens: Istud donum aaron et filiorum eius quod offerunt domino in die quacumque vnxeris eum. Exo. 29. Alia sunt sacrificia que commemorauit in exodo quibus per septem dies sanctificantur sacerdotes vt sacerdotio suo fungi incipiant: et aliud est quod modo commemorat quid offerat summus sacerdos quando constituitur. i. quando vngitur. Hoc enim sequitur et dicit: in die quacumque vnxeris eum: Non dixit vnxeris eos: cum etiam secundos sacerdotes vngi praecipiat. Deinde dicit ipsum sacrificium decimam partem ephi similaginis in sacrificium sempiternum: Querit quomodo sempiternum/si illud eo die offertur quo vngitur summus sacerdos ab illo quo vnctus est: nisi vt semper hoc offeratur in die quo vngitur summus sacerdos: hoc est per successiones sacerdotum: Quis et illo modo semper nunc possit intelligi non hoc/sed quod significat.

Quid est: Dimidium eius mane: et dimidium post meridie. Et quid sit phresa: Questio. xv.

Leuit. 6. c. Dimidium eius inquit mane et dimidium eius post meridie: quod grecus habet δειλινόν. In sartagine inquit in oleo fiet consperse: offerat eam φρεσαν. i. eam similaginem. Deinde dicit φρεσα: si tamen hoc recte interpretatum est ex illo quod grecus habet ερικτου: et pluraliter hoc posuit genere neutro. Non enim ait φρεσαν/tamquam eandem similaginem quam dixerat conspersam. Hec autem φρεσα sacrificium de fragmentis esse dicitur. Utrum quia φρεσα dicat ipsa frumenta. i. comminuta: an ipsa minutissima similaginis φρεσα dixerit/non est eiusdem.

Quid sit: Sacerdos vnctus/qui pro illo est ex filijs eius faciet illud &c.

Sequitur autem et dicit: (Questio. XVI. Leuit. 6. c. Sacrificium in odorem suauitatis domino sacerdos vnctus qui pro illo est ex filijs eius faciet illud. Propter hoc fortassis dixerat sempiternum: vt hoc faciat omnis summus sacerdos qui succedit mortuo eo die quo vnctus fuerit. Adiunxit enim et ait: lex eterna: cum posset eternum secundum id intelligi quod significat.

Quid: Omne consummabitur:

Sequitur autem: Omne (Quaestio. XVII. Leuit. 6. d. consumabitur. Quod habet grecus επιτελεσθήσεται: et alii interpretes dixerunt: omne imponetur: vbi vult intelligi esse holocaustum: quia nihil exinde remanet. Deniqz adiungit: Et omne sacrificium sacerdoti holocaustum erit et non edetur. Hoc est dixerat: omne consumabitur.

Et quid illud: Sacerdos qui imponet manducabit illud &c. Quaestio. XVIII.

Leuit. 6. d. De sacrificio pro peccato cum diceret: Sacerdos qui imponet illud/manducabit illud: Non hoc quod imponit manducabit: nam illud igni consumetur: sed quod inde remanserit. Non enim holocaustum est vt totum ardeat in altari. Dicit autem postea: Omnia que pro peccato sunt: ex quibus illatum fuerit a sanguine eorum in tabernaculum testimonij exorari in sancto/non edetur: sed igni cremabitur. Quod quia ad sacerdotes pertinet manducanda que remanent de sacrificiis pro peccatis: Quod intelligendum est/hec excepta esse de quorum sanguine tangitur illud altare incensi in tabernaculo testimonij. Hoc enim iussit fieri supius de vitulo quem pro peccato suo sacerdos offerret/et de vitulo quem pro peccato vniuerso synagoge vt carnes que remanserint foris extra castra comburantur: hoc est quod modo breuiter commemorauit.

Quid illud: Ista lex est arietis qui pro delicto est/sancta sanctorum sunt:

Et ista lex est arietis (Questio. XIX. Leuit. 7. a. qui pro delicto est/sancta sanctorum sunt. i. ad sacerdotes pertinent manducanda.

Que differentia innuatur inter peccatum et delictum: et quid greca lingua ad hoc conferat: Questio. xx.

Quid est quod de ariete pro delicto cum dixisset/legemque sacrificij exposuisset ait: Leuit. 7. a. Quomodo quod est pro peccato: ita et id quod pro delicto lex vna est eorum. Queritur inter peccatum et delictum que sit differentia: quia si nulla esset/nullo modo diceretur: quomodo et quod est pro peccato: et quod pro delicto. Quis enim lex eiusque sacrificium nihil distet: quia lex vna est eorum: tamen ipsa duo/quorum vnum est sacrificium. i. peccatum et delictum si inter se nihil differrent: et si vnius rei duo nomina essent/non curaret scriptura tam diligenter commendare vnum esse vtriusque sacrificium. Fortassis quia peccatum est

ppetratio mali: delictū autē desertio boni: vt quēadmodū in laudabili vita/ aliud est declinare a malo/ aliud facere bonū/ qd admonemur dicēte scptura: Declina a malo et fac bonū: ita in dānabili/ aliud sit declinare a bono/ aliud facere mala: et illud delictū/ h peccatū sit. Nā et ipm vocabulū si discutiat qd aliud sonat delictū/ nisi derelictū: et qui delinqt qd derelinqt nisi bonū? Greci autē duo noīa vsitata huic pesti iposuerūt: Nā delictum apud eos παραπτωμα dicitur et πλημμελεία. Isto ipso qppe loco leuitici πλημμελεία est. Aplus aūt vbi dicit: Si ꝑoccupatꝰ fuerit hō in aliquo delicto / παραπτωματι grecus habet: quoꝝ nominū si origo discutiat in παραπτωματε tanq̄ decidere intelligit qui delinqt: Vn̄ cadauer qd latini a cadendo dixerunt/ grece πτωμα η πτωμοσ dicit: απο του πιπτειν. i. ab eo qd est cadere. Qui ḡ peccādo malū facꝑus delinquendo a bono cadit. Et πλημμελία simile nomē ē negligētie: nā grece negligētia αμελια dicit: quare nō ē qd negligit. Sic em̄ grecus dicit: non curo ουμελλει μοι. Particula ḡ q̄ additur πλην vt dicat πλημμελια/ preter significat: vt πλημμελια qd vocat negligētia/ videat sonare sine cura πλην μελιαν ꝑter curā pene tantundē est. Hinc et qdam nri πλημμελιαν non delictū/ sꝫ negligentiā interp̄tari maluerūt. In latina aūt lingua qd aliud negligitur: nisi qd nō legit. i. non eligit? Vn̄ etiā legere a legendo. i. ab eligēdo latini auctores appellatū esse dixerūt. His quodāmō vestigijs colligit q̄ ille delinquit qui bonū derelinqt et relinquēdo a bono cadit: qꝛ negligit. i. nō legit. Peccatū vō vn̄ sit dictum qd grece αμαρτια dr/ in neutra lingua mihi interim occurrit: Pōt etiā videri illō eē delictū qd imprudēter. i. ignorāter illud petm̄ qd ab sciēte cōmittit. Huic differētie vidētur ista testimonia ꝯsonare diuina: Delicta qs itelligit? Et illō: Qm̄ tu scisti imprudētia meā. Cōtinuo qppe secutus adiūxit: Et delicta mea a te non sunt abscōdita: velut alio mō repetens candē sententiā. Nec ab eadem rōne discordat qd pauloante cōmemoraui apl̄i dictū: Si ꝑoccupatꝰ fuerit hō in aliquo delicto: hinc em̄ qd ꝑoccupatum dicit/ imprudēter lapsuꝫ esse significat: peccatū vō ad scientem ptinere apls iacobus tāq̄ definiēs ait: Sciēti igit bonū facere et nō faciēti/ petm̄ ē illi: Sed siue illa/ siue ista/ siue alia aliqua differētia sit peccati et delicti/ nisi aliqua esset/ nō scriptura ita loqueretur vt diceret: Quō qd pro pctō/ ita et qd ꝓ delicto lex vna est eoꝝ. Indifferēter autē plerūq̄ dicunt: vt et peccatū noīe delicti et delictū nomine peccati appellet. Neq̄ enim cum dicit in baptismo fieri remissio peccatoꝝ/ mētio fit etiā delictoꝝ: et tn̄ vtrūq̄ intelligitur. Sic et dn̄s ait: pro multis effundi sanguinē in remissionē peccatoꝝ. Nūquid qm̄ nō ait/ et delictoꝝ: ideo quisq̄ dicere audebit in sanguine ipsius delictoꝝ non fieri remissionē? Itē qd scriptū est apud apl̄m: Nā iudiciū quidē ex vno in cōdēnationē: gratiā vō ex multis delictis in iustificationē/ quid aliud q̄ noīe delictoꝝ etiā peccata cōprehēsa sunt? In hac quoq̄ ipsa scptura leuitici/ qua cogimur aliquā inter delictuꝫ peccatūq̄ distantiam/ vel inuenire/ vel credere ita legitur/ cum de his ipsis que ꝓ peccatis offerēda iubebant sacrificijs deus loqueretur: Si autem omnis inquit synagoga filioꝝ israel ignorauerit et latuerit verbū ab oculis synagoge/ et fecerit vnum ab omnibꝰ mādatis dn̄i: qd nō fiet et deliquerit/ et cognitū illis fuerit peccatū quod peccauerūt in eo. Ecce vbi dixit/ et deliquerit/ ibi cōtinuo peccatum quod peccauerūt addidit hoc ipsum vtiq̄ qd deliquerunt. Et paulo post. Si autē princeps inquit peccauerit et fecerit vnum ab omnibꝰ p̄ceptis dn̄i dei sui: quod nō fecit nolens/ et deliquerit. Itē in cōsequētibus. Si aūt anima inquit vna peccauerit nolens de pplo terre in eo qd faciat ab oībꝰ p̄ceptis dn̄i qd non fiet et deliquerit et cognitū fuerit ei pctm̄ quod peccauit in ipso. Item alibi. Anima q̄cunq̄ iurauerit distinguēs labijs malefacere aut benefacere scdm̄ omnia q̄cunq̄ distinxerit hō cum iureiurādo/ et latuerit eum et hic cognouerit et peccauerit vnū ex his et cōfessus fuerit peccatū ꝓ quo peccauit aduersus ipm̄: offeret pro eis q̄ deliquit dn̄o ꝓ eo peccato qd peccauit. Et paulopost. Et locutꝰ est dominus ad moysen dicens: Anima si latuerit eū obliuione et peccauerit nolens a sanctis dn̄i: offerat delicti domino arietē sine macula de ouibus precio argenti siclorum sanctoꝝ pro quo deliquit et pro quo peccauit a sanctis restituet/ et quintas adijciet super illud/ et dabit illud sacerdoti: et sacerdos exorabit pro eo in ariete delicti et remittet illi. Sequit adhuc et dicit: Anima queq̄q̄ peccauerit et fecerit vnū ab omnibꝰ p̄ceptis dn̄i que nō oportet fieri et cognouerit et deliquerit et acceperit peccatū suū/ offeret arietem de ouibus precio argēti in delictū ad sacerdotem: exorabitq̄ pro eo sacerdos pro ignorātia eius qua ignorauit: et ipse nō sciuit et remittet illi: Deliqt em̄ delicto delictum añ dn̄m. Et adhuc ita dicit: Et loqu

Marginal notes (left column): Ps. 36. — Gal. 6. a. — B — Ps. 18. — Ps. 68. — Gal. 6. a. — Jaco. 4. d.

Marginal notes (right column): Luce. 3. a. — Math. 26. c. — Roma. 5. c. — Leuit. 4. c. — C — Leuit. 5. b — Leuit. 6. a.

tus est dñs ad moysen dicens: Anima quę/
cunq3 peccauerit despiciēs despexerit prę/
cępta dñi: ⁊ mētitus fuerit quę sunt ad ꝓxi
mum de cōmendatiōe aut de societate/aut
de rapina: aut iniuriā fecerit aliquam ꝓxi/
mo: aut inuenerit ꝑditionē ⁊ mentitus fue/
rit de eo / ⁊ iurauerit iniuste de vno ab om/
nib⁹ q̄cunq3 fecerit hō: ita vt peccet in his/
et erit cū peccauerit ⁊ deliquerit: reddet ra/
pinā quā rapuit/aut iniuriam quā nocuit/
aut cōmendatū qđ depositu3 est apud eū:
aut ꝑditionē quam inuenit ab omni re illi
quā iurauit ꝑ ea iniuste et restituet ipsam:
⁊ quintas ei⁹ adyciet ad illud cuius est/ ipsi
reddet: ⁊ qua die cōuictus fuerit delicti sui/
offeret domino arietem ab ouibus sine ma
cula precio in quo deliquit: et exorabit pro
eo sacerdos ante dñm: ⁊ remittet̃ illi de vno
ab omnibus quę fecit ⁊ deliquit in eo. Pe/
ne ergo in omnibus factis q̄ dicit esse pecca
ta/eadem etiā delicta dicit: Quapropter et
indifferenter ea dici manifestū est mult̃ scri
pturarū locis: ⁊ habere aliq̄d differētię scri/
ptura testatur / quę dicit: Sicut qđ ꝓ pec/
cato/ita et qđ pro delicto.

Leuit.7.c. **Quid sit: Omnē adipem boum et ouiū et caprarū non edetis ⁊c̃.**

Omnē adipē boum (Questio. XXI.
⁊ ouiū ⁊ caprarū nō edetis: ⁊ adeps
morticinoꝝ ⁊ a fera captoru3 fiet in
omne opus/ ⁊ cibo non edetur: Omnis qui
ederit adipem de pecoribus quę auferetis
ab eis hostiā dño/ peribit anima illa de po
pulo suo. Dixerat superi⁹ de adipe: Oīs
adeps dño: et q̄sieramus vtrū omnis oino
pecoris mūdi dūtaxat: nā de immūdis nul
la questio est: ⁊ quid de adipe fieret quē ve/
tuit in escā venire: nunc autē dixit q̄d fieret
de adipe morticini ⁊ a fera capti vt sit ī oīe
opus. Omne opus vtiq3 illud opus cui ta/
le aliq̄d necessariū est. Unde remāsit q̄stio:
quid fieret de adipe ceteroꝝ animaliū quę
immunda sunt ad vescendū. Sed cū dicit:
omnē animā perire de populo suo q̄ ederit
adipe3 eoꝝ pecoꝝ ex q̄bus dño offeret̃ / vi/
detur definisse illum tm̄ adipem de pecori/
bus mundis prohibitum manducari/ex q̄/
bus fit sacrificiū: q̄uis iudęos audierimus
nullū omnino adipē in escam sumere. Sed
quid scriptura voluerit / nō quod illi opina
ti fuerint requirēdū. Deniq3 nō inueniunt
quid recte de adipe faciāt vnde se abstinēt:
⁊ quō eū ꝓijciāt: cū dictū sit: Oīs adeps
dño si nō adipē sacrificioꝝ tm̄ / sed etiā eorū
animaliū de q̄bus nō sacrificatur: q̄uis im/
mundoꝝ hic voluit intelligi.

Quid sibi vult q̄ de sacrificio salutaris iteꝝ admonet: Q̄ō. XXII. Leuit.7.c.

Uid sibi vult q̄ de sacrificijs saluta
ris iterū admonet ⁊ dicit: cū q̄ offert
donū sacrificij salutar̃ sui pectuscu
lum ⁊ brachiū sacerdotib⁹ dare debem⁹: ita
tn̄/vt adeps pectusculi offerat̃ dño cū pēna
iecoris: cū supius loquēs de sacrificijs salu/
taris / pennā iecoris cū adipe vētris ⁊ renū
⁊ lumboꝝ offerri dño p̄cęperit: tacuerit aūt
đ adipe pectusculi? An qđ ibi p̄termisit/hic
cōmemorat? Quare ergo de pēna iecoris ⁊
ibi ⁊ hic? An forte aliquid interest quod su/
perius de sacrificio salutaris pręcepit: hic
autem addidit sui/tanq3 aliud sit salutaris/
aliud salutaris sui.

Quę sit ratio sacrificij pro delicto seu pctō sacerdotis: Q̄ō. XXIII. A Leuit.7.d.

Um sacrificia ꝓ peccatis ꝑus com/
memoret / vitulū dixit offerendū ꝓ
peccato sacerdotis qui fecisset popu
lum peccare: postea etiā narrauit scriptura
quēadmodū ea quę p̄cępit dñs gesta sunt:
ergo ꝓ aaron ⁊ filijs eius dicit̃ oblatus vi/
tulus ꝓ peccato: sed supius de sanguine vi/
tuli cornua tangi p̄cępit altaris incensi: ad
spargendū etiā ex ipso sanguine cōtra velū
sanctū: reliquū vero sāguinē fundendū ad
basim altaris holocaustomatū: postea vō
q̄n sanctificat̃ aaron de aspsione sanguinis
cōtra velū/nihil dictū est: de cornib⁹ autē al
taris dictū est: sed nō additū est incensi: ad/
ditū est aūt / effundēdū sanguinē ad basim
altaris: nō dixit ad bases eius / tāq3 necesse
fuisset illđ altare accipe cui⁹ cornua sangui/
ne tetigisset. Proinde q̄uis ambigue sit po
situm / liberū est tn̄ ita intelligere factu3: vt
factū fuerat ante p̄cęptū de vitulo ꝓ pctō:
vt nō eius altaris cornua tacta intelligam⁹
ad cuius basim fusus est sanguis: sed tacta
cornua altaris incensi: fusu3 autē sanguinē
ad basim altaris sacrificioꝝ supius/q2 gene
raliter p̄cipiebat si sacerdos peccasset ipsu3
sacerdotē vnctū ⁊ ↄsūmatū/quē vult intelli
gi sūmū sacerdotē sacrificia ista offerre: nūc
vero cum sanctificat̃ aaron moyses offert ⁊
ipse accipit pectusculū impositionis qđ an/
tea pręlocut⁹ est sacerdoti esse dandū. Inde
autē puto pectusculum impositiōis dictū:
quia imponebat̃ inde adeps sicut cōmemo
rauit superi⁹ de sacrificio salutaris. Cū ergo B
videat̃ ab aaron cępisse summū sacerdotiū:
quid putamus fuisse moysen: si ergo sacer/
dos nō fuit/quomodo ꝑ illū omnia illa ge/
rebant̃: si autē fuit/quō summū sacerdotiū
ab eius fratre cępisse definimus? q̄q3 etiam

Ps.98. psalmus ille vbi dictū est: Moyses ⁊ aarō
in sacerdotib⁹ eius: auferat dubitationē: q̄
sacerdos fuerit ⁊ moyses: vestē tñ illā sacer/
dotalē/ q̄ magnū cōtinet sacramentū/ aarō
iubet accipere ⁊ successores ei⁹ sūmi sacerdo
tis in exodo/ anteq̄ oino aliqd de sanctifi/
candis ⁊ quodāmodo ordinādis sacerdoti/
bus precipiat: qñ moyse ascēdente in mon/
tem/ iubent nō ascendere sacerdotes: quos
intelligere alios non possumus nisi filios
aarō: nō quia iā erāt/ sed q̄ futuri erāt: hoc
eos iā tunc scriptura appellauit p anticipa
tionē/ sicut sūt pleraq̄ taliū locutionū. Nā
et filius naue/ iesus appellatus est: cū longe
postea hoc nomen ei scriptura narret impo
situ. Ambo ḡ tūc summi sacerdotes erant:
mo yses ⁊ aaron. An potius moyses: aaron
vero sub illo: an ⁊ ipse sūmus ꝑpter vestem
pontificalē/ ille vero ꝑpter excellentius mi/
Exo.4.d. nisteriū. Nam a pncipio ei dicit: Ipse tibi
q̄ ad pplm: tu illi que ad deū. Quē etiā po
test post mortē moysi qs vngebat successo/
rem sūmi sacerdotis/ q̄ succedere nisi defun
cto nō vtiq̄ poterat: An quia iā vnct⁹ erat
inter secūdos sacerdotes? Idē quippe fuit
oleū quo ⁊ sūmus/ ⁊ quo secūdi vngebant:
vestem tñ sumebat ille pontifex/ q̄ ei⁹ sum/
mitas appareret. Et si ita est: vtrū ipse sume/
bat: an eū alius induebat: sicut et post eius
mortē moyses filiū fratris sui. Si ḡ ab alio
vestiebat: nūqd nā poterat a secūdo sūm⁹:
presertim: q̄ talis erat vestis vt eū ab alio
indui necesse fuerit? An sic induebat prius/
vt etiā postea? Nō enī semel indut⁹ nō eam
ponebat: aut cū posuisset/ nō eā resumebat.
Fieri ergo fortasse poterat: vt secūdi vesti/
rent pmū/ obsequēdo/ nō excellēdo. Unde
dum ꝛ bibendū: an ecclesiā dei contēnitis? Et hoc quotidianus loquēdi vsus obtinuit: vt ad ecclesiā ꝓdire / aut ad ecclesiam cōfugere nō dicat̃ / nisi ꝙ ad locū ipsum parietesq3 ꝓdierit vel cōfugerit: quibus ecclesię cōgregatio continet̃. Scriptū est etiam: Et
effundit saguinē qui fraudat mercedē mer- Eccl.34.d.
cēnarij. Mercede sanguinē dixit: qm̄ in ea sustentat̃ vita / q̄ noīe sanguinis appellat̃.
Sed cū dn̄s dicat: Nisi māducaueritis car- Joh.6.f.
nem meā et biberitis meū sanguinē nō habebitis vitam in vobis: quid sibi vult ꝙ a sanguine sacrificiorū / quę ꝓ peccatis offerebant̃ tantopere ppl's prohibet̃: si illis sacrificijs vnū hoc sacrificiū significabatur in quo vera sit remissio peccatorū: a cuius tamen sacrificij sanguine in alimentū sumendo: non solū nemo prohibetur / sed ad bibēdum potius oēs exhortantur qui volūt habere vitā? Querendū igitur quid significet ꝙ homo ꝓhibetur in lege sanguinem manducare: cumq3 deo fundere iubet̃. Nam de animę natura cur ꝑ sanguinē significata sit q̄tum in p̄sentia satis visum est / diximus.

Quid sit turpitudo matris: (Questio. LVIII.

Turpitudinē patris tui / ꝛ turpitudinē matris tuę nō reuelabis: turpitudo em̄ eorum Leuit.18.b.
est. Prohibet cum matre cōcumbere: ibi est enim turpitudo patris et matris. Nā post ea prohibet et nouercę: vbi dicit: Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo enim patris tui est: Ubi exposuit quomodo in matre vtriusq3 sit turpitudo: id est patris et matris: in nouerca autem tm̄ patris.

Quid turpitudo sororis domi aut foris nate: Questio.LIX.

Leuit.18.b. Turpitudinẽ sororis tuę ex pr̃e tuo/ aut ex matre tua q̃ domi ẽ nata/ vel q̃ foris nata ẽ nõ reuelabis: turpitudo eñi ea ẽ est. Quę domi nata ẽ/ intelligitur ex patre: quę foris nata est/ intelligitur ex matre: si forte de priore viro eam mater susceperat/ ⁊ cũ illa in domũ venerat q̃si patri eius nupsit. Quẽ monet scriptura/ ne reuelet turpitudinẽ sororis suę. Hic videt̃ nõ ꝓhibuisse/ ⁊ quasi ꝓtermisisse concubitũ cũ sorore de vtroq; parente nata. Non eñi dixit: turpitudinẽ nõ reuelabis sororis tuę ex patre ⁊ matre/ ſ ex pr̃e/ aut ex matre. Uerũ q̃s non videat etiã illõ esse ꝓhibitũ multo maxime. Si eñi nõ licet sororis turpitudinẽ reuelare ex q̃libet parente natę: q̃to magis ex vtroq;. Quid est autẽ q̃ interposita ꝓhibitione/ concubitus etiã cũ suis neptibus/ siue de filio/ siue de filia sequit̃ ⁊ dicit: Turpitudinẽ filię vxoꝝ patris tui nõ reuelabis? Si eñi hucusq; dixisset/ itelligerem⁹ etiã cũ filia nouercę prohibitũ fuisse concubitũ/ quã ex priore viro nouerca peperisset: nec hui⁹ qui ꝓhibet̃ soror esset/ vel ex patre/ vel ex matre. Cũ vero addidit: q̃ ex eodẽ patre soror tua est/ nõ reuelabis turpitudinez eius: manifestat de sorore factã esse istã ꝓhibitionẽ/ cũ fuerit ex pr̃e et ex nouerca: de qua iam supius dixerat. An ideo iterũ hoc aptius voluit ꝓhibere: q2 supius subobscurum fuit: Sępe eñi hoc facit scriptura.

Quid turpitudo patrui ⁊c̃. Questio.LX.

Leuit.18.b. Turpitudinẽ fratris patris tui nõ reuelabis: ⁊ ad vxorẽ eius nõ introibis. Exposuit q̃d dixerit. turpitudinẽ fratris patris tui.i. patrui tui non reuelabis: hoc est eñi: ad vxorẽ eius nõ introibis. In vxore quippe patrui/ voluit intelligi turpitudinẽ patrui: sicut in vxore patris/ turpitudinẽ patris.

Quid turpitudo vxoris fratris: Questio.LXI.

Leuit.18.c. Turpitudinẽ vxoꝝ fratris tui non reuelabis: turpitudo eñi fratris tui ẽ. Querit̃ vtꝝ h̃ viuo fratre/ an mortuo sit ꝓhibitũ: et non parua q̃stio. Si eñi dixerim⁹ de viui fratris vxore
Exo.20.c. locutã scpturã: vno generali p̃cepto q̃ ꝓhibet̃ hõ ad vxorẽ accedere alienã etiã h̃ vtiq; cõtinetur. Quid est ergo q̃ tam diligenter has ꝑsonas q̃s appellat domesticas proprijs ꝓhibitionib⁹ distinguit a cęteꝝ. Num eñi et qõ ꝓhibet de vxore patris/ h̃ ẽ de nouerca/ viuo patre accipiendũ esset et nõ potius mortuo. Nã viuo patre q̃s non videat multo maxime ꝓhibitũ/ si cuiuslibet hominis vxor aliena ꝓhibita est maculari adulterio? De his personis ergo videtur loqui quę possent non habentes viros in matrimonium cõuenire/ nisi lege ꝓhiberentur: sicut fertur esse cõsuetudo persarũ. Sed rursus: si fratre mortuo intellexerimus prohibitum esse ducere fratris vxorẽ/ occurrit illud qõ excitandi seminis causa/ si ille sine filijs defunctus esset iubet scriptura esse faciendũ: ac ꝑ hoc collata ista ꝓhibitiõe cũ illa iussiõe ne inuicẽ aduersent̃ intelligẽda ẽ exceptio.i. nõ licere cuiq; defuncti fratris ducere vxorẽ/ si defunctos posteros dereliq̃t: aut etiã illud esse ꝓhibitũ ne liceret ducere fratris vxorẽ/ etiã si a fratre viuo ꝑ repudiũ recessisset. Tunc eñi sicut d̃ns dicit: ad duritiã iudęoꝝ moyses ꝑmiserat dari libellũ repudij: ⁊ ꝑ hãc dimissionẽ potuit putari q̃ licite q̃sq; sibi vxorẽ copularet fratꝝ vbi adulteriũ nõ timeret: q̃m repudio discessisset. Matth.19.a.

Quid turpitudo mulieris et filie eius: Questio.LXII.

Turpitudinẽ mulieris ⁊ filię ei⁹ non reuelabis.i. ne putet quisq; licere sibi ducere filiã vxoris suę. Simul eñi mulieris ⁊ filię ei⁹ nõ licet reuelare turpitudinẽ.i. ambab⁹ misceri/ ⁊ matri/ ⁊ filię. Leuit.18.c.

Quomodo nõ licet accedere ad filiam filij: aut filię cõiugis: nec eã ducere: Questio.LXIII.

Filiam filij eius/ ⁊ filiã filię eius non accipies. Etiã neptẽ vxoris de filio vel de filia duci ꝓhibuit. Sup vxorem sororem eius nõ accipies in ęelum. Hic nõ prohibuit supducere/ qõ licebat antiq̃s ꝓpter abundantiã ꝓpagationis: sed sororem sorori noluit superduci: qõ videt̃ fecisse iacob: siue quia nõdũ fuerat lege prohibitum: siue quia supposita alterius fraude deceptus est: et illa magis de placito veniebat quã posterius accępit: sed iniustuz erat priorẽ dimitti/ ne faceret eam męhari. Hoc autẽ qõ ait in ęelũ: vtruz ideo positũ est/ ne sit ęelus inter sorores qui inter illas quę sorores nõ essent contẽdus fuit: an ideo potius ne ꝓpter hoc fiat.i. ne hoc animo fiat vt in ęelũ sororis soror supducatur. Leuit.18.c. Gen.30. Al. ⁊ amore

Quõ nec menstruatã attingere: Questio.LXIIII.

Ad mulierẽ in segregatione immũditię eius nõ accedes reuelare turpitudinem eius.i. ad menstruatã mulierẽ nõ accedes. Segregabatur eñi s̃m legem/ ꝓpter immunditiã. Hoc cũ superius satis sufficiẽter prohibuisset/ quid sibi vult q̃ etiã hic hoc eisdẽ pręcę- Leuit.18.c.

ptis voluit adiūgere? An forte ne in supio/
bus qd dictū est/ figurate accipiendū puta/
retur: etiā hic positū est vbi talia prohibita
sunt que etiā tēpore noui testamenti remo/
ta vmbrarū veterum obseruatione/ sine du
bio custodiēda sunt? Qd videt etiā p pro/
phetam ezechielē significasse: qui inter illa
peccata que nō figurate/ sed manifeste iniq
tatis sunt/ etiā hoc cōmemorat: ad mulierē
mēstruatā si qs accedat: et inter iusticie me/
rita si nō accedat. Qua in re nō natura dā/
natur/ sed ↄcipiēde prolis noxiū ꝓhibet.

Quomō nec cōiugem proximi: (Questio.LXV
Leuit.18.c. Et ad vxorē ꝓximi
tui nō dabis concubitū seminis tui
inquinari ad eā. Ecce vbi rursus ꝓ/
hibet adulteriū: qd cū aliena vxore cōmitti/
Exo.20.c. tur: qd etiā in decalogo prohibet. Vn̄ appa
ret illa ita prohibita vt etiā mortuis viris
suis nō ducant vxores: quarū prohibet tur
pitudinem reuelare.

Quō vetet idolatria: Qō.LXVI.
Leuit.18.c. Et a semine tuo nō dabis seruire prin
cipi. Hic nō video qd intelligat: nisi
principi qui pro deo colitur. Nō em̄
ait δουλευιν/ sed λατρευιν in greco: qd lati/
nus nō solet interꝑtari/ nisi vt dicat seruire.
Plurimū aūt distat: Nā seruire hoibꝰ q ser/
ui seruiūt qd non est λατρευιν/ sed δουλευιν
scriptura nō prohibet: seruire aūt sm id qd
est λατρευιν non iubet hominibus nisi vni
Deut.6.d. vero deo: sicut scriptū est: Dn̄m deū tuum
adorabis et illi soli seruies. Non solū autem
hoc vbo qd ait λατρευιν/ satis significat quē
principē dicat. i. cui cultus tanq̄ deo exhi/
beat: verū etiā eo q adiūgit: Et nō ꝓphana/
bis nomen sanctū/ siue dei: cui populo da/
tur illo modo seruire principi. Siue nomen
sanctū ipsius populi israel: ꝓpter qd dicit:
Sancti estote qm̄ ego sanctꝰ sum. Opportu/
nissime etiā hic adiungit: Ego dn̄s/ h vtiq
admonens: qr illi soli debet λατρεια: id est
seruitus/ qua seruit deo.

Quomō terra dicat exhorrere: (Questio.LXVII.
Leuit.18.d. Quod dicit: Et
exhorrebit terra eos q insident sup
eā/ ꝓpter mala facta eorū/ q supius
cōmemorauit: nō ideo dictū putandū est q
habeat terra sensū quo ista sentiat et exhor/
reat: sed noie terre hoies significat qui sunt
sup terrā. Proinde cū hec mala faciunt ho/
mines/ inquināt terrā: quia inqnant hoies
q hec imitant: et exhorret terra: qr exhorrent
homines q nec faciunt nec imitantur.

Quō dictū sit: Nō mentiemini:
neq calumniam faciet vnusquisq
proximo suo: Questio.LXVIII.
Non furtū facietis: neq mentiemini: Leuit.19.c.
neq calūniā faciet vnusqsq ꝓximo
suo. Illud de furto positū ē in deca/ Exo.20.
logo. Qd autē dicit: neq mentiemini: neq
calumniā faciet vnusquisq ꝓximo: mirū si
nō eo pcepto cōtinet qd ibi positū est: neq
falsum testimoniū dices aduersus ꝓximum
tuū: qm̄ neq calūnia sine mēdacio fieri po/
test qd falsi testimonij generalitate ↄcludi/
tur. Sed vtrū hec aliq cōpensatione admit
tenda sint/ magna questio est: sicut de men/
dacio pene omnibꝰ videt/ q vbi nemo ledi/
tur/ pro salute mentiēdū est. Vtrū ergo ita
et de furto: an furtū fieri pōt vbi nullus le/
ditur? Quinimmo fieri pōt etiā qn ei cui fit
consulit: tanq̄ si quisq hominū volenti se
occidere/ gladiū furet. Nam calūnia nescio
vtrū cuiq ad eius vtilitatē fieri possit: nisi
forte qd ad maiꝰ gaudiū fiebat quo postea
fruerent: qd ioseph de cypho calūniabatur Gen.44.
fratribꝰ suis: qbus etiā exploratiōis falsū
crimen intenderat: Qq̄ si definitionibꝰ ita
determinare tēptemꝰ/ fortasse furtū nō ē ni/
si qn alieno occulte ablato ꝓximꝰ ledit: et ca/
lūnia nō est/ nisi qn falsi criminis obiectio/
ne proximꝰ ledit: mendaciū autē nō possu/
mus dicere tūc tm̄modo esse/ qn proximus
leditur: Cū em̄ falsum ab sciente dicit/ pro/
culdubio mēdaciū est: siue illo qsq/ siue ne/
mo ledat. Proinde magna questio de men
dacio: vtrū possit aliqn iustū esse mēdaciū/
facile solueret fortasse si sola pcepta intuere
mur nō exempla. Nā quid isto pcepto abso
lutius: Nō mētiemini? Sic em̄ dictū est: quō/
Nō facies tibi idolū: qd factū nō pōt aliqn
iustū esse: et quō dictū est/ Nō mechaberis:
Quis autē dicat aliqn mechiā iustam esse
posse? Et/ Non furaberis: scdm definitionē
illam furti/ iustū esse furtū nūq potest. Et/
Nō occides: Qm̄ cū hō iuste occidit: lex eū
occidit/ non tu: nunqd ita dici potest cū hō
iuste mentit: lex mentitur? Sed exempla fa
ciunt difficillimā questionē. Mentite sunt Exo.1.d.
obstetrices egyptie: et bona illis deus retri
buit. Mentita est raab pro exploratoribus Josue.2.
terre: et ideo liberata est. An ex quo dictū est
in lege: Nō mentiemini: ex illo intelligēdū
est: nec in tali causa licere mēdaciū/ in qua/
li causa legit raab esse mentita? Sed magis
credibile est: quia iniustum erat mendaciū:
ideo prohibitū: nō quia prohibitū/ ideo fa/
ctum iniustū. Fortassis ergo sicut de obste/
tricibus diximꝰ/ non hoc in eis remuneratū
q mentite sūt: sed q infantes hebreos libe/
rauerūt: vt propter hanc misericordiā illud

peccatū veniale sit factū: non tamen existimetur nō fuisse peccatū. Sic etiam de raab intelligēdū est/remuneratam in illa liberatione exploratorū: vt propter eandē liberationem venia sit data mendacio. Ubi autē venia daf/manifestū ē esse petm. Sed illud cauēdū ē: ne ita qsq existimet etiā de ceterl pctis/si ppter liberatiōes hoim fiāt/ita veniā posse cōcedi. Multa eñ mala intolerabilia τ nimiū detestāda istū sequūf errorē.

Quomō: Nō nocebis proximo:

Leuit.19.c. Non nocebis pxi (Questio.LXIX. n mo. Si quid sit nocere τ non nocere pateret hoibus/hoc generale precē ptum ad innocentiā retinendā fortasse suffi ceret. Omnia eñ quę prohibenf cōmitti in proximū/ad hoc vnū referenda sunt qđ dictum est: Non nocebis proximo. Nā qđ sequif: Nō rapies: nisi ad hoc referaf/ne rapiendo noceaf/aliqñ euenit vt nō rapiēdo quisq noceat. Nam gladius insanienti rapiendus est: etsi nō fecerit quis vt oportuerit magis nocuerit.

Quomō addaf: Non vindicatur manus tua: Questio.LXX.

Leuit.19. Quid est quod cū supra dixisset: Nō q odio habebis fratrē tuum in animo tuo: arguendo argues pximū tuū: τ nō accipies ppter istū peccatū: cōsequenter adiūxit: τ non vindicaf manus tua: vtrū p eo qđ est/nō punif: Animo eñ bono facies cui disciplinā peccati pximo imponis/ne accipias peccatū ei⁹ negligendo. Ad hoc eñ ptinet qđ añ posuit: Nō odio habebis proximū tuū in animo tuo. Uideri eñ pōt ei qui arguif q oderis eū/cū nō sit in animo tuo. An nō vindicaf man⁹ tua/hoc potius admonet ne queras vindicari manuz tuā: nec vlciscēdi libidine rapiaris? Nā qđ est aliud vindicari velle/nisi lętari τ ꝯsolari de alieno malo? Et idō dictū est: Nō irasceris filius populi tui. Sic eñ recte ira definita est: q sit vlciscendi libido. Quidam vero codices habent: nec vindicabif man⁹ tua: id est ne arguēdo vindicare te velis/sed potius cōsulere illi quē arguis.

Quid illud: Et incisiones super aiam non facietis in corpore vrō:

Leuit.19. Et incisiones sup (Questio.LXXI. e animā nō facietis in corpore vestro. Super animā dixit sup funus mortui: de anima quippe dolor est q̄ recessit. Ad hūc autē dolorē ptinet luctus: in quo luctu nōnulle gentes habent cōsuetudinē secare seu incidere corpora sua. Hoc autē fieri a iudeis deus prohibet.

Quō illud accipiendum: Ita vt fornicenf principes de pplo suo:

Ita vt fornicenf (Questio.LXXII Leuit.19. i principes de pplo suo. Non de pplo suo principes/sed de pplo suo fornicentur. Eos qppe principes vult hic intelligi/q p diis colebanf: sicut apl's dicit: Scdm̄ Eph.2.a. pncipē potestatl aeris: Et in euāgelio dñs: Nunc princeps huius mūdi missus est foras: Et/ Ecce venit pnceps mūdi hui⁹ et in Joh.12.c. Joh.14.d. me nihil inueniet.

Quō illud: Hō quicūq adulterauerit vxorē viri τc. accipiēdū sit:

Homo quicūq (Questio.LXXIII. Leuit.20. b adulterauerit vxorē viri: aut qcūq adulterauerit vxorē pximi sui/morte morianf: pluraliter dixit: morte morianf: hē q adulterauerit τ q̄ adulterata ē: hic aliqđ distare voluit inter quēlibet virū τ pximū/q̄uis mult locis pximū p ol hoie ponat. Sed q̄ ē ista locutio/vt cū iā dixisset de viro/hē idē repetierit de pximo: cū sit cōsequēs/vt multo magl ab vxore pximi abstinendū ē: si ab vxore cuiuslibet viri abstinēdū ē: Nā si pus de pximo dixisset/ne putaref vxorē licere adulterare/nō pximi addēdū fuit/ē de qlibet viro. Nūc vo si qđ min⁹ est/nō licet: quāto min⁹ licet qđ mai⁹ malū est: Nā si nō licet adulterare vxorez cuiuslibet viri: q̄nto magl pximi. An forte ista repetitio tāq exponit qđ pus dictū sit: vt idō intelligat hō q̄ntū malū sit adulterare vxorem viri: qz si hē fecerit/vxorē pximi adulterat: Proxim⁹ ē eñ ols hō homini.

Quō illud: Mulier q̄ accesserit ad omne pecus ascendi ab eo τc.

Et mulier q̄ accesse (Qō.LXXIIII. Leuit.20. e rit ad omne pecus ascendi ab eo: interficietis mulierem τ pecus: morte morianf: rei sūt. Querif quō sit reū pec⁹ cū sit irrōnale/nec vllo mō legl capax. An quēadmodū trāsferunf verba mō locutionis q̄ grece appellaf metaphora/ab aiali ad inanimale: sicut dr improb⁹ estus: vl iratū mare: ita τ hic trāslatū est a rationali ad irrōnale? Nā pecora inde credendū est iussa interfici: qz tali flagitio cōtaminata indignā refricāt facti memoriam.

Quid significet videre/ cū dicif: Qui viderit turpitudinem sororis sue: Questio.LXXV. Leuit.20.

q Uicūq accepit sororē suā ex patre suo/aut ex mře sua: τ viderit turpitudinē ei⁹ improperiū ē: exterminabūf i ꝯspectu generl sui. Turpitudinē sororis suę reuelauit: pctm̄ suū accipient. Quid ait in hoc lo

co/viderit:nisi ꝯcūbendo cognouerit: sicut in lege dicit̃:cognouit vxorē suā/pro eo qḋ est:mixtus est ei. Et quid ait peccatū suum accipiet: cū de pena eoꝝ loquereẗ:nisi qꝛ et ipsam penā pcti pctīn voluit appellare?

Quo gradu cognationis probibeatur cognata: Questio.LXXVI.

Leuit.20. Quicūqꝫ dormierit cum cognata sua turpitudinē cognationis sue reuelauit:sine filijs morient̃. Querit̃ quousqꝫ sit intelligenda ista cognatio/cū ex longo gradu liceat vtiqꝫ accipere vxorē sempqꝫ licuerit. Sed intelligendū est ex his gradibus quos ꝓhibuit nō licere: ꝛ ſm ipsos dictum: quicūqꝫ dormierit cū cognata sua: vbi et aliqua nō cōmemorata intelligēda dimisit:sicut sororē de vtroqꝫ parente:sicut vxorem fratris matris.i.auunculi. Nā de vxore patrui primū prohibuit: quis hec nō cognatio/sed affinitas ꝓhibetur. Sꝫ quid est: sine filijs morient̃: cū filij ex huiusmodi cōiunctioib⁹ et ante nati sint:hodieqꝫ nascant̃? An hoc intelligendū est lege dei constitutū:vt quicūqꝫ ex eis nati fuerint nō deputentur filij.i. nullo parentib⁹ iure succedat? Et non execrabiles facietis ꝛ aīas in pecoribus ꝛ in volucrib⁹ ꝛ in omnib⁹ serpentib⁹ terre/q̄ ego segregaui vobis in immūditiā. Videt̃ hic significare nō hec natura immūda esse/sed aliquo sacramenti signo: quandoqḋem dicit:q̄ ego segregaui vobis in immunditiam: tanqꝫ immunda eis nō essent/ si eis segregata nō essent.

Uter obrui ꝑcipiatur:an ventriloquus tm̄:an et mulier habens eū: (Questio.LXXVII.

Leuit.20.b. Et vir/aut mulier si forte fuerit illi vētriloqu⁹/ aut incantator morte moriant̃ ambo:lapidibus lapidabitis eos:rei sunt. Utrū vir ꝛ mulier/ an vir ꝛ ventriloquus:aut mulier ꝛ ventriloquus siue incantator: Sed h magis ꝛ qui habet ꝛ que habet.

Quomō mutato numero dicat̃: Mulierē fornicariā nō accipient: quia sanctus ē: Questio.LXXVIII.

Leuit.21.b. Mulierē fornicariā ꝛ ꝓphanā nō accipiēt:ꝛ mulierē eiectā a viro suo:qm̄ sanct⁹ est dño deo suo. Supius non accipient dixerat: nūc autē qm̄ sanct⁹ ē/nō qm̄ sancti sunt de plurib⁹q̄ vno sunt tpe sacerdotib⁹loquebat̃/sed de vnoqꝫ eoꝝ dixit: qm̄ sanct⁹ est:locutione q̄ solet vti scriptura. Nā vnū illū sūmū postea cōmemorat q̄ intrabat scā scōꝝ. Nā ꝛ pluraliter cōclusit dicens: Et sanctificabis eū:dona dñi dei vri iste offeret:sanct⁹est:qm̄ sanct⁹:ꝛ ego dñs q̄ sanctifico eos. Quātū aūt ptinet ad dona: qm̄ dixit dona dñi dei vestri ipse offeret:nō solū sūmus ille offerebat/sed etiā scd̄i sacerdotes: Ac ꝑ h qḋ ait:mulierē fornicariaꝫ ꝛ ꝓphanā ꝛ eiectam a viro suo nō accipiet: hoc ꝛ scd̄i sacerdotes ꝓhibiti sunt: Nā et de summo postea dicit/qui etiā nō nisi virginem accipere iussus est.

Quis sacerdos magnus a fratribus suis: Questio.LXXIX.

Leuit.21.b. Et sacerdos magn⁹ eoꝝ fratrib⁹ suis .i.q̄ inter fratres suos magn⁹ est:ille scꝫ vn⁹ magn⁹ sacerdos cui fusuꝫ est super caput ex oleo christo. Ipsum oleū appellat scriptura christum.

Que cōsummatus induere vestimenta dicat̃: Questio.LXXX.

Leuit.21.b. Et cōsūmat⁹ man⁹ induere vestimenta:illa vtiqꝫ que in veste sacerdotali operosissime describunt̃.

Quid sit:Caput n̄ reteget cidari: Questio.LXXXI.

Leuit.21.b. Caput nō reteget cidari:ꝛ vestimenta sua non scindet:ꝛ sup oēm animā mortuā nō introibit. Intelligit̃ ea q̄ sup dixit in luctu facere cū ꝓhibitū.i.caput nudare cidari ꝛ vestimēta scindere. Uestimēta eñ scindere lugētiū erat antiquoꝝ:sicut de iob scriptū ē: Job.1.d. cū ei filij ei⁹ruina nūciarent̃ oppressi. Nudare autē caput cidari ꝓpterea lugētis esse potuit: qꝛ detractio ē ornamēti. Qḋ vero ait: Sup oēm aīam mortuā nō itroibit:quō dicat animā mortuā corpus mortuū/difficile est intelligere:et tñ scripturarum est vsitata locutio/ q̄ nobis inusitatissima est. Nomē ꝗ rectricis sue etiā corpus accipit aīa destitutū:qm̄ reddendū illi ē in resurrectione:sicut edificiū qḋ appellat̃ ecclesia etiā cū inde ecclesia exiret q̄ hoies sunt / nihilominꝰ ecclia dr. Sed cū corpus nō accipiat aīe nomē in hoie viuēte:quō tunc vocet̃ aīa cū caruerit aīa/mirū est. Porro si animā mortuā intellexerim⁹ a corpore separatā:vt ipsā separationē mortē dixisse videat̃.i.vt aīa mortua sit direpta a corpore:non natura sua ꝑdita. Non eñ et cū dicimus mortui pctō/natura dicimur interisse/ꝗ ꝗ iā peccato nō vtimur: vt sic intelligat̃ aīa mortua/ id est corpore mortua/ꝗ vti eo desierit cū i sua natura viuat:quō potest quisꝗ intrare super animā mortuā qḋ sacerdos iste ꝓhibet̃:cū q̄squis intrat super mortuū corpus intret nō super animā que discessit a corpore. An ipsam vitam tēporalē anime vocabulo appellauit:q̄ vtiqꝫ mortua ē in defuncto corpore/ anima illa emigrante que mori non potest? Nō ꝗ

ipsa vita anima fuerit:sed q per anime pre/
sentiã q̃ subsistebat/nomen eius acceperit:
sicut distinximus cũ de sanguine loquere/
mur quid dictũ sit anima:Omis carnis san
guis eius est. Est eñ ꝛ ipse sanguis mortuꝰ
in corpore mortui: nõ eñ cũ abscedente ani
ma abscessit. Uetuit ergo scriptura summũ
sacerdotẽ etiã super patris vel matris funꝰ
intrare:qd secundũ nõ prohibuit. Sequit
enim:Super patrem suum ꝛ super matrem
suam nõ inquinabit. Ordo est autẽ verbo/
rum:Super patrem suũ nõ inquinabit:nec
super matrem suam.

Quõ dicatur:Et de sanctis non exibit: Questio.LXXXII.

Leuit.21. Et de sanctis non exibit:Eo procul/
dubio tẽpore quo suoꝝ funera cele/
brantur:sicut eis septẽ diebus qui/
bus sanctificabat de sanctis est exire ꝓhibi
tus:nõ aũt semper. Sane si vxores ducere:
vel filios gignere nõ vetabant summi tunc
2.Retract. ca.55. sacerdotes:magna oritur q̃stio: cũ lex etiaz
coniugali concubitu immundũ hominẽ di/
cat vsq; ad vesperã/etiã cũ abluerit corpus
suũ aqua:et iubeat sũmus sacerdos ꝓpter
incẽsum cõtinuationis bis in die quotidie
intrare intra velum/ vbi erat altare incẽsi:
nec quẽq; immũdũ ad sancta fas esset accę/
dere: quõ id quotidie summꝰ sacerdos im/
plebat: si filios ꝓcreabat: Nam si ęgritudo
illi accidisset:qs loco eius fũgeret? Si quis
inqrat/ rñderi potest: q gratia dei nõ ęgro/
tabat. Nũqd sic etiã de filioꝝ ꝓcreatione
responderi potest: vnde sit consequens vt
aut cõtinens esset/aut diebꝰ aliqbus inter/
mitteretur incensum: aut si illud intermitti
nõ posset/qd nõ nisi p summũ sacerdotẽ ne/
cesse esset imponi/ nõ fieret immũdus coitu
cõiugali/merito p̃cipue sanctificatiõis suę.
Aut si etiã ad ipsuz ptinet/ qd de oibꝰ filijs
aaron in cõsequentibꝰ dicit/vt nullus eorũ
accedat ad sctã:si cui aliqd acciderit immũ/
ditię/ illd ꝓ pctõ restat accipere qd nõnul/
lis diebus non imponebat incensum.

Quomodo super funus patris prohibeatur intrare: Qõ.LXXXIII.

Leuit.21. Quod aũt sup funus patris sui sum/
mus sacerdos ꝓhibet intrare:queri
potest quõ iã esse poterat sũmus sa/
cerdos nõdũ mortuo patre suo:cũ eos pa/
2.Retract. ca.55.d. tribus succedere iubeat: Ideo necesse erat
nõdũ sepulto sũmo sacerdote cõtinuo sub/
stitui sacerdotẽ ꝓpter cõtinuationis incen/
sum:qd p summũ sacerdotẽ quotidie opor/
tebat imponi: q̃q; et illa q̃stio de ęgritudi/
ne summi sacerdotis manet / si moriturum
necesse erat diebꝰ aliqbus ęgrotare:nisi for/
te ꝛ hoc ita soluat/vt dicat nõ solere sũmos
sacerdotes/nisi subito mori nõ p̃cedẽte ęgri
tudine:sicut de ipso aaron scptura testat.

Quomodo dñs sepe dicat:Ego dñs qui sanctifico eum/scz sacerdotem:cum moysi iusserit:Et sanctificabis eum: Questio.LXXXIIII.

Aduertendũ est q̃tiẽs dicit:Ego dñs Leuit.20.21. et alijs ca.sc.
q sanctifico eũ loquẽs de sacerdote
cũ hoc etiã moysi dixerit:Et sctifica/
bis eũ. Quõ ꝙ ꝛ moyses sanctificat/ ꝛ dñs?
Non eñ moyses ꝓ dño/sed moyses visibi/
libus sacramẽtis p ministeriũ suũ. Dñs aũt
inuisibili gr̃a p spũmsanctũ vbi est totꝰ fructꝰ
etiã visibiliũ sacramẽtoꝝ. Nã sine ista san/
ctificatiõe inuisibilis gr̃ę visibilia sacramẽ/
ta qd ꝓsunt? Merito autẽ querit: vtrũ etiã
ista inuisibilis sanctificatio sine visibilibus
sacramentis qbus visibiliter hõ sanctificat
pariter nihil prosit: Qd vtiq; absurdũ est.
Tolerabilius eñ qsq; dixerit sine illis istã
nõ esse/q; si fuerit nõ ꝓdesse: cũ i ista sit ois
vtilitas illoꝝ:sz etiã hoc qd sine illis ista eẽ
nõ possit/quõ recte dicat/ intuẽdũ ẽ. Nihil Act.8.f.
qppe ꝓfuit simoni mago visibilis baptismꝰ
cui sctificatio inuisibilis defuit:sz quibꝰ ista
inuisibilis/qm̃ affuit ꝓfuit/etiã visibilia sa
cramẽta pcęperãt similit baptiçati. Nec tñ
moyses q visibiliter sacerdotes sctificabat
vbi fuerit ip̃e ip̃is sacrificijs vel oleo sctifi/
catꝰ ostẽdit: inuisibiliter v̾o sctificatũ nega/
re qs audeat cuiꝰ tãta gr̃a p̃eminebat. Hoc
ꝛ de iohãne baptista dici põt. Prius eñ ba
ptiçator/ q; baptiçatus apparuit. Uñ eum
sctificatũ nequaq; negare possumꝰ:id tñ in
eo factũ visibilit nõ inuenimꝰ añq; ad mini
steriũ baptiçandi veniret. Hoc ꝛ de latrone
illo cui secũ crucifixo dñs ait. Hodie mecũ Luce.23.f.
eris in paradiso. Neq; eñ sine sctificatione 2.Retract. ca.55.e.
inuisibili tãta fęlicitate donatꝰ ẽ. Proinde
colligit inuisibilẽ sctificationẽ qbusdã affu
isse/atq; ꝓfuisse sine visibilibꝰ sacramẽtis/q̃
p tẽpoꝝ diuersitate mutata sũt/vt alia tũc
fuerint/ ꝛ alia mõ sint: visibilẽ v̾o sctificati/
onẽ q̃ fieret p visibilia sacramenta sine ista
inuisibili posse adesse/nõ posse ꝓdesse. Nec
tñ ideo sacramẽtũ visibile ꝯtẽnẽdũ ẽ: Nã cõ/
tẽptor eiꝰ inuisibilit sctificari nullo mõ põt.
Hinc est q cornelius ꝛ q cũ eo erãt cũ iã in/ Act.10.g.
uisibilit infuso sctõ spũ sctificati apparerent
baptiçati sũt tñ:nec supflua iudicata ẽ visi/
bilis sctificatio:quã inuisibilis iã p̃cesserat.

Quõ iubetur sacerdote mundũ esse oportere quicũq; ad sancta accedere voluerit: Questio.LXXXV.

Leuit.22.a. c Et locutus ē dñs ad moysen dicēs: Dic aaron ⁊ filijs eius vt attendāt a sanct' filioꝝ israel: ⁊ nō ꝓphanabūt nomē sanctū meū q̄ ipsi sanctificant mihi. Ego dñs. Et dices illis: In ꝓgenies v̄ras ois hō q̄cūq; accesserit ab omni semine v̄ro ad sctā / q̄cūq; sctificauerint filij israel dño: ⁊ erit imunditia ei⁹ in illo / exterminabit aia illa a me: Ego dñs de⁹ vester. Ablata ē ois dubitatio / neminē sacerdotū vł sūmoꝝ vel secūdoꝝ debuisse accedere ad sctā: si imundicia ei⁹ in ipso esset. Erat ergo cōsequēs cōtinentia sacerdotis: ne ꝓpter filioꝝ ꝓcreationē aliq̄bus dieb⁹ nō iponeret ꝯtinuationis incēsum: qđ a solis sūmis sacerdotibus bis in die solebat imponi mane ⁊ vespere: q̄nquidē post coitū cōiugalē etiā lotus corpore imūdus erat vsq; ad vesperā: a quo id necesse erat imponi. Qđ autē ait: q̄ sanctificant filij israel: intelligendū ē / offerendo sacerdotibus offerēdū p̄ eos dño. Et notādū sctificationis gen⁹: qđ fit voto et deuotiōe offerentis. Sed vtrū sicut isto mō sctificant ea q̄ offerunt ab hoib⁹: ita ⁊ ipsi hoies codē mō seipsos sanctificare dicant: cū in aliq̄ re seipsos vouēt / obseruādū ē in scripturis.

Quid sit immunditia anime: Qō.LXXXVI.

Leuit.22.a. c Et q̄cūq; tetigerit omnē imunditiā anime. i. aliq̄d morticinū: cui⁹ s̄m legē tact⁹ inq̄nauit.

Quomodo q̄s maledicere deū / aut nominare nomen dñi differenter prohibetur: Questio.LXXXVII.

Leuit.24.c. b Homo si maledixerit deū suū / pctm̄ accipiet: nominans autē nomē dñi / morte moriat. Quasi aliud sit maledicere deū suū: aliud noiare nomē dñi: atq; illō illi sit pctm̄ / hoc aūt pctm̄ nefas / vt etiā morte sit dignū. Quis h̄ loco ita intelligēdū sit qđ dictū ē: nomē dñi: vt cū maledicto fiat. i. maledicēdo noiet. Quid ḡ distat int̄ illō pctm̄ / ⁊ h̄ tāti sceleris crimē? An forte h̄ ipsum repetēdo mōstrauit nō leue illud esse pctm̄: sed tm̄ scelus / qđ morte puniēdū sit: Sed quia p̄ distinctionē hoc intulit non dicens: nominās em̄ / sed nominans autē sub obscurū factū ē. Et ideo si h̄ recte intelligit notandū est etiā locutionis genus.

Quomō anima hominis percuti dicat: Questio.LXXXVIII.

Leuit.24.c. c Et hō q̄ ꝑcusserit oēm animā hois et mortu⁹ fuerit: morte moriat. Nō ait: Quicūq; ꝑcusserit hominē ⁊ mortu⁹ fuerit: sed animā hois: cū poti⁹ corpus hois a percussore feriat: sicut ⁊ dñs dicit: Nolite time-

Matth.10.d. re eos q̄ corpus occidūt: Eo more ḡ q̄ solet scr̄ptura appellat aiam vitā ipsā corpis q̄ fit p̄ animā: et hinc voluit oñdere homicidā / q̄ hois animā ꝑcutiat. i. ꝑcutiēdo vita hoiem priuet. Cur ḡ addidit: ⁊ mortu⁹ fuerit si iam hoc ipso oñdit homicidiū q̄ aiam hois ꝑcusserit. i. vita hō a ꝑcutiēte priuat⁹ sit? An exponere voluit quō accipiendū sit: qđ dixerat / hois aiam ꝑcussam: et sic ait: et mortu⁹ fuerit: tanq̄ diceret. i. mortu⁹ fuerit: hoc est enim / animā hominis fuisse ꝑcussam.

Quomodo intelligēdū sit illud: Cū introieritis in terrā quā do vobis: ⁊ req̄euerit ⁊c̄. Qō.LXXXIX.

Leuit.25.a. c Cum introierit' in terrā quā ego do vobis: ⁊ requieuerit t̄ra quā ego do vobis sabbata dñi / sex ānis seminabis agrū tuū: ⁊ sex ānis putabis vineā tuā ⁊ ꝯgregabis fructū ei⁹: āno aūt septimo sabbato req̄es erit terrę sabbata dño. Quō intelligendū ē: cū introieritis in terrā quā do vobis: ⁊ req̄euerit terra / sex ānis seminabis agrum tuū ⁊c̄. Quasi tūc fieri p̄ceptū sit / q̄n terra req̄euerit: cū ꝓpterea t̄ra req̄escat q̄n hoc fit. Requiē em̄ terrę septimo vtiq; āno vult intelligi: q̄ iussit nihil i ea quēq; opari p̄ agriculturā. Sed nimirū lōgū hyp̄baton facit obscuritatē huic sensui. Videt ḡ h̄ esse ordo v̄boꝝ: Cū introierit' in terrā quā ego do vobis: ⁊ requieuerit terra quam ego do vobis / sabbata dñi quę ab se surgūt / agrū tuū nō metes: ⁊ † vineam sctificationis tuę nō vindemiabis: ān⁹ requiescēdi erit terrę. Al. † vuā Et erūt sabbata terrę † sancta tibi: et puero tuo: et puellę tuę: et mercennario tuo: et inq̄lino q̄ applicat⁹ est ad te: et pecorib⁹ tuis: ⁊ bestijs q̄ sunt i terra tua: oē qđ nascet ex eo in escā. Al. † esca Interposuit aūt exponēdo quō terra req̄escat: ⁊ ait: Sex ānis seminabis agrū tuū: ⁊ sex ānis putab† vineā tuā / ⁊ ꝯgregab fructū ei⁹: anno aūt septimo sabbata req̄es erit terrę sabbata dño. Al. † vineam Agrū tuū nō seminabis: ⁊ vineā tuā nō putabis. Et p̄ h̄ qđ ait: Nō putabis / oēm culturā eo āno ꝓhibitā debem⁹ accipere. Neq; em̄ si putanda nō ē: aranda ē / aut adminicul' suspēdēda: vł qđlibet aliud qđ ad culturā ei⁹ ꝑtineat adhibendū. Sed q̄modo solet a parte totū intelligi: ita p̄ putationē ois cultura significata ē. Et p̄ agrū atq; vineā: cū ⁊ illū seminari / ⁊ hanc putari ꝓhibuit / om̄e agri gen⁹ intelligendū est. Neq; enim in olīueto / vel quolibet alterius generis agro aliquid operandū est / de quibus tacuit. Quod vero ait: Et erūt sabbata terrę sancta tibi: ⁊ puero tuo: ⁊ puellę tuę ⁊c̄: satis aperuit nec / dominū agri pro-

bibitū vesci eis / ꝙ nō adhibita cultura illo anno sponte nascant̄ : sed fructus redigere ꝓhibitū. Sic ꝙ ꝑmissus est aliquid inde in escam sumere/ quomodo transiens: vt hoc solum caperet qd̄ statim vescendo consumeret: nō qd̄ in vsus reponeret.

Quomodo illud: Terra nō venundabitur ⁊c̄. Questio.XC.

Leuit.25.d. Et terra nō venūdabit̄ i ꝓphanatione. Alij codices habēt/ i cōfirmatione: quā mendositatē in alterutris prius a greco accidisse arbitror ꝓpter verbi similē sonū: βεβλωσισ em̄ ꝓphanatio ðr: βεβαίωσισ autē ꝯfirmatio. Sed ille sensus aptus est: Et terra nō venūdabit̄ in ꝓphanationē. i. ne qs auderet terrā quā accepit a deo/ vendere ꝓphanis q̄ ea vtunt̄ ad impietatē/ cultūqꝫ deorꝫ alienorꝫ atqꝫ falsorꝫ. Illud autē subobscurū est: nō venūdabit̄ terra in ꝯfirmationē. Qd̄ puto nō itelligēdū: nisi ne ita venditio ꝯfirmet̄/ vt eā nō recipiat venditor tp̄e remissionis: sicut ꝓceptū ē. Qd̄ vero sequit̄ vtriqꝫ sensui pōt ꝯgruere: siue legat̄: ⁊ terra nō venundabit̄ in ꝓphanationē/ siue in ꝯfirmationē. Secutus qppe adiunxit. Mea enim est terra: ꝓpter qd̄ proselyti ⁊ incole vos estis ante me.

Quō illud: Mercedē dabis tre: Qō.XCI.

Leuit.25. Et per oēm terrā possessionis vestre mercedē dabitis tre. Alij aūt codices habēt redēptionē dabitis terre. Sensus ꝙ hic est: Nō venūdabit̄ terra in ꝓphanationē. i. illis q̄ ea vtant̄ i iniuriā creator̄: aut in ꝯfirmationē. i. vt eā emptor ꝑpetuo possideat/ nec certo ꝓm dei ꝓceptū interuallo annorꝫ restituat vēditori. Mea est em̄ inqt tra: vsi ꝓm meū ꝓceptū ea vti debebitis. Atqꝫ vt ondderet suā ēe nō ipsorꝫ qd ipsi in ea essent cōsequēter adiunxit dicēs: Propter qd̄ ꝓselyti ⁊ incole vos estis an̄ me: hoc est ꝗuis ꝓselyti. i. aduene sint vob̄ q̄ ex alienigenis adiūgunt̄ gēti vestre vt incole/ nō in terra ꝓpria manētes/ tn̄ etiā vos oēs an̄ me aduene estis ⁊ incole: hoc de⁹ dicit/ siue israelitis ꝗ aliarū gentiū terrā q̄s expulit eis dederit: siue omni homini qui ante deū semꝑ manet: et sicut scri-

Hiere.23.c. ꝑtum est : celū et terrā implet vtiqꝫ ꝑsentia sua: Omnis hō aduena est nascēdo/ ⁊ incola viuēdo: qm̄ cōpellit̄ migrare moriēdo.

Quō quod addit: tanqꝫ inquilini redemptione: Questio.XCII.

Leuit.25. Einde adiūgit ⁊ dicit: Per oēm terrā possessiōis vestre mercedē dabit̄ terre tāqꝫ inqlini/ vl̄ redēptionē. Illud nisi fallor vult intelligi/ qd̄ inde reddebāt qdāmō ꝑ cessatiōes septimorꝫ qrūcūqꝫ annorꝫ/ ⁊ quinqꝫgesimi anni quem vocat remissionis: vt ipsa vacatio terre velut merces habitationis aut redēptio esset ab illo cuius est: hoc est ab eius creatore deo.

Que sit anima dei: Qō.XCIII.

Et ponā tabernaculū meū in vob̄ / ⁊ nō abominabit̄ aīa mea vos. Aīaꝫ suā de⁹ volūtatē suā dicit: Nō em̄ ē aīal habēs corp⁹ ⁊ aīam: neqꝫ suba ei⁹ eiusmodi ē cuiusmodi creatura ei⁹ ꝗ aīa ðr/ quā fecit. Fecit em̄ sicut ꝑ se iā ipse testat̄ dicēs: Leuit.26.b.

Et oē flatū ego feci. Qd̄ cū ð aīa hoīs dicere/ ꝯsequētia manifestāt. Sicut ꝙ cū dic̄ oculos suos ⁊ labia sua ⁊c̄. vocabulo mēbrorū corꝑaliū: nō vtiqꝫ accipim⁹ eū forma corꝑis esse definitū/ sꝫ illa oīa mēbrorꝫ noīa nō intelligim⁹/ nisi effect⁹ oꝑationū atqꝫ ꝟtutū: ita ⁊ cū dicit: Aīa mea/ volūtatē ei⁹ debem⁹ accipe. Perfecte qppe simplex illa natura ꝗ de⁹ ðr/ nō cōstat ex corꝑe ⁊ spū: nec ipō spū mutabilis est sicut aīa/ sꝫ spūs est de⁹ ⁊ sp ⁊ idē ipse apud quē non est cōmutatio. Hinc aūt acceꝑerūt apollinariste occasionē / q̄ dicunt aīam nō habuisse mediatorē dei ⁊ hominū/ hoiēꝫ christū iesū/ sꝫ tm̄ ꝟbū ⁊ carnē fuisse: cū diceret: Tristis ē aīa mea vsqꝫ ad mortē: ꝰ ipō ei⁹ actu q̄ nob̄ ꝑ euāgelicā declarat̄ historiam/ sic appareēt humane anime officia vt hinc dubitare demētis sit. Esaie.57.d. Al. transmutatio Matth.26.d.

Quō ðr/ ꝗ transgressores legis gladius consumet: ⁊ ꝗ erūt in terra inimicorꝫ suorꝫ: Questio.XCIIII.

Uid est ꝗ cū inobediētie penas cōminaret̄ de⁹/ dixit int̄ cetera: Et ꝯsumet vos ꝑambulās gladius. Deinde ait: Et erit terra vr̄a deserta et ciuitates vestre erūt deserte: tūc bn̄ sentiet terra sabbata sua: oēs dies desolationis sue: et vos eritis in terra inimicorꝫ vestrorꝫ. Quō ꝙ cōsumet eos gladius/ si erūt in terra inimicorꝫ suorꝫ? An in ipā terra consumet : qm̄ strage mortuorꝫ facta nō erūt ibi? An ꝯsumet vos/ sic ait: ac si diceret/ interficiet vos: vt ad istā cōsumptionē illi ꝑtineāt q̄ gladio cadāt/ nō oēs : qn̄qdē paulopost dic̄ : Et eis q̄ residui sūt ex vobis suꝑducā formidinē in cor eorꝫ. An scd̄m hyꝑbolen dictū est : ꝯsumet vos: scd̄m quē loquēdi modū de abūdātia eorū dictū ē: Et sic arena mar̄. Scd̄m istū modū etiam ðr qd̄ deinde sequit̄: Et ꝑsequet̄ eos son⁹ folij volantis. i. qr nimius in eis timor erit/ vt et leuissima queqꝫ formidēt. Leuit.26.a.

Sancti augustini hipponēsis epi/ Questionū liber tertius suꝑ Leuiticū explicit.

Questionū super Numeros annotatio

Quarti libri questionū sup numeros/ sancti augustini recollecta annotatio.

1 Quō a numeris appellent̄ pncipatus.
2 Quid mysterij habeat numer⁹ ille qnarius sm ppinquitates/populum/domos/numerū ⁊ caput.
3 Quis sit alienigena quē vetat accedere tabernaculū dū erigit̄/ aut leuat̄.
4 An ibidem vigilię/an custodię rectius dicantur.
5 Quomō ex contactu tabernaculi dñs mortē minetur:cū in leuitico salutem promiserit.
6 Quō primogenita dicant̄ dei.
7 Quomodo panes dicant̄ semper esse super mensam.
8 Quō sequentia intelligi debent.
9 Quę pctā redimi pecunia iubeant̄.
10 Quomodo differēter hic ⁊ in exodo iubeatur restitutio.
11 Qualiter accipienda sint verba/q̄ scriptura dič mulieri a sacerdote dicēda.
12 Quid sit agnū offerri in peccatū.
13 Quid illud:hoc est de leuitis.
14 Quō hyperbaton verboꝝ ordinandū.
15 Quō imundi sub pascha sint piandi.
16 Quō cętera sane difficilia exponant̄.
17 Cur pręcipiat tuba canere.
18 An dicendū sit:Auferā de spiritu tuo: an dūtaxat de spiritu q̄ est in te.
19 Quo animo moyses dixerit:Nunquid oues ⁊ boues occidentur et sufficient illis ⁊c.
20 An uxor illa moysi sit filia iethro.
21 Quō illud:Videbitis populū si fortis est/an infirmus:exponatur per illud: Si pauci an multi.
22 Quid sit pauor terrę.
23 Quō intelligātur verba caleb et iosue: Abscessit tempus ab eis:domin⁹ autem in nobis.
24 Quę sint peccata nolentiū.
25 Quę peccata in manu superbię.
26 Quid illud:Oculos hoim abscidisses.
27 Quō moyses ⁊ aarō iubent̄ abscedere.
28 An in visione/an in hiatu dictū sit.
29 Qui dicantur inferi.
30 Cur dominus dicat̄ ad moysen et eleazarum: et nō ad moysen ⁊ aaron sicut solet/locutus.
31 Quę dicant̄ peccata sanctoꝝ.
32 Quę primogenita offerri p̄cipiant̄.
33 Quomodo in his quę de iuuenca rufa dicuntur/noui testamenti signū prefiguratum sit.
34 Quid vulneratū ⁊ mortuū dicat̄.
35 Quid aqua de petra educta.
36 Quō dicat̄ aqua cōtradictionis.
37 Quomō intelligendū sit qđ moyses dicit ad regē edom:Neq3 bibem⁹ aquā de lacu tuo.
38 Quę sint dextra ⁊ sinistra.
39 Quomodo iam dicatur aqua maledictionis.
40 Quomodo dicatur:Anathemabo de voto.
41 Unde dictū sit anathema.
42 In quo libro dictu3 intelligat̄: Bellū domini moab inflammauit:cum non dicatur.
43 Quomodo dicatur:Hic ē puteus quē dixit dominus ad moysen: cum hoc nusq3 dixisse legatur.
44 Quō possederit israel ciuitates.
45 Qui sint enigmatistę:an poetę?
46 Quomodo moabitę nō omnes in conditionē seon regis amorręoꝝ venisse probentur.
47 Quomodo dicitur: Et diuinatiōes in manibus eorum.
48 In quo balaam peccauerit.
49 Quomodo iratus dicatur deus.
50 Quomodo intelligenda quę de asina narrantur.
51 Quomodo spiritus dei factus dicatur super balaam.
52 Quid sit ostentare dño duces cōtra solem:⁊ qđ grecus illic habeat.
53 Q3 eadem sit causa mortis moysi et aaron.
54 Quō iosue qui habere spiritū in seipso dicit̄/iubet̄ moyses man⁹ imponere.
55 Quid:Et dabis de gloria tua sup eū.
56 De qua iuratione intelligendum sit quod dicit̄: Homo quicunq3 vouerit aut iurauerit ⁊c.
57 De voto mulieris cōiugatę.
58 Quomodo dicatur: Et domin⁹ emundabit eam.
59 Quomodo cōsentiente viro votū uxoris teneat.
60 Quid sit:Cum virtute eoꝝ ⁊c.
61 Quo tempore balaam interemptus putetur.
62 Quomodo virtutē deprędati dicant̄.
63 Ubi balaam consilium malignum dederit.
64 Ubi sint ciuitates refugiorum.
65 Quomodo interfici iubeatur homicida.

Diui aurelij augustini hipponē/sis epi/liber quartus questionum super numeros incipit.

Quomodo a numeris appel/lentur principatus: Questio .i.

Quid ē quod singulos de singulis eligi iubet principes/ eosq; appel/lat χιλιαρχους / q̄s q̄dā latini interpretes tribunos appellauerūt: χιλιαρχοι autē videnť a mille cognominati. Sed cū cōsiliū iethro socer moysi genero suo daret: qđ etiā deus approbauit/ de ordinādo popu/lo sub principib9 / vt nō oēs oim causę moy/sen vltra vires onerarēt: χιλιαρχους ap/pellauit cōstituendos sup millenos hoīes: et εκατονταρχους/sup cētenos/ ab ipis nu/meris q̄bus pręessent: et πεντεκοσιαρχους/ sup q̄ngenos: et δεκαδαρχους ꝯ δεκαρ/χους sup denos: ab ipis numeris q̄b9 pre/essent cognominatos. Nūq̄d nam et hic sic accipiēdi sunt χιλιαρχοι / q̄ singuli essent sup millenos? Non vtiq;. Neq; eñ vniuer/sus oim pplus israel duodecim hoim milia tūc fuerūt. Singulos eñ elegit de singulis tribub9: q̄ duodecim tribus proculdubio nō millenos hoīes/sed multa milia cōtinebāt. Nomē ĝ cōe est cū illis q̄ in exodo appellan/tur χιλιαρχοι / q̄ vnusq̄sq; illoꝝ eēt miliū hoim princeps: istoꝝ autē vnusquisq; mi/lium principes: qm̄ siue a mille/siue a mili/bus/eadē compositio nominis resonat vt appellentur χιλιαρχοι.

Quid mysterij habeat numerus ille q̄narius fm̄ ppinquitates/po/pulum/ domos/numerū et caput: Questio .ii.

Merito querit/ q̄d sibi velit q̄ p oēs trib9 vbi cōputanť per singulas q̄sq; filij israel in ętate mili tari dr: fm̄ ppinq̄tates eoꝝ: fm̄ pplm̄ eoꝝ: fm̄ domos familiarū eoꝝ: fm̄ numerū no/minū eoꝝ: fm̄ caput eoꝝ: ⁊ hęc q̄nq; similiť oīno repetunť/ donec tribus oēs cōpleanť: q̄si aliud sit/fm̄ ppinq̄tates: aliđ fm̄ pplos: aliud fm̄ domos familiaꝝ: aliđ fm̄ numeꝝ noim: aliud fm̄ caput eorū: cū potiꝰ videan tur alijs verbis eadē significare ista noīa. Intentionē autē mouet: q2 tā diligēter per oēs trib9 eadē repetunť / vt non frustra fieri quiuis etiā iudicet si nō intelligat. Nimirū ergo numer9 ipse aliq̄d insinuat sacramēti: vt hoc idē q̄nquies varie repetať. Nam iste numerus sicut in ipsis q̄nq; libris moysi.i. quinarius/in veteri testamēto maxime cō/mendať. Illa vero q̄ deinceps q̄ttuor con/nectunť.i. masculina a viginti ānis ⁊ supra oīs q̄ pcedit in virtute: ⁊ recognitio eoꝝ: q̄/uis ⁊ ipsa p oēs trib9 eodē pro:sus mō repe/tanť/habet necessariā differētiā. Cū eñ age retur de numero vniuersę multitudinis ad vnā tribū ptinētis/ discernēdus erat sexus: ideo positū ē: oīa masculina. Et ne paruuli etiā cōputarenť: adiunctū ē/ a viginti ānis ⁊ supra. Rursus ne imbellis etas senectutis ānumerareť/ additū est: oīs q̄ pcedit in vir/tute. Et oīa cōcludunť vbo eius opis: qđ fi ebat: vt dicať/ recognitio eoꝝ. Recognitio eñ hęc fiebat vt hoim milia cōputarentur. Quinq; igiť illa: ppinq̄tas pplꝰ/domus fa/miliarū/numerꝰ nominū/⁊ caput: ⁊ ista de/inde q̄ttuor/sexus/ętas/virtus/recognitio/ fortasse in ipso numero aliq̄d insinuant. Si eñ hoꝝ duoꝝ numeroꝝ.i. q̄narij ⁊ q̄terna/rij alter multipliceť ex altero.i. vt q̄nqes q̄/terni/aut quater quini ducanť: viginti fiūt. Quo numero etiā adolescentiū ętas illa si/gnificať. Qui numerꝰ cōmemoraťet q̄n in/trať ad terrā pmissiōis: ⁊ dr̄ illa ętas viginti ānoꝝ q̄ nō declinauerit l dextrā aut sinistrā. Ubi mihi videnť significari sancti fideles ex vtroq; testamēto fidē verā tenētes. Nā vetus testamētū q̄nq; libris moysi maxime excellit: et nouū q̄ttuor euangelijs.

Quis sit alienigena quem vetat accedere tabernaculū dum erigit/ aut leuatur: Questio .iii.

Quod ait de taberna culo distinguēdo/leuando/erigēdo: (Questio .iii. Et alienigena q̄ accesserit morietur. Hic alienigena intelligēdus ē etiā ex illis fi lijs isrł/ q̄ nō de illa tribu fuerāt quā taber/naculo seruire pcepit.i. q̄ nō fuerit de tribu leui. Mirū est autē quō abusiue alienigena dicať/ qđ magis alterꝰ generis hoiem signi/ficat.i. allogenes: ⁊ non magis allophylos: qđ significat alterꝰ tribꝰ hominē. Quo no/mine magis vtitur scriptura in aliarū gen/tium nominibus: vt allophyli appellenť/ q̄si aliarū tribuū homines.

An ibidē vigilię/an custodię re/ctius dicantur: Questio .iiii.

Et locutus ē dn̄s ad moysen dicēs: Accipe tribū leui ⁊ cōstitues eos in pspectu aaron sacerdotis ⁊ ministra būt ei: ⁊ custodiēt custodias eiꝰ: ⁊ custodias filioꝝ israel ante tabernaculum testimonij. Quas φυλακας grecꝰ dixit: has nostri in/terpretes alij custodias/alij excubias inter/

Marginal notes: Numeri .i. (beside Q. i); Exo .18.d. (beside "cōsiliū iethro"); Nume .i. et .2. (beside Q. ii); Numeri .3.b. (beside Q. iii); Numeri .3.b. (beside Q. iiii).

pretati sunt. Sed mirū nisi vigilie melius dicant que solēt in castris ternarū horaruz
Matth.14.a. obseruationē habere. Vñ scriptū ē: Quarta autē vigilia noctis venit ad eos ambulans sup mare: hoc est post nonā horā noctis: post tres videlicet vigilias. Et multis locis scripturarū nostri vigilias interpretati sunt: Quas greci φυλακας vocant: Unde nulla dubitatio est/ spacia nocturni tēporis significari. Quod puto ⁊ hic accipiendum. Quō em̄ leuite iubent obseruare custodias aaron: et custodias filiorum israel: id est φυλακας: nisi fortasse dictū est/ ne putarēt ab obseruādis vigilijs: que pprie in castris obseruari solent: propter honorē quo seruiebāt tabernaculo immunes esse debere: cū ⁊ ipsos oporteret ppt opa tabernaculi non minus vicissim obseruare vigilias q̄ obseruarent in alijs circūquaq castris filio⁊ isrł.

Quomō ex cōtactu tabernaculi dn̄s morte minet: cum in leuitico salutem promiserit: Questio.V.

Numeri.3.b. Alienigena q̄ tetigerit moriet: Querendū quō dixerit in leuitico: Qui tetigerit tabernaculū sanctificabit: cū hic dicat: alienigena q̄ tetigerit moriet: volēs intelligi eos q̄ non essent de tribu leui. An forte hic/ tetigerit moriet/ ad obsequiū dixerit seruitutis: qđ a solis leuit̄ deberi tabernaculo p̄cepit: Hoc em̄ loquebat.

Quomō primogenita dicant: dei: Questio.VI.

Numeri.3.b. Quid est q̄ leuitas p primogenitis filiorū israel sibi de9 deputat: vt ita numeratis primogenitis ppłis/ qui plures inuēti sunt q̄ erat numerus leuitarū/ argento redimerent quinq siclis p vno datis. Qđ pro pecoribus nō est factū: cū et pecora leuitarū pro primogenitis pecoruz simul sibi esse voluerit. Quō deinceps primogenita eo⁊ vel peco⁊ eorū ptinebāt ad deū: vbi iussit immūda pmogenita vel humana mutari ouibus: Quō non etiā p eis deinceps primogenitis cōputabant filij leuita⁊? Manebat em̄ in posteris eadē trib9 q̄ posset pro primogenitis posterioꝝ9 cōputari: nisi q: illud iustū fuerit: vt q̄ nascerent de illis qui iam ad portionē dn̄i ptinebāt datam pro pmogenitis qui de egypto exierūt/ iam deus pprios haberet tanq̄ suos de suis: nec possent pro illis iuste cōputari q̄ deinceps primogeniti deo debebantur. De vniuerso quippe pplo ⁊ de vniuersis pecorib9 ppłi data est portio deo p primogenitis: ⁊ hec portio erat leuite et pecora eo⁊. Iaz si qđ genuisset/ dei erat. Nō poterat hoc tanq̄ a pplo dari qđ iam alienum erat: ac p hoc debita deinceps primogenita deo reddi oportebat: nec pro his cōputari posteros leuitarū vel peco⁊ eo⁊.

Quō panes dicant semper esse super mensam: Questio.VII.

Cum p̄ciperet de tollēda mēsa/ iussit cū illa ⁊ panes tolli/ sic dicēs: Et panes q̄ semp sup eā erūt. Nō vtiq isti semp sup eā erūt/ sed similes eo⁊: q: illi auferebant ⁊ recētes quotidie ponebant: dū tñ sine panib9 mensa nō relinqueret. Ideo dixit: qui semp sup eā erūt: hoc est q: semp panes/ non quia illi semp. Numeri.4.a.

Quō sequētia intelligi debeāt: Questio.VIII.

Et sup altare aureum adoperiēt vestimentū hiacynthinū: ⁊ adoperiēt illud operimēto pellicio hiacynthino. Posset ista locutio vi deri quā velut absurdā et nō integrā latini interpretes trāsferre noluerūt: id est sup altare aureū adoperiēt vestimētū hiacynthinū: tanq̄ debuerint dici: ⁊ altare aureū adoperient vestimēto hiacynthino. Nā ⁊ operiēt vestimētū hiacynthinū/ h videt significare qđ ipsuz vestimētū aliunde adoperiret sup altare. Sed mihi videt nō tam gen9 locutionis esse q̄ subobscurus sensus. Hoc quippe intelligi pōt: ⁊ sup altare aureū adoperient vestimentū hiacynthinū: vt ipm vestimentū hiacynthinū alia re operiendū p̄ciperet: qđ vestimentuz iam sup altare esset: ac si breuiter vtrūq complecteret: vt vestimento hiacynthino altare operiendū: ⁊ vestimētū hiacynthinū alia tegmine operiēdum subiunxerit. Deniq vñ cooperiri vellet vestimentuz hiacynthinū/ ostendit cum adiecit: Et adoperiēt illud operimento pellicio hiacynthino. Numeri.4.a.

Que pctā redimi pecunia iubeat: Questio.IX.

Vir aut mulier quicunq fecerit ab oībus peccatis humanis/ ⁊ despiciēs despexerit ⁊ deliquerit/ aīa illa annūciabit pctm̄ qđ peccauit: ⁊ restituet delictū: ⁊ quintas ei9 adijciet sup illud: ⁊ reddet cui deliquit ei. Si aūt nō fuerit homini primus ita vt reddat illi delictū: ipm delictū qđ reddit dn̄o sacerdotis erit: excepto ariete ppitiationis p quē exorabit in illo pro eo. Hic ea pctā intelligēda sunt: quo⁊ in his rebus pperratio est q̄ pecunia restitui possunt. Nō em̄ aliter diceret quō restituēda sunt/ nisi damna pecuniaria fuissent. Iubet em̄ restitui caput et qntas: id est totū illud quicqđ est: ⁊ quintā ei9 partē: excepto ariete q̄ fuerat offerendus in sa Numeri.5.a.

crificiũ ad expiandũ delictũ. Jubet autẽ il/
lud qđ restituit sacerdotꝭ esse: id ẽ ipsum ca
put ꝛ quintã/si nõ est ꝓximus ei in quẽ cõ/
missum ẽ. Ubi vtiqꝫ intelligit tunc dño red
dendũ qđ sit sacerdotis/si hõ iste nõ supsit
q̃ dãnũ passus ẽ: nec ꝓxim⁹ eius/ quẽ puto
heredẽ intelligi voluisse. Sed de ipso hoie
nihil dixit scriptura: Uerũtñ cũ dicit: Si nõ
ei fuerit ꝓximus/ sꝫ hac breuitate insinuat
tũc quęri ꝓximũ ei⁹ si ipse nõ fuerit. Si aũt
nec ꝓximus erit/ dño restituet: ne impunitũ
remaneat qđ admissũ est: Qđ tñ non cedat
in sacrificiũ/sed sit sacerdotis. Sic sane ꝟba
scripturę distinguẽda sunt. Si autẽ nõ fue/
rit homini ꝓximus ita vt reddat illi delictũ
ad ipsũ: Locutiõis ẽ eñ qđ addidit/ad ipm:
aut forte ad ipm dixit: qđ ad ipm ꝑtineat.i.
ipse possideat. Deinde sequit: Delictuꝫ qđ
reddit dño sacerdotꝭ erit. Delictũ autẽ dicit
cũ reddit ea res q̃ ꝑ delictũ ablata est.

Quõ differenter hic ꝛ in exodo iubeatur restitutio: Questio.x.

Exo.22.a. Ueri autẽ põt quõ in exodo dr: Si
q quis furat⁹ fuerit vitulum aut ouẽ: re/
stituere debere qnqꝫ vitulos vꝉ quat/
tuor oues/ si occiderit/ aut vẽdiderit: Si au
tem qđ abstulerit saluũ apđ eũ reperit/du/
Numeri.5.a. plum esse restituendũ: cũ hic restitui iubeat
caput ꝛ quintã: qđ longe est etiaꝫ a duplo:
quãto magis a q̃druplo vel qnq̃es tanto.
Nisi forte: qꝛ hic ait: Uir aut mulier q̃cũqꝫ
fecerit ab oibus pctis humanis pctã igno/
rantię: voluit intelligi humana pctã. Fieri
eñ põt/vt parũ attendẽdo ꝑ negligentiam
traijciat hõ rem alienã in rem suã. Qđ ideo
pctm̃ est: qꝛ si diligenter attenderet/nõ ad/
mitteret. Et hęc voluit capite ꝛ q̃nta resti/
tui: nõ sic furta mulctari. Nã si furta ꝛ frau/
des hic intellexerim⁹ q̃ nõ ꝑ ignorantiã ne/
gligẽtię/ sed furãdi vel fraudãdi animo cõ/
mittunt: ꝛ ideo dicta humana: qꝛ in hoies
fiunt/ille nisi fallor erit exit⁹ q̃stiois hui⁹: vt
ideo q̃ fecit nõ reddat vꝉ duplũ: quia nõ re/
ꝓhendit vel cõuincit/sed ignorantib⁹ a quo
factũ sit: vel vtrũ factũ sit ipse annũciat de/
lictũ suũ. Cum eñ dixisset scriptura: vir aut
mulier q̃cunqꝫ fecerit ab oibus pctis huma
nis: ꝛ despiciẽs despexerit ꝛ deliquerit.i.cõ/
tẽnendo ista cõmiserit: adiunxit ꝛ ait: Ani/
ma illa annũciauit pctm̃ qđ peccauit: ꝛ resti
tuet delictũ caput ꝛ quintas ei⁹: forte ergo
ꝓpterea tñ qꝛ ipse annũciauit: ꝛ ideo nõ eo
dãno plectendus fuit/q̃ furem cõprehen/
sum vel conuictũ plecti oporteret.

Qualiter accipienda sint verba/ quę scriptura dicit mulieri a sacer/dote dicenda: Questio.xi.

Erba q̃ scriptura dicit mulieri a sa/ Numeri.5.c.
v cerdote dicenda: qñ ad suspitionem
adulterij eã marit⁹ adducit: det eam
dñs in maledictũ ꝛ in execramentũ: gręcus
habet εγορκιογ. Quo ꝟbo videt significa/
ri iuramentũ ꝑ execrationeꝫ: velut si quisq̃
dicat: sic nõ mihi illud ꝛ illud cõtingat: vel
certe ita iuret: illud ꝛ illud mihi cõtingat si
fecero vel nõ fecero. Jta hoc dictũ est: det te
dñs in maledictũ ꝛ in execramentũ: tãq̃ di/
ceret/vt de te iurent q̃ per execrationẽ iura/
bunt: sic nõ eis cõtingat: aut hoc eis cõtin/
gat nisi hoc illud de te fecerint.

Quid sit agnũ offerri in pctm̃: Questio.XII.

Numeri.22.d q Uod ait balaā (Questio.XLVIII. iterū ad se missis honoꝛatioꝛib⁹ nūcijs: Si dederit mihi balac plenā domū suā argento τ auro / nō potero p̄uaricare verbū dñi: nec facere illud pusillum vel magnū in mente mea: nullū habet oino pctm: sed qō sequiꝭ nō est sine graui pctō: Jā eñ ꝯstans esse debuit semel audito qō ei dixerat dñs: Nō ibis cū eis: neq; maledices populū: est eñ benedict⁹: nec eis vllā spem dare / q; posset dñs tāq; ipse balaā munerib⁹ et honoꝛibus flexus aduersus ipsm suū / quē bñdictū esse dixerat / suā mutare sentētiā. Sed ibi se victū cupiditate monstrauit: vbi loqui sibi dñm de hac re iter: voluit / de q̄ ei⁹ iā cognouerat voluntatē. Quid eñ opus erat q; sequunꝭ adiūgere: Et nūc sustinete ibi τ vos nocte hac: τ sciā q̄d adijciet dñs loq̄ ad me. Proinde dñs vidēs et⁹ cupiditatē captam deuictamq; munerib⁹ / pmisit eū ire: vt p iumentū q̄ vehebaꝭ eius auariciaȝ coerceret: Hoc ipso ꝯfundēs illā dementiā: q; phibitionē dñi p angelū factā trāsgredi asina nō auderet / quā ille cupiditate trāsgredi conareꝭ: q̄uis eādē cupiditatē timoꝛe supprimeret. Venit eñ de⁹ ad balaā nocte: et ait illi: Si

vocare te venerūt hoīes exurgēs seq̄re eos: sed verbū qđcūq͡ʒ locut⁹ fuero ad te hoc facies. Et exurgēs balaā mane strauit asinā suā: ꝛ abyt cū principibus moab. Cur post istā ꝑmissionē dn̄i iterū nō consuluit: ꝛ post illā ꝓhibitionē iterū ꝯsulendū putauit: nisi q꞉ ei⁹ maligna cupiditas apparebat: q̄uis timore dn̄i premeret? Deniq͡ʒ scriptura sequitur: Et iratus est aīatione deus/ q꞉ ibat ipse: et insurrexit angelus dei: vt non ꝑmitteret eū in via: ꝛ cetera q̄ sequunt͛ donec asina loqueret͛. Nihil hic sane mirabilius videt͛ q̄ꝫ ꝙ loquēte asina territus nō est: sed insuper ei velut talib⁹ mōstris assuetus ita ꝑseuerāte respōdit. Postea illi ꝛ angelus loquebat͛ arguēs ꝛ improbās eius viā: Quo viso cū exterrit⁹ adorauit. Deinde ire ꝑmissus ē dicere/ vt iā ꝑ ip̄m ꝓphetia clarissima ꝓferretur: Nā oīno ꝑmissus nō est dicere qđ volebat: sed qđ virtute sp̄ūs cogebatur. Et ipse quidē reprobus mansit: Nā posterior de illo scā scp̄tura ita locuta est: vt quidā reprehensibiles ꝛ reprobi viā eius secuti dicerē-
2. Petri.2.d. tur: Secuti inquit viam balaam filij beor q̄ mercedē iniquitatis dilexit.

Quomodo iratus dicat͛ deus: (Questio. XLIX.

Numeri.22.d Et angelo q̄ locutus est balaā in via / q̄ viso asina eius ꝓgredi nō ausa ē: scriptura ita loquit͛/ Et iratus est aīatione deus/ q꞉ ibat ipse: et insurrexit angelus dei differre eū in via. Ubi primo notandū est quēadmodū irat⁹ est de⁹: ꝛ insurrexit angelus dei/ nec interposuit iratū deū misisse angelū: ſ͂ tanq̄ꝫ per angelū iratū deū significauit: q̄m veritas ꝛ iusticia dei irasci angelū fecit. Nā insurrexit qđ dictū est/ vtiq͡ʒ cōmotionē intelligēdū est. Deinde qđ ait: Differre eū ī via: qđ grece positū ē διαβαλλειν: hoc ē qđ in consequentibus dicit ipse angelus. Et ecce ego exij in dilationē tuā: vbi grecis habet
Al. τὸ διάβολον τ διαβολλειν. Ubi fortassis accusatio ꝯgruentius intelligit͛: vt hic qđ dictū est differre eū in via/ accusare accipiat͛. Un̄ credit͛ etiā diabolus appellatus: tanq̄ꝫ accusator latine dicēdus sit: nō q꞉ nemo possit etiā bn̄ recteq͡ʒ accusare: ſ͂ q̄m diabolus amat accusare/ vtiq͡ʒ inuidētie stimulis agitatus: q̄le illi in apocalypsi testimoniū ꝑhibet͛. Positū est autē hoc verbū ꝛ in comedia: vn̄ latinū esse nō dubiū est sub eadē significatiōe/ vel certe vicina: vbi de patre irato đr filio:
Terentius in Andria. Rationē sperat inuenisse se qua differat te. Solet autē hic intelligi: differat/ velut hac atq͡ʒ illac ferat tēpestate verbor̄: q̄si discerpat ꝛ dissipet: qđ vtiq͡ʒ ille accusando videbat͛ eē factur⁹. Sꝫ etsi differre eū in via intellexerimus: q꞉ distulit angelus eius festinationē remorādo: vt ei qđ op⁹ erat et demōstraret et diceret / nō absurda ē hui⁹ v̄bi etiā sub ista significatione positio.

Quomodo intelligenda que de asina narrantur: Questio. L.

Et cū vidisset asina angelū dei resistentē in via: ꝛ euaginatū gladiū in manu ei⁹: et declinauit asina de via ꝛ ibat in cāpū. Cāpus iste adhuc extra macerias vinearū fuit. Et ꝑcussit asinā in v̄ga vt corrigeret eā in via. Et stetit angelus dei in sulcis vinearum maceria hinc ꝛ maceria hinc. Merito querit͛ si hinc atq͡ʒ inde macerię in medio ponebant viā: sicut fieri solet: quō ibi stās angelus/ đr stetisse in sulcis vinearū. Neq͡ʒ eñ in via inter macerias potuerūt sulci esse vinearū. Sed ordo verbor̄ ē: vt corrigeret eā in via/ maceria hinc/ et maceria hinc. In hac ḡ via corrigere voluit asinam balaam vt inter macerias ambularet. Interpositū est aūt: ꝛ stetit angelus dei in sulcis vinearū: in vna scilicet vinearū q̄ in medio ponebāt viā. Et cū vidisset asina angelū dei cōpressit se ad parietē. i. ad maceriam illius vtiq͡ʒ vinee in q̄ nō erat angelus: q̄m ab alia pte erat in sulcis vinear̄. Et cōpressit pedē balaā ad parietē: et adiecit adhuc cędere eā: ꝛ apposuit angelus dei/ et adijciens substitit ī loco angusto: iā nō ī sulcis vinearū/ ſ͂ inter ipsas macerias. i. in via in q̄ nō fuit declinare in dexterā neq͡ʒ sinistrā. Et cū vidisset asina angelū dei / cōcidit sub balaā. Cęsa eñ in retro nō ibat ꝛ in partem nō se ꝑmebat: q̄m nō ab altera pte terrebat͛ ſ͂ in media via ī angusto angelus erat: Restat ḡ vt subsisteret. Et iratus est balaam: ꝛ ꝑcutiebat asinā virga. Et aperuit deus os asinę: ꝛ ait ad balaā: Quid feci tibi: q꞉ ꝑcussisti me tertio h̄? Et ait balaaꝫ asinę: Quia illusisti mihi: ꝛ si habuissem gladiū ī manu mea iā trāsfixissem te. Nimirū iste tāta cupiditate ferebat͛: vt nec tāti monstri miraculo terreret͛: ꝛ r̄nderet q̄si ad hoīem loquens: cū de⁹ vtiq͡ʒ nō asinę aīam ī naturā rōnalē vertisset/ ſ͂ qđ illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illi⁹ vesaniā cohibendā: Illō fortasse ꝑfigurans: q꞉ stulta mūdi electur⁹ erat de⁹/ 1. Cor.2.d.
vt ꝯfunderet sapiētes: ꝓ illo spiritali et v̄o israel: hoc est promissionis filijs.

Quō spiritus dei factus dicat͛ super balaam: Questio. LI.

Et factus est sp̄ūs dn̄i sup illū. i. sup balaā. Nō factus est sp̄ūs dei: tanq̄ꝫ factura sit sp̄ūs dei: ſ͂ factus est sup Numeri.23.

Joh.1.d. illū.i.factū ē/ vt sup illū eēt:quō/ Qui post
me venit/añ me factus est id ē : factū est/ vt
añ me esset: vt preponeret mihi: q2 pō2 me
Ps.117. inqt erat. Sicut/ Dñs fact° ē adiutor meus:
Nō em̄ dñs factura ē/sed factū ē vt me ad-
Ps.9. iuuaret. Et/ Fact° ē dñs refugiū pauperū:
id ē factū ē vt ad eū refugerēt paupes . Et/
Ezech.3.f. Facta ē sup me man° dñi.i.factū est/ vt sup
me esset:et multa talia in scptur̄ reperiunt̄.

Quid sit ostētare dño duces cō tra solē: et qd grecus illic habeat:

Nume.25.a. ET dixit dñs ad moysen: (Qō.LII.
Accipe duces ppli:et ostēta eos dño
ꝯ solē:ꝛ auferet̄ ira animationis dñi
ab israel. Iratus ē deus de fornicationib°
israel/ꝛ carnalib°/ꝛ spiritalibus:nā ꝛ filiab°
moab se ipudice miscuerāt/ꝛ idolis fuerant
ꝯsecrati: hoc ad moysen dixit vt ostentaret
dño duces ppli ꝯ solē. In quo verbo intelli-
gitur eos iussos eē crucifigi/ vt hoc sit:osten
ta eos dño ꝯ solē.i.palā in ꝯspectu lucis hu
ius. Nā grecus ait παραδειγματιζον: qd
dici posset exempla:quia παραδειγμα ex-
emplū dicit̄. Nā preter septuaginta inter-
pretes/ aquila phibet̄ dixisse: ꝯfige:vel po-
tius sursum cōfige: qd est αναπηξον. Sym-
machus autē verbo euidentiore:suspende.
Mirū est sane/ ꝙ scriptura narrare destite-
rit/ vtrū hoc fuerit ex pcepto dñi ipletū: qd
ꝯtemni potuisse nō video: aut si ꝯtēptū est/
impune cōtemni. Si autē factū est ꝛ tacitū:
cur ex eo qd phinees filius eleaçar trāsfixit
adulteros/ placatū fuisse dñm/scriptura te-
statur/plagāq3 cessasse:q̄si crucifixis ducib°
sicut pceperat dñs/adhuc indignatio pseue
rans alio mō placanda videret̄:cū pculdu-
bio falsū esse nō posset qd pnūciauerat ꝛ p-
miserat dñs dicens: Accipe duces populi ꝛ
ostenta eos dño cōtra solem:ꝛ auertetur ira
animatiōis dñi ab israel: Quid itaq3 opus
erat vt adhuc phinees ad placandū deū/sic
in adulteros vindicaret / eiq3 testimonium
scriptura perhiberet ꝙ eo modo placauerit
dñm: Nisi forte intelligam° cū illud de du-
cibus ppli moyses qd pcepat dñs iplere dis-
poneret:eū voluisse etiā sm legē talia puni-
re flagitia/ꝛ sacrilegā audaciam: vt iuberet
vnūquēq3 interficere pximū suū dijs alie-
nis nefarie consecratū: atq3 inter cetera etiā
illud phinees faceret: ac sic ira dñi iā placa-
ta nō op° fuisse duces ppli crucifigi. Hec sa-
ne seueritas illi tēpori cōgrua q̄tū malū sit
fornicationis ꝛ idolatrie prudentiū fidei sa-
tis euidenter ostendit.

Cur eadem sit causa mortis moy si et aaron: Questio.LIII.

Nume.27.c. IAm causā mortis moysi dicit dñs
quā etiā fratr̄ ei°. Ambob° em̄ etiā
h añ pdixerat/ꝙ ideo nō intrarēt cū
pplo dei in terrā pmissiōis: q2 nō eū sctifi- Nume.20.b.
cauerūt corā pplo ad aquā ꝯtradictiōis.i.q2
dubitauerūt de dono ei° qd posset aqua de
petra pfluere:sic exposuim° in eo scpture lo
co. Hui° aūt rei mysteriū dat̄ itelligi: q2 nec
sacerdotiū qd prius institutū est: cui° psonā
gerebat aaron: nec ipsa lex cui° psonā gere-
bat moyses introducūt pplm dei in terrā he
reditatis eterne/ s iesus in q typus erat dñi
iesu christi.i.gratia p fidē. Et aaron qdem
ante defunctus ē q̄3 isrl̄ in aliquā partē ter-
re promissionis intraret: moyse adhuc autē
viuēte capta ē terra amorreorū atq3 posses-
sa: sed iordanē cū eis nō est trāsire pmissus.
Ex aliq em̄ parte lex obseruatur in fide chri
stiana. Ibi em̄ sunt etiam pcepta q hodieq3
obseruare iubemur christiani. Sacerdotiū
vero illud ꝛ sacrificia nullā partē tenēt ho-
die fidei christiane / nisi ꝙ in vmbris futu-
rorū acta atq3 trāsacta sunt. Cū vero ambo-
bus fratribus.i.aaron ꝛ moysi dr̄/ vt appo-
nant̄ ad pplm suū: manifestū est nō esse illos
in ira dei/ q separat a pace sancte societatis
eterne. Vñ manifestat̄ nō solum officia/sed
etiam mortes eorū signa fuisse futurorū non
supplicia indignationis dei.

Quō iosue qui habere spiritū in seipso dicitur/iubetur moyses ma nus imponere: Questio.LIIII.

ET locutus ē dñs ad moysen dicēs: Nume.27.d.
Accipe ad teipsū iesū filiū naue/ ho
minē q habet spm̄ in seipso:ꝛ ipone
manus tuas sup eū:ꝛ statues eū in ꝯspectu
eleaçari sacerdot̄: et mādabis ei in ꝯspectu
ōis synagoge ꝛc̄. Notanduz est ꝙ cū iā ha-
beret spm̄ in seipso iesus naue:sicut scptura
testat̄: vbi qd aliud q̄3 spm̄ sctm̄ debem° acci
pere: Nō em̄ de spū hoīs h diceret/ quē nul
lus erat q nō habebat: iussus ē tn̄ moyses ei
man° iponere: ne q̄sq3 hō q̄libet ppollēs gr̄a
sacramētū ꝯsecrationis audeat recusare.

Quid: Et dabis de gloria tua super eum: Questio.LV.

QUid est ꝙ cū de° pciperet moysi de Nume.27.d.
iesu naue/ait int̄ cetera: Et dabis de
gloria tua sup eū. Nā greca locutio-
ne της δοξης habet : qd tātundē valet ac si
diceret: de glīa.i.απο της δοξης: Latini au
tem nōnulli interptati sunt: dabis gloriam
tuā/ nō de gloria tuā. Sed siue illud esset vt
gloriā tuā diceret: nō ideo eā nō habiturus
erat moyses: nec q2 dixit gloria: ideo minu-
tū est qd habebat. Sic em̄ accipiēdū ē/ ac si

diceret:facies eū sociū glorię tuę:nō aūt hu
iusmodi res q̄si pticulariť diuisę minuunť/
sed totę sunt omnibus:totę singulis/q̄ cas
habent societatem.

De qua iuratione intelligendū sit qđ dicať: Homo quicūq₃ vouerit aut iurauerit ꝛc̄. Questio.LVI.

Nume.30.a. Homo q̄cūq₃ vouerit votū dn̄o / aut
b iurauerit iuramētum: aut definierit
definitionē de aīa sua/nō pphana
bit v̄bū suū:oīa q̄cūq₃ exierint de ore eiꝰ fa
ciet. Nō h̄ ad oēm iurationē ptinet/ ſ ad eā
vbi quisq₃ de aīa sua vouerit alicuꝰ vtiq₃
rei abstinentiā/q̄ ei licebat vti p legē/sed p
votū sibiipse efficit nō licere.

De voto mulieris coniugate: Q̄o.LVII.

Nume.30.a. Si autē mulier vouerit
f votum dn̄o aut definierit/definierit
definitionē in domo patris sui in iu
uentute sua:ꝛ audierit pť eiꝰ vota eiꝰ/ꝛ defi
nitiones eiꝰ q̄s definiuit aduersus aīaȝ suā:
ꝛ tacuerit pť eius:ꝛ stabūt oīa vota eiꝰ ꝛ oēs
definitiones eiꝰ q̄s definiuit aduersus aīaȝ
suā manebūt ei. Si autē abnuens abnuerit
pť eiꝰ/q̄cūq₃ die audierit oīa vota eiꝰ ꝛ defi
nitiōes eiꝰ q̄s definiuit aduersus aīam suā/
nō stabūt: ꝛ dn̄s emūdabit eā/q₂ abnuit pť
eius. Quoniāquidē de muliere quę adhuc
in iuuētute sua in domo patr̃ loquiť/meri
to h̄ q̄riť etiā de voto v̄ginitatis: mulieres
q̄ppe etiā v̄gines in scriptura appellari sole
re notissimū ē:ꝛ videť etiā apl̄s de patre lo
1.Cor.7.g. qui cū dicit:Seruet v̄ginē suā:ꝛ dat nuptū
virginē suā:ꝛ cętera h̄ mō/vbi nōnulli intel
lexerūt/v̄ginē suā/ v̄ginitatē suā. Nulla tn̄
hoc simili scripturarū locutione demonstra
uit:cū sit inusitatissima. Q̄d autē ait:aduer
sus animā suā:nec sic accipiēdū ē/q̄si aię no
ceat talibꝰ votis: ſ aduersus animā d₂/ ad
uersus animalē delectationē:sicut etiam de
Nume.29.a. ieiunio p̄cipiēs supius ait: Et affligetis ani
mas vestras.

Quō dicať: Et dominus emundabit eam: Questio.LVIII.

Nume.30.c. Quod aūt ait: Et dn̄s emūdabit eā:
q q₂ abnuit pť eius:emūdabit dixit/a
voti nō ipleti crimine absoluta ē:si
cut in multis locis d₂:ꝛ emūdabit eū sacer
dos.i.mundū habebit:mundum iudicabit:
sicuti est et illō: Mundationē nō mūdabis
reū.i.nō dices mūdū q̄ immūdus est.

Quomodo cōsentiente viro votum vxoris teneat: Q̄ō.LIX.

Nume.30.c. Si autē facta fuerit viro ꝛ vota eius
f super eā sm̄ distinctionē labiorū eiꝰ
quāta definiuit aduersus animā suā:et au
dierit vir eiꝰ ꝛ tacuerit ei q̄cūq₃ die audierit:
ꝛ ista stabunt oīa vota eiꝰ ꝛ definitiones eiꝰ
q̄s definiuit aduersus animā suam stabūt.
Si autē abnuēs abnuerit vir eius in q̄cūq₃
die audierit oīa vota eiꝰ/et definitiones q̄s
definiuit aduersus aīam suā / nō manebūt:
quoniā vir abnuit ab ea : et dn̄s mundabit
eam. Feminā sub patre anteq̄ nubat/ꝛ sub
viro nuptā voluit lex vouere ita aliq̄d deo
aduersus animā suā.i.in aliquarū rerū lici
tarū atq₃ cōcessarū abstinentia/ vt in eisdē
votis feminea nō p̄ualeat auctoritas/ſ vi
rilis. Ita etsi adhuc innuptę iam cōcesserat
pť vota psoluere/si anq̄ psoluerit nupserit
ꝛ viro eiꝰ h̄ cognitū nō placuerit/nō psoluat
ꝛ sit oīno sine pctō:q₂ mūdauit eā sicut dic̄
id est mundā iudicauit:neq₃ hoc ↄ deū fieri
putādū ē:cū ipse deꝰ hoc p̄cępit:h̄ voluerit.
Sequiť autē de viduis vel a viro abiectis:
id est nō sub potestate viri ↄstitutis/aut pa
tris:ꝛ earū vota ad psoluēdū libera eē dicit
hoc mō: Et votū inq̄t viduę expulsęq₃ quę
cūq₃ vouerit aduersus aīam suā / manebūt
ei. Deinde dicit de nupta si in domo viri sui
iā cōstituta aliq̄d tale vouerit. De illa enim
prius dixerat q̄ in domo patris vouerat:et
anteq̄ redderet nupserat. De hac ꝗ̄ q̄ in do
mo mariti vouit ita loq̄ť: Si autē in domo
viri eiꝰ aut definitio q̄ aduersus animā eius
cū iureiurādo:ꝛ audierit vir eiꝰ ꝛ tacuerit ei
ꝛ nō abnuerit ei:ꝛ stabūt oīa vota eiꝰ:ꝛ oēs
definitiones q̄s definiuit aduersus animā
suā:ꝛ stabūt aduersus eā. Si autē circūaufe
rens circūauferat vir eiꝰ q̄cūq₃ die audierit
oīa q̄cūq₃ exierint ex labiis eiꝰ:sm̄ vota eiꝰ ꝛ
sm̄ definitiones q̄ aduersus animā eius nō
manēt ei:vir eiꝰ circūabstulit:ꝛ dn̄s munda
uit eā:omne votū ꝛ omne iusiurādū vincu
li affligere animā:vir eiꝰ statuet ei ꝛ vir eius
circūauferet: si autē tacēs tacuerit ei diē ex
die:ꝛ statuet ei oīa vota eiꝰ ꝛ definitiones q̄
sup ipsam statuet ei:qm̄ tacuit ei die q̄ audi
uit. Si autē circūauferēs circumauferat vir
eius post diez quā audiuit ꝛ accipiet pctm̄
suū. Manifestū est ita voluisse legē/feminā
esse sub viro vt nulla vota eiꝰ q̄ abstinentię
causa vouerit reddanť ab ea:nisi auctor vir
fuerit pmittēdo. Nā cū ad pctm̄ eiusdē viri
ptinere voluerit:nisi p̄us pmiserit ꝛ postea
phibuerit:etiā hic tn̄ nō dixit vt faciat mu
lier qđ vouerat:q₂ pmissa prius a viro fue
rat:viri dixit esse pctm̄ qui abnuit qđ prius
cōcesserat:nō tn̄ mulieri vel ex h̄ pmissū de
dit vt cū p̄us ei vir cōcesserat/postea si phi
buerit cōtēnať. Utrū aūt ista etiā ad vota

et a cōcubitu ꝯtinētię vel abstinētię ptine/
ant/merito querif:ne forte ea tm̄ itelligēda
sint aduersus animā voueri/q̄ sunt in cibis
ꝛ potionibus. Qđ videf ꝛ illud significare
Math.6.d. vbi dn̄s ait: Nōne aīa plus ē q̄ esca? Et cū
Nume.29.a. de ieiunio p̄cipif: ita p̄cipif/ Affligetꝭ aīas
vestras. Nescio autē vtrū alicubi legi possit
aduersus animā dici votū: qđ de abstinen/
tia ꝯcubit⁹ fuerit: maxime q: cū hic lex au/
ctoritatē viro tribuat/nō mulieri q̄ viro sub
dita ē: vt tūc p̄soluēda sint vota mulieris si
vir approbauerit: si aūt renuerit nō debean/
tur. Apl's tn̄ cū de cōcubitu cōiugatarū lo/
quereť: nō ibi maiorē auctoritatem viro q̄
1.Cori.7.a. feminę dedit: sed vxori inq̄t/vir debitū red
dat: similiter ꝛ vxor viro: Vxor non habet
potestatē corpis sui/sed vir: similiter aūt et
vir nō habet ptātem corpis sui/ sed mulier.
Cū ḡ in hac re parē vtriusq3 esse voluit po/
testatē: puto q̄ nobis intelligēdu3 insinuet
istā de cōcūbendo vel nō cōcūbēdo regulā
nō ptinere ad ea vota/vbi nō habēt parem
vir ꝛ mulier potestatē: sed viri maior est: ac
p̄pe eius solius ē: Non eñ ait lex virū non
debere reddere vota sua si vxor p̄hibuerit:
sed vxorē si vir p̄hibuerit. Vñ non mihi vi
detur in hm̄oi votis ꝛ definitionib⁹ atq3 ob
ligationib⁹ q̄ aduersus animā fiūt/etiā ista
debere accipi q̄ inter se vir ꝛ vxor de cōcum
bendo/vel de abstinētia cōcūbendi placita
habuerint. Deinde q: ꝛ istę iustificationes
dicunť: ꝛ meminim⁹ in illis iustificationib⁹
q̄ in exodo sub h̄ noīe alię cōmemoraľ/ mul
ta p̄cipi q̄ accipi ad p̄prietatem nō possint:
nec in nouo testamento obseruenť: sicut de
Exo.21.a. aure serui ptundēda: ꝛ siquid eiusmodi est:
nō absurde etiā hic aliquid figurate dictu3
intelligitur: vt quoniā sūt multę abstinētię
cerimoniarū irrationabiles ꝛ aliqn̄ etiā ini/
micę veritati: hoc fortasse hic intelligi vo/
luit/ tūc ratas eē cū rōnabiles fuerint: hoc
est cū eas approbauerit rō: q̄ ad vicē viri de
bet regere oēm animalē motionē: q̄ fit non
tm̄ in appetendo/verūetiā in abstinēdo: vt
si mente ꝛ rōne decernif/tūc fiat: si autē im/
probaf ꝯsilio rōnis/ nō fiat. Et si ratio qđ
prius recte faciendu3 esse decreuit post im/
probet/ sit peccatū ꝯsilij: sic tñ vt nō nisi ra/
tioni motio illa cōsentiat.

Quid sit: Cum virtute eorū ꝛc.

Nume.31.a. Vid ē: Et misit eos (Questio.LX.
q moyses mille ex tribu: ꝛ mille ex tri/
bu cū virtute eoꝝ: Vtrū v̄tutē eoꝝ
vult intelligi/principes eoꝝ: an virtutem a
dn̄o eis datā: vel p̄ ipsum moysen impetra/
tam: an potius virtutē eorū/quia dedit ea
q̄bus virtus eoꝝ sustentaretur.

Quo tempore balaam interemptus putetur: Questio.LXI.

Otest videri q̄stio: quō qn̄ israelitę Nume.31.b.
p madianitas debellauerīt: interfectū
dicat scriptura balaā/ q̄ fuerat cōdu
ctus ad maledicendū p̄p̄lm israel: cū sup̄ius
qn̄ benedicere coactus ē: ita eandē actionē
scriptura cōcluserit cū ait: Et surgēs balaā Nume.24.d.
abijt reuertens in locū suū: balac abijt ad
semetipsū. Si ḡ redierat ad locū suū balaā:
quō hic iterfect⁹ ē: cū de tā lōginq̄. i. de me/
sopotamia venerit? An forte reuersus ē ad
balac: ꝛ h̄ scriptura nō dixit? Quāq3 etiā pos/
sit in locū suū redijsse intelligi: q̄ ab ipso lo/
co vbi sacrificia faciebat in eum locū reuer/
sus ē vnde illuc exierat. i. vbi tāq3 p̄egrinus
habebat hospitiū. Nō eñ dictū ē in domū
suā/ aut in patriā suā3: s3 in locū suū. Habet
autē et q̄sq3 peregrin⁹ locū suū vbi ad tēp⁹
habitat. De ipso autē balac q̄ eū ꝯduxerat/
nō dictū est ad locū suū/sed ad semetip̄m. i.
vbi dominans habitabat. Posset ḡ dici/ad
locū suū/ꝛ dominās /et p̄egrin⁹: Ad semet/
ipsum autē nō video quō possit dici p̄egri/
nus/cū ad hospitiū suū venisset.

Quō virtutē depredati dicanť: Questio.LXII.

T p̄redā ęgerunt (Questio.LXII. Nume.31.b.
c mulieres madian ꝛ supellectilē eorū
ꝛ pecora eoꝝ: ꝛ oīa q̄ possederant et
virtutē eoꝝ dep̄dati sunt. Cū iā dixisset mu
lieres/supellectilē et pecora ꝛ oīa q̄ posside/
bant: q̄d deinde addit: ꝛ v̄tutē eoꝝ deprę/
dati sūt? Nimirū eñ hęc intelligēda ē v̄tus
de q̄ ꝛ sup̄ dictū est/misisse millenos ex sin/
gulis tribub⁹ cū virtute eoꝝ. An forte cibus
quo sustētabanť/virtus eoꝝ appellata fuit:
quo subministrato vires supp̄etūt: et q̄ sub/
tracto vires deficiūt? Vñ p̄ p̄phetā de⁹ cū
minareť ait: Auferam virtutē coꝝ panis: ꝛ
virtutē aquę. Et moyses ergo cū ānona mi/
serat illos millenos: qđ dictū est: cū virtute
eorū: et isti madianitis victis etiā hoc eorū
inter cetera fuerāt depredati.

Ubi balaā consiliū malignum dederit: Questio.LXIII.

T q̄d viuificastis† omne femininū? Al. fominem feminam
v Hoc eñ fecerūt filij isrl' s̄m verbū ba Nume.31.c.
laam vt recedere facerēt ꝛ despicere
verbū dn̄i p̄pter phogor. Hoc ꝯsiliū mali/
gnū / vt ad illecebrā feminę supponerenť: p̄
q̄s nō solū corporaliter/ sed etiā spiritaliter
in adorando idolo fornicarenť/qn̄ dederit
balaā scriptura nō dixit: ꝛ tñ apparet factū
esse: cū hic cōmemoraľ. Sic ḡ potuit et re/
dire ipse balaā qui iā ierat in locū suum: vt

modo locū eius intelligam⁹ pegrinationis hospitiū:q̄uis hoc scriptura tacuerit.

Ubi sint ciuitates refugiorum:

Nume.35.b. Quid est qḋ ait: (Questio.LXIIII.

q Et erunt ciuitates vobis refugia a vindicante sanguinē:ꝛ nō morietur is q̄ occidit q̄adusq̄ stet in ꝯspectu synagoge in iudiciū:cū de his loq̄tur qui nolentes occiderint:ꝛ alibi dicat tūc vnūquēq̄ in tali causa cōfugientiū exire liberū de ciuitate quo ꝯfugerat:cū sacerdos maximus fuerit defunct⁹:Quō ergo hic dicit:ꝛ non moriet̃ is q̄ occidit q̄adusq̄ stet in ꝯspectu synagoge in iudiciū:nisi quia ideo iudicat̃/vt tunc ei liceat esse in ciuitate refugij si manifestuꝫ factū fuerit in iudicio/ q̄ nolens occiderit.

Quō interfici iubeat̃ homicida:

Nume.35.c. Quid est quod ait: (Questio.LXV.

q Qui vindicat sanguinē/ ip̄e interficiat homicidā/cū occurrerit ei iste interficiet eū:Sic eñ sonat male intelligentibus:q̄si passim ꝛ sine iudicio datū fuerit vltori mortis ꝓpinq̄ sui ius occidēdi ei⁹interfectorē.Sed h̄ intelligi voluit:q2 fm id qḋ supra dictū est:q̄ occiderit/ꝯfugiat ad vnaꝫ de ciuitatib⁹refugioꝝ:quousq̄ stet in iudiciū:ne ante inuēctus a ꝓpinquo occidat̃:q̄a etsi nolens occidit p̄ter illas ciuitates inuētus occidit̃.Cum vero ad iudiciū steterit in aliq̄ earū ciuitatū:ꝛ iudicat⁹ fuerit homicida in aliq̄ earū in q̄ fugere ꝯcedit̃:ꝛ esse ibi nō sinit̃:tū iā demū iudicatū vbicūq̄ compertū ꝓpinq̄ licet occidere. Neq̄ eñ opus ē eū ad iudiciuꝫ deduci:cū iā fuerit iudicat⁹ homicida/ꝛ propterea de istis ciuitatibus pulsus sit.

Scti augustini hipponēsi epi/Questionū liber quartus super numeros/explicit.

Quinti libri questionū sup deuteronomiū/sancti augustini/recollecta annotatio.

aduene et orphani et vidue: adiecit solummodo de vidua: Non pignerabis vestem vidue.
44 Que derelinqui: et quibus precipiat.
45 Quis intelligatur iudicare cum dicitur: Si autem fuerit altercatio inter homines et accesserint ad iudicium et iudicauerint etc.
46 Quomodo frater defuncti fratris uxorem ducat.
47 Quomodo laudetur qui de decimis loquens dicit: Non dedi ex eis mortuo.
48 Quid sit: Ite in dextera etc.
49 Quomodo deuteronomion innuatur dictum quasi secunda lex seu secundum testamentum.
50 Si dominus negetur dedisse filijs israel oculos videre etc. quomodo dicantur ergo vidisse signa etc.
51 An vinum et quantum secum tulerant israelite.
52 Quomodo intelligenda sint verba illa: Nunquid est aliquis inter vos vir aut mulier etc.
53 Quomodo gratia euidenter promittatur.
54 Quomodo facilitas legis suadeatur.
55 Qui sint filij vituperabiles seu maculati: et quomodo grece dicantur.
56 Quid significationis habeat benedictio moysi qua benedixit israel.
57 Quomodo de ioseph benedicens dicat: Primogenitus tauri pulchritudo eius etc.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponensis episcopi liber quintus questionum super deuteronomium incipit.

Quomodo deus significetur sic esse adiutor hominum vt tamen ipsi homines cooperentur: Questio.I.

Neo quod commemorat moyses dixisse populo timenti hostes inhabitantes terram quam introducendus fuit: Ne pauearis neque timeatis ab eis: dominus deus noster qui precedit ante faciem vestram ipse simul debellabit eos vobiscum: satis ostenditur ita esse adiutorem deum vt etiam homines agant aliquid. Deut.1.d.

Quomodo deus indurauit spiritum seon: Questio.II.

Et noluit seon rex esebon transire nos per ipsum: quoniam indurauerat dominus deus noster spiritum eius: et confortauit cor eius vt traderetur in manus tuas sicut in hac die. Hec dicens moyses domino populum alloquitur tale aliquid commemorat quale dicebatur in exodo: Ego indurabo cor pharaonis: et quod in psalmis legitur: Conuertit cor eorum vt odissent populum eius. Nec tacetur hic causa indurationis huius: cum dicitur: vt traderetur in manus tuas sicut in hac die: id est vt vinceretur a te: quod non fieret nisi resisteret: non autem resisteret nisi corde obdurato. Cuius rei iusticiam si quesierimus / inscrutabilia sunt iudicia dei: Iniquitas autem non est apud deum. Sane notandum est confortatum cor posse dici etiam in malo. Deut.2.f. Exo.10.a. Ps.104. Roma.11.d. Roma.9.c.

Quomodo og reliquus dicatur ex gigantibus: Questio.III.

Verumtamen og rex basan reliquus factus est a raphaim: Hoc notet quod est raphaim gigantes significari in hebrea lingua dicunt qui eam nouerunt. Unde quod habent plerique codices: derelictus est a raphaim: planius vtique dicitur / reliquus factus est: vt ipse ex illis remansisse intelligatur. Cuius etiam consequenter longitudo et latitudo ferrei lecti commemoratur / ad eius magnitudinem commendandam. Deut.3.b.

Que differentia sit inter similitudinem et imaginem / cum dicitur: Similitudinem aut omnem imaginem: Questio.IIII.

Ne feceritis iniquitatem: et ne faciatis vobisipsis sculptilem similitudinem: aut omnem imaginem. Quid intersit inter similitudinem / et imaginem queri solet. Sed hic non video quid interesse voluerit: nisi aut duobus istis vocabulis vnam rem significauerit / aut similitudinem dixerit. Si verbi gratia fiat statua vel simulacrum habens effigiem humanam: non tamen alicuius hominis exprimantur liniamenta: sicut pictores vel statuarij faciunt intuentes eos quos pingunt vel fingunt. Hanc enim imaginem dici nemo dubitauerit / secundum quam distinctionem omnis imago etiam similitudo est: non omnis similitudo etiam imago est. Unde si gemini inter se similes sint: similitudo dici potest alterius cuiuslibet in altero / non imago. Si autem patri filius similis sit / etiam imago recte dicitur: vt sit pater prototypus / vnde illa imago expressa videatur: quarum alie sunt eiusdem substantie / sicut filius: alie non eiusdem / sicut pictura. Unde illud quod in genesi scriptum est: Fecit deus hominem ad imaginem dei: manifestum est ita dictum / vt non eiusdem substantie sit imago que facta est. Si enim eiusdem esset: non facta / sed genita diceretur. Sed quod non addidit: et similitudinem: cum superius dictum esset: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: quibusdam visum est similitudinem aliquid amplius esse quam imaginem: quod homini reformando per christi gratia postea seruaretur. Miror autem si non propterea postea Deut.4.c. Gen.1.d.

imaginē solā voluit cōmēorare: qꝛ vbi imago/cōtinuo ⁊ silitudo est. Ubi ⁊ hic moyses silitudinē ⁊ imaginē fieri vetat scdm eā forrasse rōnē quā dixim⁹. In decalogo aūt generalit̄ ōꝛ/ nullā fieri debere silitudinez: nec imago cōmēorat̄. Cū eñ nulla silitudo fit: pculdubio nec imago fit: qm̄ si imago/vtiq̄ ⁊ silitudo: Nō aūt si sit silitudo ꝯtinuo sit ⁊ imago: tn̄ si nulla silitudo/ sequit̄ vt nulla imago. Denicq̄ vbi ꝓhibuit similitudinē ⁊ imaginē/hoīes intelligi voluit: vbi ⁊ silitudo fieri pōt: non huius aut illi⁹/ſ cuiuslibet hoīs/ ⁊ imago. i. hui⁹ ꝓprie/ vl illi⁹ hoīs. Cū xo de pecorib⁹ diceret̄: atq̄ irrōnabilibus animātib⁹/solā silitudinē dixit. Quis eñ reperiri pōt q̄ sibi vnū ꝯstituat canē: vel quid eiusmodi quē intuēs ei⁹ imaginē pīgat/aut fingat: Qd̄ de hoībus vsitatissimū est.

Quid significet̄ p aquā: Qō. V.

Deut.4.c. Quid ē aūt qd̄ ait: Silitudinē oīs pisci̇s ⁊ q̄cunq̄ sunt in aquis sub terra. An ⁊ aquā ꝓpter tractabilē corpulētiā terrā intelligi voluit: ⁊ scdm h̄ in eo Gen.1.a. qd̄ scptū est: Fecit de⁹ celū ⁊ terrā/ ⁊ aq̄s debem⁹ accipe: Assidue quippe scriptura his duab⁹ ptib⁹ cōmēoratis/ vniuersum mūdū Ps.120. vult intelligi/scdm illō: Auxiliū meū a dn̄o q̄ fecit celū ⁊ terrā: ⁊ innumerabilia eiusmodi. An ideo dictū ē/sub terra: q̄ terra nisi superior aq̄s esset/ habitari vtiq̄ ab hoīb⁹ et aīalia terrena habere nō posset.

An gentib⁹ videat̄ pmissum colere solem et stellas / ⁊ omnem ornatum celi: Questio. VI.

Deut.4.c. Et ne suspiciēs in celū/ ⁊ videns solē ⁊ stellas ⁊ oēm ornatum celi errans adores ea / ⁊ seruias illis que distribuit dn̄s de⁹ tuus ea oībus gentibus que sunt sub celo: Non ita dictū est tanq̄ deus p̄ceperit ea coli a gētib⁹ / a solo aūt ipso suo nō coli: sed aut ita dictū est/ q̄ de⁹ p̄sciuerit gētes culturā exhibituras his celestibus: ⁊ tn̄ hoc p̄sciēs creauerit eas: cum vero ppl̄m suum futurū esse p̄sciuerit q̄ ista nō coleret. Aut distribuit dictū est /vt intelligat̄ vsus Gen.1.b. q̄ cōmendat̄ i genesi: Ut sint in signis et in tēporib⁹ ⁊ in dieb⁹ ⁊ in annis: quē vsum in eis cōmunē habet ppl̄s dei cū oībus gentibus: nō aūt cultū quē habēt alie gētes.

Quō similitudo ibi postea generaliter capitur: Questio. VII.

Deut.4.d. Ne obliuiscamini testamētū dn̄i dei vestri qd̄ disposuit ad vos: ⁊ faciat̄ vobismetipsis sculptilē similitudinem omniū que cūq̄ cōstituit tibi dn̄s de⁹ tuus. Hic certe generaliter loquēs similitudinez posuit / imaginē tacuit: quoniā si nulla sit similitudo/profecto nec imago: qꝛ vbi imago/ continuo similitudo: q̄uis non ibi similitudo continuo/vbi imago.

Quid sit a sūmo celi vsq̄ ad summum celi: ⁊ quid subaudiendū: et quid intelligendū: Questio. VIII.

Uerenaū quō dictū sit: Interrogate dies priores qui fuerunt priores te: ex die qua creauit de⁹ hoīem sup terrā: a sūmo celi vsq̄ ad summū celi. Subaudit̄ eñ/interrogate. Videt̄ aūt significare totū orbē terrarꝫ. Sꝫ cur a sūmo celi vsq̄ ad sūmū celi dicat: nō a sūmo terre vsq̄ ad sūmū terre/ nō ē facile dinoscere. Talis eñ quedā locutio ē/ ⁊ in euāgelio cū dicit dn̄s: q̄ cōgregabunt̄ electi eius a summis celorum vsq̄ ad terminos eorū. Nisi forte hoc nec in hominibus/nec in angelis auditū esse vult intelligi: qd̄ in hoc pplo factū singulariter cōmendat: hoc eñ sequit̄: Si factum est scdm verbū magnū hoc: si auditū est tale quid: si audiuit gens vocem dei viuētis loquētis e medio ignis/quēadmodū audisti tu ⁊ vidisti. Quod si ita est: vt nec in hominibus nec in angelis hoc dicat auditū: qd̄ est ⁊ illud in euāgelio: A summis celorū vsq̄ ad terminos eorꝫ: cū sine dubio dn̄s h̄ ait/cū de nouissima electorū suorum cōgregatione loqueretur: Deut.4.c. Matth.24.c.

Quomodo dicat moyses: Dn̄s disposuit testamentuꝫ ad vos: nō patribus vestris: Questio. IX.

Quid ē qd̄ moyses ait: †Dn̄s de⁹ vester disposuit ad vos testamentū in oreb: Nō patribus vestris disposuit dn̄s testamentū hoc: sed ad vos hic oēs viuētes hodie facie ad faciē locutus est dominus ad vos in monte e medio ignis. An qꝛ illi q̄ nō ingrediunt̄ in terrā ꝓmissionis: (mortui sunt eñ oēs) non ptinent ad hoc testamentū: quorꝫ tūc recognitio facta est: cū a viginti annis etatis et supra numerarent̄ vsq̄ ad quinquaginta annos habiles ad bellū: Quō ḡ illis locutus est dn̄s q̄ hodie viuunt: An qꝛ ex viginti annis et infra, potuerunt multi tūc esse q̄ hoc bene meminissent/alieni ab illa pena/quā dn̄s ꝯstituit illis qui tunc numerati sunt non intrare in terrā ꝓmissionis: vt hos vtiq̄ appellat qui q̄uis viginti annorum et supra non essent qn̄ deus in monte loquebatur vt numerari tūc possent: potuerūt tn̄ esse annorū decē et nouē ⁊ infra vsq̄ ad puerilē etatē/ q̄ possēt illa q̄ facta ⁊ dicta sūt ⁊ videre ⁊ audire ⁊ memoria retinere. Sꝫ qd̄ ē qd̄ ait: Facie ad Al' †Dn̄s de⁹ noster ⁊c. Deut.5.a.

faciē locut⁹ ē dñs ad vos: q̄s paulo añ maximè admonere curauit / q̄ nullā similitudinē viderit: ſ ſolā vocē de medio ignis audierint? An ꝓpt̄ rerū euidētiā ⁊ q̄dāmō ꝑſentiā manifeſtatę diuinitat / ō q̄ dubitare nemo poſſet / his v̄bis vſus ē? Qō ſi ita ē: q̄d ꝓhibet de ipſo moyſe h̄ itelligi / eo q̄ de illo dictū ē q̄ facie ad faciē locut⁹ ſit cū eo dñs: vt nec ipe aliq̄d oculis viderit p̄ter ignē? An aliq̄d amplꝰ vidiſſe intelligit̄: q̄ʒ ſcriptū eſt eū intraſſe in nebulā vl' nimbū / vbi erat de⁹? Sʒ etſi aliq̄d amplꝰ vidit q̄ illi: nō eū tñ moꝛtalib⁹ oculis vidiſſe dei ſubāʒ ex illis ei⁹ verbis intelligi pōt / q̄b⁹ ait deo: Si inueni gratiā añ te: oſtēde mihi temetipm̄ vt ſciēter videā te. Nec̄ eñ arbitrādū eſt hūc ꝑplm / cui moyſes loq̄baꝛ / ſic tunc vidiſſe deū facie ad faciē q̄ñ i mōte loq̄baꝛ e medio ignis: quēadmodū apl's dixit in fine nos eū eſſe viſuros / vbi ait: Uidem⁹ nūc p ſpeculū i enigmate / tūc aūt facie ad faciē. Quid aūt h̄ ⁊ q̄tū eſſet ꝯſequēter aperuit dicēs: Nunc ſcio ex pte / tūc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognit⁹ ſū. Qō etiā ipm caute accipiēdū ē: ne tantā puteꝛ habiturus hō cognitionē dei q̄tā nūc habet hoīs de⁹: ſ p ſuo mō ita pfectā / vt ei nihil adhuc expecteꝛ addēdū: vt quē perfecte nūc de⁹ nouit hoiem: ſ tñ ſic de⁹ hoiem: ita tunc pfecte nouerit hō deū: ſ tñ ſic hō deū. Nec̄ eñ q̄ dictū ē: Eſtote pfecti ſic pf veſter celeſtis pfectus ē: ideo equalitatē pris quā v̄bū habet vnigenitū / ſperare debem⁹: q̄uis nō defuerit q̄ ⁊ h̄ futurū putauerint: niſi forte q̄d dicant parū intelligimus.

Exo. 33. c.

1. Cor. 13. d.

Matth. 5. g.

Quō moyſes ſtet inter deum et populum: Queſtio. x.

Deut. 5. a.

A

Quid eſt qō ait. Et ego ſtabā int̄ deum ⁊ vos in tpe illo annūciare vob verba dñi: Tanq̄ in loco eſſet dñs: h̄ ē in mōte v̄n illi voces audiebant. Qō ſic accipiendū eſt: vt nō ex hoc ſuſpicemur dei ſubāʒ in vllo aliq̄ eſſe coꝛpali loco / q̄ eſt vbiq̄ totus: nec p locoꝛ interualla ꝓpinquat aut recedit: ſ demōſtratiōes ei⁹ in ea creatura q̄ nō eſt qō ipſe / nō aliter humanis ſenſib⁹ exhibenꝛ. Un̄ dñs volēs auferre ab huiuſmodi ſuſpitiōib⁹ mentē nr̄am / quib⁹ putaꝛ de⁹ loco aliq̄ cōtineri: Ueniet inq̄t hoꝛa q̄ñ neq̄ in mōte h̄: neq̄ i hieroſolymis adorabitis patrē. Uos adoꝛat / qō neſcit / : nos adoꝛam⁹ qō ſcim⁹: q̄ ſalus ex iudęis ē. Sʒ venit hoꝛa ⁊ nūc ē: q̄ñ veri adoꝛatoꝛes adorabūt patrē in ſpū ⁊ veritate. Nam ⁊ pf tales q̄rit q̄ adoꝛēt eū. Spūs eſt de⁹: ⁊ eos qui adoꝛāt eū in ſpū ⁊ veritate opoꝛtet adoꝛare. Medū q̄ ſe dixit moyſes nō int̄ dei ſubſtantiā et ꝑplm interuallo aliquo loci: ſʒ q̄ p eum placuit ꝑplm audire cętera dei verba poſteaq̄ vehementer eſt territus: audita de medio ignis vocē dei dicētis decalogum legis. Sed merito quęriꝛ quō accipiantur hęc verba deuteronomij dicēte moyſe: Et ego ſtabam inter deū ⁊ vos in tēpore illo annunciare vobis verba dñi: q̄ñ timuiſtis a facie ignis / ⁊ nō aſcēdiſtis in mōtem dicēs: Ego ſum dñs de⁹ tuus ⁊c. Quę iam verba dei ſunt quę decalogus ꝯtinet? Quid ergo vult qō addidit dicens: Si eñ putauerimus hyperbaton: vt oꝛdo verboꝛū ſit: et ego ſtabā inter deū et vos in tpe illo annunciare vobis verba dñi dicens: Ego ſum dñs deus tuus: nō erit verū. Nō enim hęc verba per moyſen ꝑplus / ſed de medio ignis audiuit. Quod cū ſuſtinere non poſſet: audito decalogo / poſtulauit vt p moyſen cętera audiret. Reſtat ergo vt quod poſitum eſt / dicens / pro eo poſitum intelligamus: ac ſi cēt / vt diceret / vt iſte ſit ſenſus: Et ego ſtabam inter deū et vos in tpe illo annūciare vobis verba dñi: q̄ñ timuiſtis a facie ignis et nō aſcēdiſtis in montē: cum diceret: Ego ſum dñs deus tuus: vt ſubaudiatur / cū diceret vtiq̄ dñs. Cū eñ hęc v̄ba diceret dñs / quę ꝯſequēter ex decalogo cūcta cōmemoꝛat: tūc timuit populus a facie ignis: ⁊ nō aſcendit in montē: ⁊ rogauit vt per moyſen potius v̄ba dñi audiret. Quę verba moyſes cōmemoꝛat in deuteronomio dicta ſibi a ꝑplo / cum audire iam nollet vocē dei: ſed p eum peterent ſibi dici q̄ dicebat de⁹: id eſt: ecce oſtdit dñs deus noſter nobis gl'iam ſuam: ⁊ vocē eius audiuimus ē medio ignis ⁊c. Nō eadē pꝛoꝛſus leguntꝛ in exodo vbi pꝛimum narrata ſunt quę mō repetunꝛ. Un̄ intelligam⁹ / qō aliquotiens iam commemoꝛaui non eſſe in mendacio deputandū / ſi alijs quibuſlibet verbis eadem voluntas manifeſtaꝛ: ꝓpter euangeliſtarū etiā v̄ba / q̄ ab imperitis et calūnioſis tanq̄ repugnantia rephendunꝛ. Nec̄ eñ magnū erat moyſi attēdere q̄ in exodo ſcripſerat: ⁊ eiſdē oīno verbis illa repetere: niſi ꝑtineret ad ſcōs doctoꝛes noſtros hoc ipm inſinuare dicētib⁹ / vt nihil aliud in verbis loquentiū quęrāt niſi voluntatē: ꝓpt̄ quā enunciandā verba inſtituta ſunt.

B

Ioh. 4. d.

Quō dictū ſit in hebꝛeo a dño: Quis dabit ſic coꝛ eoꝛum in eis vt timeant me: Queſtio. xi.

Quid eſt qō ait moyſes dictū ſibi eē a dño de ꝑplo hebꝛęo: Quis dabit eſſe ſic coꝛ eoꝛum in eis / vt timeant me: et

Deut. 5. d.

custodiāt mādata mea? An hic iā vult intel
ligi/ grā sua pcedi ꝟ bñficiū vt sit in hoībus
iusticia dei ex fide nō q̄si ꝑpria velut ex le
Ezech.36.f. ge. Hoc eñ ꝑ ꝓphetā significat dicēs: Aufe
ram eis cor lapideū: ꝛ dabo eis cor carneū.
Qd̓ ꝓpt̓ sensū dictū ē/ quē caro habet ꝛ la
pis nō habet: verbo vtiq̄ trāslato. Hoc ipm
Hiere.31.f. ꝛ alibi dicit: Ecce dies veniunt dicit dñs: et
ꝯsummabo sup domū isrl̓ ꝛ sup domū iuda
testamentū nouū: nō fm testamentum qd̓
disposui ad patres eorū in die qua appre
hendi manū eoꝝ vt educerem eos de terra
egypti: qm̄ hoc est testamentū qd̓ disposui
ad eos post dies illos/ dans leges meas in
cor eoꝝ: ꝛ in mēte eoꝝ supscribā eas: ꝛ iniq
tatum eoꝝ ꝛ pctōꝝ eoꝝ nō memor ero am
pli⁹. Hic eñ discernit nouū testamētū a ve
teri: q̄ i veteri data ē lex i tabulis lapideis:
in nouo autē in cordib⁹: qd̓ fit ꝑ gratiā. Vñ
2.Cor.3.a. ꝛ apl̓s dicit: Nō in tabulis lapideis: sed i ta
Ibidem.b. bulis cordis carnalibus. Et alio loco: Ido
neos nos inquit fecit ministros noui testa
menti/ non littera sed spiritu.

Quō de dño dicat̄: Et i nomine eius iurabis: an iurari p̄cipiatur:

Deut.6.c. Quod ait de dño: Et in (Qō. XII.
q noīe eius iurabis: Nō ita p̄ceptum
accipiendū ē q̄si iurari iussent/ sed in
alteri⁹ alicui⁹ dei noīe iurare ꝓhibuit. Me
lius autē fit si fm euāgeliū nō iuraueris: nō
q̄ mala ē vera iuratio/ sed ne in ꝑiuriū inci
datur facilitate iurādi. Qui eñ iurat: nō so
lum veꝝ/ sed etiā falsum iurare potest. Qui
autē oīno nō iurat/ a ꝑiurio lōge ambulat.

Quō apte dicat̄ qd̓ alibi obscure: Et cognita faceret que in corde tuo sunt: Questio. XIII.

Deut.8.a. Et recordaberis oēm viā ꝑ quā duxit
e te dñs de⁹ tu⁹ in deserto vt affligeret
te et tēptaret te/ ꝛ cognita faceret q̄
in corde tuo sūt: si obſuabis mādata ei⁹/ an
non. Hic aptius dictū qd̓ alibi genere locu
Deut.13.a. tionis obscuꝝ ē/ vbi legit̄: Tēptat vos dñs
de⁹ vester: vt sciat si diligitis eū. Intelligi
tur eñ positū ēē/ vt sciat/ ꝓ eo qd̓ ē/ vt scire
faciat: quō dilucide dictū ē: vt tēptaret te ꝛ
cognita faceret q̄ in corde tuo sunt. Nō eñ
ait/ vt cognosceret: qd̓ q̄dē si dixisset/ intel
ligendū erat: cognita faceret.

Quō q̄ prius laudabant̄: nunc dura ceruice esse dicant̄ in vituperationem eorum: Questio. XIIII.

Deut.9.b. Et scies hodie/ q̄ nō ꝓpter iusticias
e tuas dñs deus tuus dat tibi terraꝫ
bonā istā hereditare: qm̄ ꝑplus dura
ceruice es. Certe isti sunt q̄ ꝓpterea nō me
ruerūt perire i deserto: q̄ nescierūt dexterā
aut sinistrā: Ecce iā dura ceruice appellant̄.
Vñ vidēdū ē illud in sacramēto esse dictū:
nō q̄ istoꝝ merita cōmēdata sint. Nā ne q̄s
existimet subito istos vituperabiles factos
q̄ merito fuissent añ laudati/ paulopost eis
dr̄: Memor eris ne obliuiscaris q̄ta exacer
basti dñm deū tuū i deserto: ex q̄ die existis
de terra egypti donec venisti in locuꝫ hunc
incredulus ꝑseuerastiq̄ ad dñm. Qd̓ si q̄dā
eoꝝ tales erāt: q̄dā vero fideles ꝛ boni: etiā
si nō vtiq̄ illis datur terra ꝓmissionis ne
sciūt dexterā aut sinistrā: vt ꝟ sic intelliga
mus q̄ si nō offenderint deū. Nā ꝛ pr̄es eoꝝ
q̄ mortui sūt nec in eādē terrā intrare ꝑmissi
sūt/ tales inueniūt̄ fuisse vt i eis eēnt q̄dā etiā
boni. Propt̓ qd̓ apl̓s: nō oēs sed q̄sdā eorū
dicit offendisse: in q̄bus eoꝝ pctā cōmemo
rat. Similes quippe istos parentib⁹ suis ita
euidētius docet: ꝛ ipsa scriptura deuterono
mij qd̓ ꝯsequēter adiūgit dicēs: Et in oreb
exacerbastis dñm: Vbi certe illi exacerba
uerūt/ q̄ ꝓpter eadē mala merita sua nō sūt
in terrā ꝓmissionis inducti.

Cū in exodo moyses verba leg̓ scḃsisse dicat̄/ quō id deo ascribit:

In illo tp̄e dixit dñs (Questio. XV. B
i ad me: Excide tibi duas tabulas la Deut.10.a.
pideas quēadmodū priores: ꝛ ascen
de ad me in montē/ ꝛ facies tibi arcā ligneā
ꝛ scribā in tabulis ꝟba q̄ erāt in tabul̓ prio
ribus q̄s ꝯtriuisti: ꝛ imittes eas in arcā. Et
feci arcā ex lignis iputribilib⁹: ꝛ excidi duas
tabulas lapideas/ sicut priores: ꝛ ascendi in
montē: ꝛ duę tabulę in duab⁹ manib⁹ meis.
Et scripsit in tabulis scḋm scripturā priorē
decē verba q̄ locutus ē dñs ad vos in mon
te e medio ignis: ꝛ dedit eas dñs mihi. Nō
imerito q̄rit̄ quō hec in deuteronomio di
cant̄ moyse recolēte ac repetēte q̄ gesta sūt
cū in exodo/ vbi ꝑmū hęc dicta ꝛ facta nar
rant̄ ita sit scriptū: Et dixit dñs ad moysen
Scribe tibi verba hęc: etem̄ in ꝟbis his po Exo.34.d.
sui testamētū tibi ꝛ isrl̓. Et erat ibi moyses
in ꝯspectu dñi q̄draginta dieb⁹: ꝛ q̄dragita
noctib⁹: Panē nō māducauit/ ꝛ aquā nō bi
bit: ꝛ scḃsit i tabul̓ ꝟba testamēti decē ꝟba.
Cū ḡ in exodo ip̄e moyses i tabul̓ decē leg̓
ꝟba scḃsisse narret̄: quō ꝟ in deuteronomio
de⁹ in tabul̓ eadē ꝟba scḃsisse recolit̄. Deni
q̄ illō qd̓ in exodo cū trāseunt̄ tractarem⁹:
ꝛ q̄d nobis in ea differētia visum fuerit ītis
mādarem⁹: cur priores tabulę q̄ cōtritę sūt
digito dei scriptę referant̄: secundas autem
tādiu in arca tabernaculoq̄ mansuras ipse

moyses scripsisse dicatur: ita ut per hanc differentiam duo testamenta significata esse dixim⁹: ut in veteri testamento lex commendaretur tanquam op⁹ dei / ubi homo nihil fecerit: eo quod lex timore non posset impleri: quoniam cum vere sit op⁹ legis: charitate fit non timore: que charitas gratia est testamenti novi. Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse verba dei: quia homo pot facere opus legis per charitatem iusticie / quod non potest per timorem pene. Nunc quod cum legitur in deuteronomio de secundis tabulis ita dictum: Et excidi duas tabulas lapideas sicut priores: et ascendi in montem et due tabule in manib⁹ meis: et scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem verba: Non enim ait: et scripsi / sed scripsit: hoc est deus scripsit: sicut pauloante dixerat verba dei sibi dicta: Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodum priores / et ascende ad me in montem: et facies tibi arcam ligneam: et scribam in tabulis verba que erant in tabulis priorib⁹. Discutienda nascitur questio / quod utrasque tabulas. i. et priores et secundas de⁹ hic legitur scripsisse / non homo: Sed si in ipso quoque exodo verba dei leguntur: ubi iubet easdem tabulas secundas excidi a moyse / nihil aliud intuenitur / quam ipsum deum se easdem promisisse scripturum. Nam ita scriptum est: Et dixit dominus ad moysen: Excide tibi duas tabulas lapideas sicut et priores / et ascende ad me in montem / et scribam in tabulis verba que erant in tabulis prioribus quas tu contriuisti. Excepto itaque libro deuteronomii / questionem istam etiam solus liber exodi pertinet quo dixerit deus: Et scribam in tabulis verba que erant in tabulis priorib⁹: cum paulopost legatur: Scribe tibi verba hec: etenim in verbis his posui testamentum tibi et israel: Et erat ibi moyses in conspectu domini quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹ / panem non manducauit et aquam non bibit: et scripsit in tabulis verba testamenti / decem verba. Si enim superius quod dictum est: Scribe tibi verba hec: etenim in verbis his posui testamentum tibi et israel ad superiora pertinet que deus ita precipiebat: ut non in duabus lapideis tabulis scriberentur / sed in libro legis ubi multa conscripta sunt: certe illud quod sequitur: Et erat ibi moyses in conspectu domini quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹: panem non manducauit et aquam non bibit: et scripsit in tabulis verba testamenti / decem verba: satis manifestat eundem moysen in tabulis hec decem verba scripsisse / non deum: Nisi forte violenter quidem / sed certa necessitate compellunt / ubi dictum est: et scripsit in tabulis verba testamenti / decem verba: non moysen subaudire sed dominum. Supra enim positum est: Et erat ibi moyses in conspectu domini: ut a domino in cui⁹ conspectu erat / moyses quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹ panem non manducans et aquam non bibens scripta intelligantur hec decem verba in tabulis / sicut ante promiserat. Quod si ita est: non quidem illa differentia duorum testamentorum que nobis visa est in his verbis commendari potest: quoniam et priores et secundas tabulas scripsit / non homo / sed de⁹. Verumtamen illa certe distantia non habet dubitationem: quod priores tabulas et de⁹ fecit / et de⁹ scripsit: Non enim tunc dictum est ad moysen: Excide tibi duas tabulas / sed ita potius legitur: Et conuersus moyses descendit de monte: et due tabule testimonii in manib⁹ ei⁹: tabule lapidee scriptura ex utraque parte hinc atque hinc erant scripte: et tabule opus dei erant: et scriptura scriptura dei est sculpta in tabulis. Iam enim superius dixerat easdem tabulas scriptas digito dei: sic loquens: Et dedit moysi statim ut cessauit loqui ad eum in monte sina duas tabulas testimonii: tabulas lapideas scriptas digito dei. Ibi quod et tabule opus dei erant: et scriptura earum digito dei facta. Secundas autem tabulas ipse moyses iubetur excidere: ut ipse certo opere humano intelligantur excise: quamuis eas de⁹ ipse scripserit: sic promisit cum iuberet excidi. Porro autem si diligentius attendam⁹: idem utrumque dictum esse in secundis tabulis: quia et de⁹ fecit per gratiam suam opus legis in homine: et homo per fidem suam suscipiens gratiam dei pertinens ad testamentum nouum cooperator est adiuuantis dei. Ideo autem in primis solum opus dei commemoratur: quia lex spiritalis est et lex sancta: et mandatum sanctum et bonum et iustum. Ideo vero nullum opus hominis ibi commemoratur: quia infideles non contemperarunt adiutorio gratie: sed ignorantes dei iusticiam et suam volentes constituere / iusticie dei non sunt subiecti. Unde illis lex ad condenationem valet: quod significat contritio tabularum. Profecto non cogimur violento intellectu subaudire quod de⁹ scripserit: ubi scriptura dicit: Et erat ibi moyses in conspectu domini quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹ / panem non manducauit et aquam non bibit et scripsit in tabulis verba testamenti: Ubi valde sonat scripsisse moysen: Sed idem supra de⁹ se promisit scripturum: et in deuteronomio: non solum ita promisisse / verumetiam ipse scripsisse enarratur: ut significetur quod ait apostolus: Deus enim est qui operatur in vobis / et velle / et operari pro bona voluntate: hoc est in eis quod ex fide gratiam susceperunt: et non suam iusticiam volunt statuere / sed iusticie dei subiecti sunt: ut ipsi sint in christo iusticia dei: Nam et illic apostolus utrumque dicit: et deum operari / et ipsos. Nam si non operabantur: quomodo eis dicebat cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini: Operatur quod ille: cooperamur nos. Non enim aufert: sed adiuuat bone voluntatis arbitrium.

Margin notes: B — Deut. 10. a. — Exo. 34. a. — Exo. 34. d. — Ibidem. d. — Deut. 9. b. — C — Roma. 7. c. — Roma. 10. a. — Phil. 2. b.

Quid per tribũ leui significetur: Questio.XVI.

Deut.10.b. In illo tpe distinxit dñs tribũ leui portare arcã testamẽti dñi / assistere corã dño ministrare et orare in noie eius vsq₃ in hũc diẽ. Propť hoc nõ est leuit̃ pars ꝛ sors cũ fratrib⁹ suis: dñs ipẽ pars eius est / sicut dixit ei. Nisi per hanc tribũ significareť vniuersũ regale sacerdotiũ / qđ ad nouũ ptinet testamẽtũ / nullo modo ausus esset dicere hõ / qui ex eadẽ
Ps.72. tribu non erat: Pars mea dñs: Et in alio
Ps.15. psalmo: Dñs pars hereditatis meę.

Quõ verba legis pcipianť sup limina domoꝝ ꝛ ianuarũ scribi cũ id factũ nõ sit: Questio.XVII.

Deut.11.c. Quid est qđ pcepit moyses cõmendans verba dñi et ait: Scribetis ea sup limina domoꝝ vestrarũ ꝛ ianuarum vestrarũ: cũ hoc ſm pprietatẽ nemo fecisse israelitarũ cõmemoreť vel legať: quia nec qsq₃ potest / nisi forte diuidat ea p multas partes domus suę? An hyperbolica cõmendatio est / sicut multa dicunť?

Cur decimas leuitis alibi dari iussas / iubet manducari in ciuitate vbi templũ erat: Questio.XVIII.

Deut.12.b. Querendũ quõ iubeat decimatiões oim fructuũ et primitiua pecorũ nõ manducari / nisi in ciuitate vbi templum erat: cũ eas leuit̃ dari i lege pcepit.

Quomõ deus tẽptare dicatur: Questio.XIX.

Deut.13.a. Si aũt surrexerit in te pphetа seu somniator somniãs ꝛ dederit tibi signũ vel pdigiũ / et venerit signũ siue pdigiũ qđ locutus est ad te dicẽs: Eamus ꝛ seruiam⁹ diis alienis quos nescistis: nõ audietis vba pphetę illius vł somniãtis somniũ illud: qm tẽptat dñs de⁹ vester vos scire / an diligať dñm deũ vestꝝ ex toto corde vestro ꝛ ex tota anima vestra. Hoc qdã interptes latini nõ ita posuerunt: scire an diligať / ſ vt sciãt an diligať: qꝛuis eadẽ sentẽtia videať. Verũtñ illõ qđ dictũ ẽ / scire / facili⁹ ad illos referť: vt sic accipiam⁹: tẽptat vos scire / ac si diceret: tẽptãdo vos facit scire. Ubi sane intelligi voluit etiã illa q̃ a diuinãtib⁹ nõ ſm deũ dicunť / si acciderint q̃ dicunť / nõ accipiẽda sic vt fiãt quę pcipiunť ab eis aut colanť q̃ colunť ab eis. Nec pter suã potestatẽ de⁹ õñdit esse q̄ ista cõtingũt: sed q̃si qrereť / cur ea pmittat / causam tẽptationis exposuit ad cognoscẽdam eoꝝ dilectionẽ: vtrũ eã habeant erga deũ suũ: cognoscendã vo ab ipsis potius q̃ ab illo qui scit omnia anteq̃ fiant.

Quõ ea que de decimis dicunť intelligi debeant: ꝛ quomodo fiat remissio annoꝝ: Questio.XX.

Judic. 11. f. De filia iepte q eam pater in holocaustoma obtulit deo: quoniaꝫ in bello vouerat si vicisset eum se holocaustoma oblaturū q sibi de domo exiens occurrisset: qd cū vouisset vicit: τ occurrente sibi filia qd vouerat reddidit: solet esse magna et ad diiudicandum difficillima questio: Quibusdā qd sibi hoc velit nosse cupientibus τ pie querentibus: qbusdā vero qui scripturis his sanctis imperita impietate aduersant / hoc maxime in crimen vocantibus: q legis et pphetarum deus etiam humanis sacrificijs fuerit delectatus. Quoꝝ calūnijs sic primitus respōdemus: vt deum legis τ pphetarū / atq vt expressius dicā / deū abraā τ deū isaac τ deum iacob nec illa sacrificia delectauerit vbi pecorū holocausta offerebant: sed q significatiua fuerint τ quedā vmbre futuroꝝ / res ipsas nobis q̄ his sacrificijs significabant cōmendare voluisse: fuisse aūt etiam istam vtilem causam cur illa mutarent: nec modo iuberent / immo pphiberent offerri: ne vere sm carnalem affectum talibus deū delectari putaremus. Sed vtrum etiam humanis sacrificijs significari futura oportuerit: merito querit: non q mortes hominū quicq moriturorū in hac causa exhorrescere τ formidare deberem⁹ si illi q hec de se fieri gratanter acciperēt in eternā remunerationem

cōmēdarent deo. Sed si hoc verū esset/hoc
genus sacrificioꝝ deo nō displiceret. Displi
cere autē deo satis euidenter eadē scriptura
Exo.13. testatur. Nam cū omnia primogenita sibi
Nu.18. ꝯ dicari ꝛ sua eē voluerit atq̄ p̄cęperit/redi/
mi tamē a se voluit primogenita hominuꝫ:
ne immolandos deo crederent filios suos
quos natos primitus suscępissent. Deinde
hoc apertius ita loquitur/ꝙ humana holo/
causta sic deus improbet vt prohibeat/de/
testans ea in alijs gentibus/ et populo suo
p̄cipiens ne audeat imitari: Si autē inquit
exterminauerit domin⁹ deus tuus gentes
in quas tu intrabis hereditare terrā eoꝝ in
ꝯspectu tuo ꝛ hereditabis eos/ꝛ habitabis
in terra eoꝝ: attende tibiipsi ne exquiras
seq̄ eos postq̄ exterminati fuerint a facie tua:
ne exq̄ras deos eoꝝ dicēs: quēadmodū fa/
ciunt gentes dijs suis faciā ꝛ ego: nō facies
ita dn̄o deo tuo: Abominamēta eñ quę do
min⁹ odit fecerūt dijs suis: quoniā et filios
suos et filias suas cōburunt igni dijs suis.
B Quid euidentius ostendi potest his sanctę
scripturę testimonijs/ vt alia huiuscemodi
omittā/quō deū a q̄ hęc scriptura humano
generi cōtributa est/ nō solum nō diligere/
verūetiā odisse talia sacrificia in quibus ho
mines immolant. Illa plane diligit ꝛ coro/
nat cū quisq̄ iustus iniquitatē patiēs vsq̄
ad mortē pro veritate decertat: vł ab inimi/
cis quos pro iusticia offendit occidit: retri/
buens eis bona ꝑ malis: id est pro odio di/
Matth.23.d. lectionē. Talem dicit dn̄s sanguinē iustum
a sanguine abel vsq̄ ad sanguinē zacharię.
Pręcipue autē ꝙ sanguinē fudit ipse ꝑ no/
bis/ꝛ sacrificiū seipsū obtulit deo. Sicvtiq̄
obtulit/ vt ab inimicis ꝑ iusticia occidere/
tur: hūc imitata martyꝝ milia vsq̄ ad mor
tem pro veritate certarūt/et ab inimicis sę/
uientibus imolata sunt: de q̄bus dicit scri/
Sap.3.b. ptura: Tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos:
et sicut holocausti hostiā accepit illos. Un/
2.Timoth.4.b de ꝛ apostolus dicit: Ego eñ iam immolor.
Sꝫ nō sic iepte de filia fecit holocaustoma
dn̄o: sed sicut pręceptū fuerat pecora offer/
ri et prohibituꝫ fuerat homines immolari.
Magis hoc illi simile videt qō fecit abraā:
quod dn̄s specialiter fieri pręcepit/nō gene
rali lege: vt talia sibi sacrificia fierent aliq̄n
mandauit: immo etiā fieri omino ꝓhibuit.
Distat itaq̄ hoc qō iepte fec̄ a facto abraę:
Gen.22. quoniā ipse iussus obtulit filiū: iste autē fe/
cit/quod ꝛ lege vetebatur: et nullo speciali
iubebatur imperio. Deinde non solū in sua
lege postea/ verūetiā tūc dn̄s in ipso abraę
filio talibus sacrificijs ꝙ nō delectaret ostē/
dit: cum patrem cuius fidem iubendo pro/
bauerat/a filij tamē interfectione ꝓhibuit:
ac arietē quo sacrificiū licite s̄m veterē con/
gruam temporibus consuetudinē comple/
retur apposuit. Si autem hoc quēq̄ mouet
quomodo pie crediderit abraaꝫ dn̄m sacri/
ficijs talibus delectari/si hęc illicite offerun
tur deo: et ideo putat recte credidisse etiam
iepte ꝙ tale sacrificium deo posset esse ac/
cęptum: primo consideret aliud esse vltro
vouere: aliud iubenti obtemperare. Nō eñ
si aliquid pręter morem in domo a domino
institutū seruo iubet atq̄ id laudabili obe/
dientia facit: ideo nō est plectendus/si hoc
facere sponte p̄sumpserit. Deinde habebat
qō crederet abraam: vt ꝑpter diuinū impe/
rium nō parceret filio: nō credens deum ta/
les victimas libenter accipere: sed hoc eum
ꝑpterea iussisse/ vt resuscitaret occisum: et
hinc aliquid tanq̄ deus sapiēs demonstra/
ret. Nam hoc de illo etiā in epistola legitur
quę inscribitur ad hebręos: ꝛ fides eius/qꝛ Heb.11.d.
hoc de deo crediderit ꝙ posset filiū eius su/
scitare/ laudat: Iste vero ꝛ deo nō iubente
neq̄ poscente/ꝛ contra legitimū eius pręc/
ceptum vltro sacrificiū vouit humanū. Sic
eñ scriptū est: Et vouit iepte votū domino
ꝛ dixit: Si traditione tradideris mihi filios
ammon in manu mea: et erit q̄cunq̄ exierit
de ianuis domus męę in obuiā mihi in re/
uertendo me in pace a filijs ammon et erit
domino offeram eum holocaustoma: Non
vtiq̄ his verbis pecus aliquod vouit/ qō
s̄m legē holocaustoma posset offerre. Neq̄
eñ est aut fuit cōsuetudinis/vt redeuntib⁹
cū victoria de bello ducibus pecora occur/
rerent. Quātū aūt attinet ad muta anima/
lia canes solent dominis blando famulatu
alludentes currere in obuiā. De quibus ille
in suo voto cogitare nō posset: ne in iniuriā
dei aliquid: nō solum illicitū/verūetiā con/
temptibile/ꝛ s̄m legē immundū vouisse vi/
deretur. Nec ait: quodcunq̄ exierit de ia/
nuis domus męę in obuiā mihi/offeram il/
lud holocaustoma: sed ait: quicunq̄ exierit
offeram eū: vbi ꝓculdubio nihil aliud q̄ ho
minē cogitauit: non tamen fortasse vnicam
filiam: q̄q̄ illaꝫ in tanta paterna gloria q̄s
posset anteire/nisi forte vxor? Naꝫ ꝙ nō di/
xit q̄cunq̄/sed quicūq̄ exierit de ianuis do
mus męę: solet scriptura masculinū genus
pro quolibet sexu ponere: sicut de abraam
dictum est: Surgēs a mortuo cū eius vxor Gen.23.
mortua fuisset. Quia ergo de hoc voto atq̄
facto nihil videt scr̄ptura iudicasse: sicut de
abraam q̄n filiū iussus obtulit/apertissime

iudicauit:sed tantūmodo scriptū reliquisse
legētibus iudicandū :quemadmodū de fa/
Gen.38.d. cto iude filij iacob / quando ad nurū quidē
suā nesciens intrauit:verū qūtū in ipso fue/
rat fornicatus est:quia meretricez putauit:
neqꝫ approbauit hoc scriptura/ neqꝫ impro/
bauit:sed iusticia ꝛ lege dei cōsulta ęstiman
C dum pēsandūqꝫ dimisit. Quia ergo de isto
iepte facto in neutrā partem sententiā scri/
ptura dei ꝓtulit/vt noster intellectus in iu/
dicādo exercereť / possemus iam dicere deo
displicuisse tale votū/ꝛ ad illam perductaz
esse vindictā vt patri potissimū filia vnica
occurreret: qđ si sperasset atqꝫ vouisset/non
continuo vt eam vidit scidisset vestimenta
sua ꝛ dixisset:Heu me filia mea/ipedisti me:
in offendiculū facta es in oculis meis. De/
inde sexaginta dierū tam longa dilatione
data filię suę/dñs ab vnicę ꝛ charissime ne/
ce eū nō ꝓhibuerit/sicut ꝓhibuit abraā
donec perficiendo qđ vouerat seipsum ꝑcu
teret orbitate grauissima: deum autē neqꝫ
hominis immolatione placaret:ꝛ ideo hu/
iuscemodi pñi pęnā fuisse retributā / ne im/
punitū talis voti relinquereť exemplū:vt
aut ne magnū aliqđ se vouere deo putarēt
homines cū victimas humanas vouerent:
et qđ est horribilius filioꝝ:aut nō vera/sed
potius simulata eadem vota essent cuz ve/
lut exemplo abrahę sperarent qui vouissent/
deū prohibiturū talia vota compleri. Pos/
semus inqꝫ hęc dicere: nisi ab ista sententia
duo nos ꝑcipue diuinarū scripturarū testi/
monia retardarent: vt hanc rem gestā et in
his libris tantę auctoritatꝭ memorię cōmē/
datā diligentius quātū dñs adiuuat ꝛ cau/
tius perscrutemur:ne in vllam partem iudi
cium temerariū ꝓferamus. Vnū /ꝙ in epi/
stola ad hebręos iste iepte inter tales com/
memoratur vt eū culpare vereamur: vbi sic
Heb.11.f. scriptū est: Et qđ adhuc dicam? Deficit enī
me tp̄s enarrādi de gedeon/ barach/sanson
et iepte/ꝛ dauid/ ꝛ samuel/ꝛ ꝓphetis:qui ꝑ
fidē vicerunt regna:operantes iusticiā con/
secuti sunt ꝓmissiōes: Alterū/ꝙ vbi de illo
ista narranť ꝙ tale vouerit ꝛ impleuerit vo
tum ꝑmisit scr̄ptura dicēs: Et factus est sup
iepte spiritus dñi et perrexit galaad et ma/
nasse ꝛ transijt speculā galaad:ꝛ de specula
galaad trāsijt ad filios ammō:ꝛ votū vouit
iepte dño:ꝛ cętera ad hocipsū votū ꝑtinen/
tia:vt omnia quę deinceps facta sūt tanqꝫ
opera spiritus dñi q̄ sup eū factus est intel/
ligēda facta videanť. Ista testimonia nos
compellunt quęrere potius cur factū sit/ꝙ
facile improbare quod factū est. Sed ꝑmo

illud quod ex epistola quę ad hebręos est
commemoraui: inter illos laudabiles viros
qui ibidem recolunť:nō solum est iepte/ve/
rumetiā gedeon: de quo similiter scriptura
dicit: Spiritus domini cōfortauit gedeon:
ꝛ tamen eius factū quod de illo auro prędę
operatū est ephud:ꝛ fornicatus ē post illud
omnis israel:ꝛ factum est domui gedeon in
scandalum:non soluz laudare nō possumꝰ/
verumetiā quia scriptura hinc apertissime
iudicauit/reprobare minime dubitamꝰ:nec
tamen ex hoc vlla fit iniuria spiritui domi/
ni: qui eū confortauit vt hostes populi eiꝰ
tanta facilitate superaret. Cur ergo inter il/ D
los cōmemorať qui per fidem vicerunt re/
gna/operantes iusticiā:nisi quia sancta scri
ptura/quoꝝ fidem atqꝫ iusticiam veraciter
laudat/nō hinc impediť: eorū etiam pecca/
ta/si q̄ nouit/et oportere iudicat notare ve/
raciter? Nam ꝛ in eo quod idem gedeon si/
gnum petēs/sicut ipse locutus est/ tempta/
uit in vellere:nescio vtrū non fuerit trans/
gressus pręceptū/ quo scriptū est: Nō tem/ Deut.6.c.
ptabis dominū deū tuum: Verūtamē etiā
in eius temptatione dominus qđ prenun/
ciare volebat/ ostendit in compluto scilicet
vellere/ ꝛ area tota circūquaqꝫ sicca/figura/
re primum populum israel: vbi erant sancti
cum gratia cęlesti/ tanqꝫ pluuia spiritali:et
postea compluta area sicco vellere/figurare
ecclesiam toto orbe diffusam: habentē non
in vellere tanqꝫ in velamine/sed in aperto
cęlestem gratiam: illo priore populo/velut
ab eiusdem gratię rore alienato atqꝫ sicca/
to. Nec tamē frustra inter fideles ꝛ operan/
tes iusticiam /propter † bonitatē fidelemqꝫ Al. bonam
vitam in qua eū credēdū est esse defunctū:
tale in epistola ad hebręos meruit testimo/
nium. Vtruz autē quia posteaqꝫ dictū est:
Factus est super iepte spiritus dñi:ea secu/
ta sunt / vt votuz illud voueret atqꝫ hostes
vinceret:ꝛ qđ vouerat redderet spiritui do/
mini / omnia deputāda sunt vt perinde ha/
beatur et hoc sacrificiū /tanqꝫ id dominꝰ si/
cut abrahę fieri iusserit: nō facile dixerim:cū
vtiqꝫ de gedeon possit hęc afferri differen/
tia: Quia peccatum quod fecit quādo fecit
ephud / post qđ vniuersus populus forni/
catus est/nulla est eiꝰ cōmemorata ꝓsperi/
tas. Postea vero ꝙ iepte votum vouit/illa
est insignis eius victoria consecuta : pro/
pter quam adipiscendam vouerat : et qua
adepta quod vouerat soluit. Rursus enim
considerandum est quia gedeon etsi non
posteaqꝫ fecit ephud/tamen posteaqꝫ tem/
ptauit dominū (quod vtiqꝫ peccatum fuit)

magna strage hostibus cesis atq̃ superatis
ppl'o acquisiuit salutem. Sic eñ scriptū est:
Et dixit gedeon ad dominū: Non irascatur
indignatio tua in me/ ⁊ loquar adhuc semel
in vellere ⁊c. Iram quippe dei metuebat/ qui
nō nouerat tēptando se peccare qđ de' in le
ge sua manifestissime prohibet. Hoc tñ pec/
catum eius ⁊ mirabilis signi euidētia ⁊ ma/
gna victorię prosperitas liberationisq̃ po/
puli consecuta est. Iam eñ deus statuerat
afflicto populo sbuenire/ atq̃ huius ducis
quē ad hoc opus assumpserat/ vtebat᷑ ani/
mo: nō solum fideli ⁊ pio/ verūetiā subdefi/
ciente et delinquēte/ ⁊ ꝓnunciando quę vo/
E lebat/ ⁊ complendo quę dixerat. Non eñ ꝑ
istos tñ qui etiam si peccauerunt/ inter iu/
stos tamen narrantur/ sed etiam per ipsum
saulem omnimodo reprobatū/ multa deus
1. Reg. 19. d. populo suo pręstitit: in quē insiliuit etiā spi
ritus dei ⁊ ꝓphetauit: nō cum iuste ageret/
sed cum in virum sanctum dauid innocen/
temq̃ seuiret. Agit eñ spiritus domini et ꝑ
bonos et per malos/ ⁊ per scientes ⁊ per ne/
scientes quod agendū nouit ⁊ statuit. Qui
Ioh. 11. f. etiam per caipham acerrimū domini perse/
cutorem nescientē quid dixerit/ insignē pro/
tulit prophetiā: ꝙ oporteret christū mori ꝓ
gente. Quis enim ęgit nisi spiritus domini
Iudic. 6. g. curans ꝓnūciare ventura: vt iudici gedeon
temptare volenti dominū/ et nō credēti qđ
ei fuerat per manū eius de salute populi iā
locutus: hoc potissimū de vellere prius cō/
pluto/ postmodū sicco: ⁊ de ara primū sicca
postea rigata veniret in mentē: vt ꝙ subde/
fecit a fide/ infirmitati eius delictoq̃ depu/
tetur: Q: vero etiam tali eius animo ad hoc
quod generi humano significari oportebat
vsus est deus/ ad eius intelligat᷑ misericor/
diam ⁊ mirabilem prouidentiam pertinere.
Si quis autē dicit omnia scientem fecisse: ⁊
dixisse gedeō ex reuelatiōe ꝓphetica/ vt per
eū signa talia mōstrarent᷑: ne defecisse a fide/
et qđ ei iā ꝓmiserat dñs credidisse/ ꝗ actiōe
ꝓphetica ĩ vellere voluisse tēptare: atq̃ ita
Gen. 30. f. illi' tēptationē fuisse inculpabilē: sicut dolū
Iudic. 6. g. iacob: ⁊ illud qđ dño ait: Non irascat᷑ indi/
gnatio tua in me/ nō ideo dixisse ꝙ irā eius
timeret: sed ꝙ cum consideret nō irasci cum
ea faceret ꝗ spiritu eius dictante facienda
esse tanq̃ propheta sentiret. Dicat vt vide/
tur/ dummodo illud quod de facto ephud
scriptura ip̃a culpauit quodlibet significet/
Iudic. 7. f. nō audeat excusare a peccato: Nā ⁊ illud ꝙ
trecenti viri ad signum crucis ipsi numero
pertinētes hydrias fictiles acceperūt/ eisq̃
ardētes faculas incluserūt: quibus hydrijs

fractis repente lumina numerose micantia
tantā hostiū multitudinē terruerunt/ tanq̃
ex suo arbitrio videtur fecisse gedeon. Non
eñ scriptura dicit dominum admonuisse vt
hoc faceret: ⁊ tamen tam grande signū quis
eius animo atq̃ consilio faciendū/ nisi do/
minus inspirauit: qui ꝑfigurauit sanctos
suos thesaurum euangelici luminis in va/
sis fictilibus habituros: sicut apostolus di
cit: Habemus autem thesaurū istum in va/ 2. Cor. 4. b.
sis fictilibus? Quibus in passiōe martyrij
tanq̃ vasculis fractis maior eorum glorię
fulgor emicuit: quę impios euangelicę prę/
dicationis inimicos inopinata illis christi
claritate superauit. Seu ergo per scientes: F
seu per nescientes pręfigurationem prędi/
cationemq̃ futurorū spiritus domini pro/
pheticis temporibus operatus est: nec ideo
peccata eorum dicendum est non fuisse pec
cata: quia et deus qui etiam malis nostris
⁊ bene vti nouit/ etiam ipsis eorum pecca/
tis vsus est ad significāda quę voluit. Pro
inde si propterea peccatum non fuit: siue cu
iuslibet necis humanę/ siue etiā parricidale
sacrificiū/ vel vouere/ vel reddere: quia ma/
gnum aliquid et spiritale significauit: fru/
stra deus talia prohibuit: et se odisse testa/
tus est: quoniam et illa quę fieri iussit/ vtiq̃
ad aliquam significationem rerum spirita/
lium/ magnarumq̃ referuntur. Cur ergo il/
la prohiberet: quandoquidē poterant pro/
pter eandem rerum earundem significatio
nem/ propter quam ⁊ ista licite fiebant/ ni/
hilominus licite fieri: nisi quia nec tale ali/
quid significātia quale expedit credere/ hu/
mana deo sacrificia placuerūt: quando nō
ꝓ iusticia quisq̃ ab inimicis/ q: recte viuere
voluit/ aut peccare noluit interimit᷑: sed hō
ab hoīe tanq̃ electa hostia more pecoris im/
molat᷑? Quid si ait aliquis: quoniā pecorū
victimę iam eo ip̃o quo fuerant vsitatę: q̃/
uis et ipsa a recte intelligentibus ad signifi
cationem spiritalium referuntur: minus ta
men faciebant intentos ad magnum sacra/
mentum christi et ecclesię requirendū: pro/
pterea deus re insigni et inopinata volens
quasi dormientes hominum animos exci/
tare: eo magis quo talia sibi sacrificia offer/
ri vetuerat/ curauit sibi eiusmodi aliquid of
ferendū/ vt ipsa admiratio magnam gigne/
ret questionē: ⁊ magna questio ad perscru/
tandum magnū mysteriū studiū pię mētis
erigeret: pie vero scrutās mens hominis al
titudinē prophetię/ velut hamo piscem do/
minum christū de profundo scripturarū le/
uaret. Huic nos rationi ⁊ considerationi nō

obsistim⁹. Sȝ alia questio est de animo vo/
uentis: alia de prouidentia dei qualicunqȝ
animo ei⁹ optime vtentis. Quobrem si spi/
ritus dñi qui factus est sup iepte/ vt hoc vo
ueret omnino ꝑcepit: quod quidē scriptura
nō aperuit: tamē si hoc ille ꝑcepit cuius nō
licet iussa contēnere: nō solū insipientia cul
panda nō est/ verūetiā laudanda obediētia
est. Hoc em̄ etiāȝ si se homo ipse interimat:
qꝺ vtiqȝ humana voluntate atqȝ cōsilio fa/
cere nefas est: profecto intelligendū est obe
dienter fieri potius ꝙ scelleste/ si diuinitus
iussum est: de qua questione satis in primo
Aug° de ciui/tate dei.li.i.ca.21. libro de ciuitate dei disputauimus. Si au/
tem iepte humanū secutus errorē humanū
sacrificiū vouendū putauit: eius quidē pec
catū de vnica filia iure punitū est: qꝺ etiam
ipse verbis suis satis videtur ostendere vbi
ait: Heu me filia mi impedisti me/ in offēdi/
culū facta es ī oculis meis: discissis etiā ve/
stimentis suis. Uerūtamen is etiā eius er/
ror habet aliquā laudē fidei: quia deum ti/
muit: vt qꝺ vouerat redderet/ nec diuini in
se iudicij sententiā declinauit: siue sperans
deū prohibiturū/ sicut fecit abrae/ siue eius
voluntatē etiā nō prohibentis intellectum
facere potius ꝙ contēnere statuētis. Quāquā
⁊ hic merito queri potest: vtrū verius intel/
ligitur hoc deū nolle fieri: et in eo poti⁹ deo
si non fieret obedireꝭ/ quoniā h̄ se nolle ⁊ in
abrae filio ⁊ in legitima prohibitione mon/
strauerat. Uerūtamē si propterea iepte nō
faceret: sibi potius in vnica pepcisse/ ꝙ dei
voluntatem secutus esse videretur. Magis
ergo intellexit in eo ꝙ ei filia occurrit vltorē
deū: iusteqȝ pene se fideliter subdidit timēs
seuiorē tanqȝ de tergiuer satione vindictā.
Credebat em̄ etiā bone ⁊ virginis animā fi
lie bene recipi: ꝙ nō seipsa vouerat imolan/
dam/ sed voto ⁊ voluntati nō restiterat pa/
tris/ ⁊ dei fuerat secuta iudiciū. Mors enim
sicut nec sibi a quoqȝ sponte/ nec cuiqȝ spon
te inferenda est: ita deo iubente recusanda
nō est: cuius cōstitutione quocunqȝ tēpore
obeunda est: nec quisqȝ qui eam perpeti de/
tractat vt omnino euitetur/ sed tantummo/
do vt differaꝭ laborat. Hec autē festinanti/
bus nobis de predicta questione satis esse
vtcunqȝ discussa ꝓ hac quidē parte visa sūt.
b Nūc iam quid spiritus domini/ siue per ne/
scientem iepte/ siue per scientem/ siue ꝑ eius
imprudentiā/ siue per obedientiaȝ/ siue per
offensionē/ siue per fidē in hac re gesta ꝑfi
gurauit/ ꝙtum deus adiuuat requiramus:
breuiterqȝ pandamus. Admonet em̄ nos ⁊
vrget quodāmodo iste sanctarū scripturaꝝ
locus cogitare quendā potentē virtute. Ta
lis em̄ dicitꝭ iepte: quod nomen interpretaꝭ
aperiens. Dominus autē iesus christus/ si/
cut indicat euangeliū/ discipulis suis ape/ Luc.24.g.
ruit sensum vt intelligerent scripturas. Hūc
iepte fratres eius reprobauerūt: ⁊ de pater/
na domo expulerūt: obijciētes ei/ ꝙ esset fi/
lius fornicarie: tanqȝ ipsi essent de vxore le/
gitima nati. Hoc etiā egerunt aduersus do/
minū principes sacerdotū ⁊ scribe ⁊ phari/
sei: qui de legis obseruatiōe gloriari vide/
bantur/ tanqȝ ille solueret legē: ⁊ idō veluti
nō esset legitimus filius. Et quoniā de san/
cta quidē virgine corpus assumpserat: qꝺ
fidelibus notū est/ tamē eius mater ꝙtum
ad gentē ptinet/ etiā illa iudaica synagoga
dici potest. Reuoluat qui voluerit prophe/
ticos libros/ ⁊ videat quotiens ⁊ quāta ver
bi seueritate atqȝ indignatione domini illa
gēs velut impudica mulier de suis fornica/
tiōibus arguaꝭ. Unde est etiā illud in hoc
libro recentissimū: vel cū post ephud/ quod
fecit gedeon/ omnis israel legitur fornicat⁹:
vel ꝙ abierūt post deos gentiū quib⁹ erant
circūdati: Unde in illos diuina ira cōmota
est: vt per annos decē et octo conuerterenꝭ
a filijs ammō. Sed nūqd nō ex eadē gente
israel etiā illi nati erant sacerdotes et scribe
⁊ pharisei: quos in eis diximus fuisse ꝑfigu
ratos: qui iepte tāqȝ isti dominū iesum chri
stū/ veluti nō legitimū filiū persecuti expu/
lerūt? Sed in eo similitudo adumbrata est:
ꝙ isti (vt dixi) veluti legis obseruatores cū
qui contra precepta legis facere videbatur
tanqȝ legitimi nō legitimū iure sibi visi sūt
eiecisse. Scōm hoc enim plebs illa dicta est
fornicari: ꝙ legis ꝑcepta nō seruans tanqȝ
viro nō exhibebat fidē. Sic autē scriptū est b
de iepte: Et creuerunt filij vxoris ⁊ eiecerūt
iepte. Uerbū qꝺ positū est/ creuerūt: signifi
cat in figura/ preualuerūt: Quod in iudeis
impletum est: qui preualuerunt infirmitati
christi: quia ita voluit vt ab eis que oporte
bat passione perferret: sicut hoc idē signifi/ Gen.32.f.
cans iacob preualuit angelo: cū quo vt id/
ipsum portenderet luctabaꝭ. Dixerūt ergo
ad iepte: Non hereditabis in domo patris
nostri: quoniā filius mulieris fornicarie tu:
Tanqȝ dicerent quod euangeliū loquitur:
Non est iste homo a deo qui sic soluit sab/ Joh.9.c.
batū. Se autē velut iactantes legitimos fi
lios domino dixerūt: Nos ex fornicatione Joh.8.e.
nō sumus nati: vnū patrē habemus deum.
Et fugit iepte a facie fratrū suoꝝ: ⁊ habita/
uit in terra thob. Fugit/ quoniā se quātus
esset abscōdit: Fugit/ quoniam eos seuicn/

1.Cor.2.b. tes latuit. Si enim cognouissent: nunq̃ dñm
glorie crucifixissent. Fugit: quoniam morientis in-
firmitatem viderunt: virtutem autem resurgentis
non viderunt. Habitauit autem in terra bo-
Al.†optima na / vel vt expressius dicamus / †optima. Quod
Al.†optimũ enim grece αγαθον / hoc latine† opimum dicitur:
Id autem interpretatur thob: Ubi mihi videtur in-
telligenda eius a mortuis resurrectio. Nam
que terra magis opima q̃ terrenum corpus
excellentia immortalitatis et incorruptionis
indutum? Quod autem dicitur de iepte: quia
posteaq̃ fugiens a facie fratrum suorum habita
uit in terra thob / colligebantur ad eum viri la-
trones qui ambulabant cum ipso. Quamq̃ et ante
passionem obiectum fuerit domino: q̃ cum publi
Matth.9.b. canis et peccatoribus manducaret: quando
respondit: non esse necessarium sanis medicum
Esaie.53.d. sed egrotis: et inter iniquos deputatus est
Luc.23.f. quando inter latrones crucifixus est: et vnum
ex eis de cruce in paradisum transtulit: tamen
posteaq̃ resurrexit et esse cepit / secundum id quod supra
exposuimus / in terra thob / collecti sunt ad
illum scelerati homines propter remissionem
peccatorum: Qui cum illo ambulabant: quia secundum
eius precepta viuebant. Neq̃ hoc fieri desi-
nit vsq̃ nunc / et deinceps quousq̃ ad eum con-
fugiunt mali: vt iustificet impios qui ad eum
I conuertuntur: et discant iniqui vias eius. Nam
illud / q̃ hi qui abiecerant iepte: erat enim ga-
laadites / conuersi sunt ad eum et quesierunt eum:
per quem liberarentur ab inimicis suis: q̃ clara
prefiguratione significat: q̃ hi qui abiecerunt
christum / ad eum rursus conuersi in illo reperiunt
salutem: siue illi intelliguntur / quos petrus apo-
stolus cum de ipso scelere arguisset: sicut in
actibus apostolorum legitur: et hortatus esset
vt ad eum conuerterentur quem fuerant per-
secuti: compuncti sunt corde: et ab illo quem
a se alienauerant / desiderarunt salutem. Quid
est autem liberari ab inimicis / nisi a peccatis?
Act.2.f. Sic enim illis ait: Agite penitentiam: et bapti-
zetur vnusquisq̃ vestrum in nomine domini iesu chri-
sti: et remittentur vobis peccata vestra: siue il-
la potius significetur que in fine speratur vo-
catio gentis israel. Magis quippe ipsa vide
tur apparere in eo quod dicitur: Et factum est post
dies: quod vtiq̃ post tempus significat: et per
hoc insinuat non illud intelligendum quod re-
centi domini passione est / sed quod postea fu-
turum est. Quo videtur etiam id pertinere / q̃
seniores galaad venerunt ad iepte: vt per eta-
tem senilem posteriora et nouissima tempora
accipienda sint. Interpretatur autem galaad
abijciens siue reuelatio: Quorum vtrumq̃ sa-
tis apte huic rei congruit: quia primo domi
num christum abiecerunt: eisq̃ postea reuela-
bitur. Q̃ vero contra filios ammon dux que-
rebatur iepte: quibus victis liberarentur: qui
eo duce aduersus illos bellare cupiebant:
quoniam interpretatur ammon filius populi mei /
siue populi meroris: profecto illi significantur
inimici qui ex ipsa gente perseuerantes in infi-
delitate predicti sunt: aut omnino penis ge-
henne predestinati: vbi erit fletus et stridor Matth.25.c.
dentium tanq̃ populo meroris: Quamq̃ populus
meroris / etiam diabolus et angeli eius non in-
conuenienter intelliguntur: siue quia eternam mi-
seriam eis quos decipiunt acquirunt: siue quia et
ipsi eterne miserie deputati sunt. Eleganter
sane ad exprimendam multo euidentius prophe
tiam iepte respondit senioribus galaad: Non-
ne vos odio habuistis me: et eiecistis me de
domo patris mei: et emisistis me a vobis: et
quid est q̃ venistis quando tribulati estis? Tale ali Gen.37.et.
quid figuratum est in ioseph: quem fratres ven- 42.43.et.44.
dentes abiecerunt: et cum fame tribularentur
ad eius opem misericordiamq̃ conuersi sunt.
Hic vero multo amplius elucet significatio
futurorum: q̃ non ipsi prorsus fratres qui eiece
runt iepte ad eum venerunt: sed galaad senio-
res pro vniuerso illo populo eidem suppli-
cantes. Sicut eadem gens dicitur israel: siue in eis qui
tunc fuerunt christumq̃ reprobauerunt: siue in
eis qui ad eius opem postea reuersi sunt: Popu
lo enim dicit inimico: siue in maioribus / siue in
posteris suis longa odia trahenti atq̃ seruan-
ti: tandemq̃ conuerso vel eis qui tunc conuertendi sunt:
Nonne vos odio habuistis me: et eiecistis me
de domo patris mei? Hoc enim eis visum est qui
persecuti sunt q̃ eiecerunt christum de domo da-
uid: in qua regni eius non erit finis. Et dixe- K
runt seniores galaad ad iepte: Non sic modo
venimus ad te: Tanq̃ dicerent iudei conuer-
si ad christum: Tunc venimus vt persequere-
mur: modo venimus vt sequamur. Profi-
tentur etiam aduersus inimicos eum futurum sibi
caput. Respondet ille: si eorum vicerit inimicos
q̃ erit eis in principe: quod gedeon noluit / cum
id israelite voluissent. Respondit quippe illis:
Princeps vester dominus erit. Rex enim nomine prin-
cipis significatur: quod nondum habebat gens illa
tempore iudicum. Ceperunt autem habere saulem: et de-
inceps successores eius alios qui in libris re-
gnorum leguntur. Nam in deuteronomio cum Deut.17.
eis precipitur qualem debeant habere regem:
si hoc eis placuerit: non ibi rex / sed princeps ap-
pellatur. Sed quia iste iepte illum figurabat qui
verus est rex: quod etiam in titulo scriptum fuit qui Joh.19.d.
cruci eius affixus est: quem pilatus delere vel
emendare non ausus est: ideo credendum est
esse dictum: Ero vobis in principem: illi autem
dixerant: eris nobis in caput: quoniam caput vi-

ri christus: et ipse est caput corporis ecclesię. Denique postea[q] eos liberauit iepte ab omnibus inimicis/ nō eis factus est rex: vt intelligeremus illud qd dictū est/ ad pphetiā potius pertinuisse de christo [q] ad ipsū ppriie iepte: de quo scriptura narrationem ita concludit: Et iudicauit iepte israel sex annis: et mortuus est iepte galaadites: et sepultus ē in ciuitate sua galaad. Iudicauit ergo isrl sicut ceteri iudices: nō ibi regnauit vt princeps: sicut hi qui in regnorum voluminibus continentur. Iā vero [q] postea[q] eis idem iepte dux cōstitutus est: misit nuncios ad hostes prius pacis verba portātes / illud ostenditur quod ait apostolus in quo christus loquebaf: Sed fieri potest [q] ex vobis est/ cū omnibus hominib[us] pacem habentes. Verba porro ipsa quę mādauit iepte/ omnia pertractare nimis longū est festinantib[us] nobis: videntur tamen mihi sic intelligenda / [q]tū attinet ad significationē futurorum: vt in eis aduertatur doctrina christi: admonens nos quemadmodū sit ambulandum: hoc est viuendū inter eos qui non fm ppositum vocati sunt: Nouit eīm dominus qui sūt eius. Iam vero [q] cum esset debellaturus inimicos factus est super eum spiritus domini/ significatur spiritussanctus impertitus membris christi. Q[uod] autem pertransyt galaad et manasses: et trāsyt speculā galaad: et ab specula galaad trāsit ad filios ammō/ pficientia significātur membra christi ad victoriā de inimicis reportandā. Galaad quippe interpretaf abyciens: et manasses necessitas. Transeundi sunt ergo a proficientib[us] abycientes/ id est contēnentes: trāseunda et necessitas/ ne forte cū transierit qui pficit contemnētes/ cedat terrentibus. Transeunda etiam specula galaad: quoniā galaad etiam reuelatio interpretatur. Est autem specula altitudo ad prospiciendū vel despiciendū: id est desuper aspiciendū. Specula itaq[ue] galaad congruenter mihi videtur significare superbiā reuelationis. Unde dicit apostolus: Et in magnitudine reuelationū ne extollar. Ergo et ipsa transeunda est: id est nō est in ea manendū pper cadendi periculū. His pertransitis facile superanf inimici: qd significat dicēdo: Et ab specula galaad trāsyt ad filios ammon: De quibus inimicis iā sup dictū ē. Et vouit iepte votū/ et dixit: Si traditione tradideri mihi filios ammon in manu mea: et erit q[ui]cū[que] exierit de ianuis domus meę in obuiam mihi in reuertendo me in pace a filijs ammon: et erit domino: et offeram eū holocaustoma. Quęlibet in hoc

Roma.12.d.

2. timoth.2.c.

R

1. Cor.12.b.

loco cogitauerit iepte fm cogitationem humanam/ nō videtur vnicam filiā cogitasse: Alioquin nō diceret cū illam cerneret occurrisse: Heu me filia mi impedisti me: in offendiculum facta es in oculis meis. Impedisti eīm ita dictū est: tan[q] ad hoc se impeditum iudicauerit/ ne illud qd cogitarat impleret. Sed quē potuit cogitare pmitus occurrentem/ qui filios alios nō habebat? An cōiugem cogitauit: et vt hoc fieret deus noluit: et vt nō relinqueret impunitū: ne quis deinceps id auderet/ et vt magna prouidentia ex hoc quoq[ue] ipso quod accidit sacramentū ecclesię figuraret. Ex vtroq[ue] igitur prophetia coaptata est: ex eo [q] vouens cogitauit: et ex eo [q] nolenti contigit. Si etem coniugem cogitauit: coniunx christi ecclesia est. Propterea relinquet homo patrem et matrem: et adherebit vxori suę: et erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est in christo et in ecclia. Ego aūt dico i christo et in ecclia. Sed quia huius iepte cōiunx virgo esse nō potuit/ in eo [q] filia potius occurrit et inulta nō remansit: prohibitū sacrificiū vouentis audacia/ et virginitas ecclesię figurata est. Nec abhorret a vero [q] filię nomine eadem significaf ecclesia: Nā cuius alterius typum gerebat etiā illa mulier: cui post tactā fimbriam suam sanatę: ait dñs? Filia fides tua te saluam fecit: vade in pace. Et certe (vnde nullus ambigit) discipulos suos ipse sponsi filios appellauit: et se apertissime sponsum indicauit: Non possunt (inquit) ieiunare filij sponsi [q]diu cū illis est sponsus: venient autē dies cū auferet ab eis sponsus: et tunc ieiunabūt. Holocaustoma ergo erit ecclia: quā virginē castā beatus apostolus appellat: quando in resurrectione mortuorum fiet vniuersa qd scriptū est: Absorpta est mors in victoria. Tunc tradet regnū deo et patri. Quod regnū ipsa ecclia est ipse cui[us] figurā tenet vouēs ille gestabat. Sed qm tūc fiet cū cōpleta fuerit sexta etas sęculi/ ideo sexaginta dierū a virginitate dilatio postulata est. Ex omnib[us] quippe etatib[us] ecclesia congregatur. Quarū prima est/ ab adā vs[que] ad diluuiū: Secūda a diluuio/ id ē a noe vs[que] ad abraam. Tertia ab abraam vs[que] ad dauid. Quarta a dauid vs[que] ad transmigrationem in babyloniā. Quinta ab hac transmigratione vs[que] ad virginis partum. Sexta inde vs[que] in huius sęculi finē. Per qs sex etates tan[q] per sexaginta dies fleuit sctā virgo ecclesia virginalia sua: quia licet virginalia/ tamen fuerāt peccata deflenda: pter quę vniuersa ipsa virgo toto orbe diffusa quoti

Gen.2.d.

Eph.5.g.

Marc.5.d.

1.Cor.15.g.

Ab

Nota sex etates

Matth.6.b. dic dicit: Dimitte nobis debita nr̃a. Eosdē autē sexaginta dies/ duos menses maluit appellare q̃tū existimo/ ꝓpter duos hoīes: vnū p quē mors/ alterū p quem resurrectio mortuoꝝ: ꝓpter quos etiā duo testamenta dicunt. Quod vero factū ē ex p̄cepto in israel: ex dieb⁹ in dies cōueniebāt lamētari filiam iepte galaaditen: q̃ttuor dies in ãno nō puto significare aliqd post impletū holocaustoma: qd erit in vita eterna: sed p̄terita tpa ecclesie in qbus erāt beati lugentes. Quatriduo aūt figurata ē eius vniuersitas/ ꝓpt q̃ttuor partes orbis: p q̄s longe lateq̄ diffusa est. Ad historie vero ꝓprietatē non arbitror hoc decreuisse israelitas: nisi q2 intelligebant in ea re iudiciū dei magis ad perfectionē patrū fuisse deprōptū/ ne tale vouere sacrificiū deinceps vllus auderet. Nā ōre luctus et lamētatio decernere/ si votū illud leticie fuit? Si autē ⁊ illud q̄ populus effrem postea ab eodē iepte debellatus est: ad iudiciū dei/ qd erit in fine/ referendū ē/ si/ cut ipse dn̄s dicit: Eos q̄ noluerūt me regnare sibi/ adducite ⁊ interficite corā me: nec ibi q̃dragintaduo milia qui ceciderūt vacanti numero commemorati sunt: Sicut eñ illi duo menses ꝓpter sexaginta dies senariū numerū sex etatū significāt: ita ⁊ ibi series septenari⁹ duct⁹ hoc idē figurat/ q̃tū ad sex etates seculi ptinet: sexies eñ septē quadragintaduo sunt. Nec frustra et ipse iepte sex annis populum iudicauit.

(margin: Al. finstra etionem — Luc.19.b.)

Quō p̄cipiat matri sansonis ne manducet quid imundū: cū prius preceptum sit: Questio.L.

Queri potest quō dixerit angelus ad matrē sansonis cū annunciaret ei filium futurū: q2 sterilis erat. Et nunc obserua ⁊ nō bibas vinū ⁊ siceră: nō manduces omne immundū. Quid est eñ imundū: nisi forte dissolutio discipline q̄ esse ceperat in israel: ⁊ iā ad ea mãducanda eos labefecerat q̄ ꝓhibuerat de⁹ etiā in genenb⁹ alalium? Cur eñ nō credat etiā hoc eos multo pdiuitius facere potuisse/ qui etiam ad cultū idolorum transgrediebantur?

(margin: Judic.13.a.)

Quō mater sansonis plura dicat sibi dicta ab angelo q̄ angelus legat eidē dixisse: Questio.LI.

Quod mater sansonis viro suo indicans queadmodū illi angelus annunciauerit filiū futurū dixit: Et interrogabā eū vnde esset: ⁊ nomē suū nō annunciauit mihi. Queri pōt vtrū verū dixerit: qm̄ hoc nō legit cū ei angelus loqueret. Sed intelligendū est hoc ibi scripturam tacuisse: hic aūt cōmemorasse qd ibi tacuerat. Illō etiā q̄ nō ait: interrogaui eū qd vocaretur: ⁊ nomē suū nō annunciau ⁊ mihi: sed ait: Interrogaui vnde esset: videt inconsequens qd addidit: ⁊ nomē suū nō annūciauit mihi. Nō eñ nomē ei⁹ interrogauerat cū q̃reret vnde esset/ sed locū vel ciuitatē/ cū hominē putaret. Nā ⁊ hoiē dei eū appellauit/ specie tñ vel habitu angelo similē: hoc est q2 tam p̄clarū vidit sicut ipsa narrauit. Sz ita distinguatur: Et interrogabā eū vñ esset et nomē suū/ vt subaudiat/ interrogabā eū: et postea inferat: nō annūciauit mihi: nō habet q̃stionē: Ad vtrūq̄ eñ referri potest/ qd ait: non annunciauit mihi: id est/ nec vnde esset/ nec nomen suum.

(margin: Judic.13.b.)

Quō ⁊ plura ⁊ pauciora recitat q̄ audiuit: Questio.LII.

Item qd ait eadē mulier dictum sibi esse ab angelo: qm̄ nazareus dei erit puer a ventre vsq̄ ad diē mort' sue: non legit ab angelo dictū. Et quod legitur dictum: Ipse incipiet saluum facere israel de manu philistijm/ non est a muliere commemoratum. Itaq̄ et aliqd nō dixit qd audiuit: ⁊ tñ nihil credēdā ē dixisse qd nō audiuit: sed scripturā poti⁹ nō oia vba angeli posuisse: cū ipm mulieri loquētē insereret narrationi. Id autē dictū ē: a vētre vsq̄ ad diē mortis sue: q2 nazarei dicebāt in lege ad tēpus qui votū habebāt: sm ea q̄ scriptura per moysen p̄ceperat. Vñ hoc est qd huic iussū est vt ferrū nō ascēderet in caput ei⁹: ⁊ vinū et siceram nō biberet. Hoc eñ tota vita sua obseruauit sansō: qd illi q̄ vocati sūt nazarei certis diebus obseruabant: vouentes votumq̄ reddentes.

(margin: Judic.13.b.)

Quō manue ignorauit: q2 angelus dei est: Questio.LIII.

Quod dic scriptura: Qm̄ ignorauit manue/ q2 angelus dei ē: manifestū est etiā eius vxorē hominē credidisse. Qd ei dixit: Vim faciam⁹ tibi nūc: ⁊ faciamus i ꝓspectu tuo hedū capraꝝ: tāq̄ hoiem inuitauit: sed ita vt b cū illo epularet qd sacrificiū fecisset. Nā facere hedū capraꝝ non solet dici/ nisi cū fit sacrificiū. Deniq̄ ⁊ ille ita rñdit: Si vim feceris mihi/ nō mãducabo de panib⁹ tuis: vbi ondit se fuisse ad epulas inuitatū. Deinde addidit: Et si feceris holocaustū dn̄o offeres illud. Vtiq̄ iō dixit: Si feceris holocaustū: q2 ille dixerat: faciam⁹ in ꝓspectu tuo hedū capraꝝ. Nō aūt oē sacrificiū holocaustū erat: Nā de holocausto non mãducabat: q2 totū incēdebat: ⁊ iō vocabatur holocaustū. Sz angelus etiā nō mãdu/

(margin: Judic.13.c.)

caturus holocaustuʒ poti⁹ fieri admonuit: nō tñ sibi/ sed dño: propter hoc maxime/ qꝛ gens israel illo tpe ꝯsueuerat q̄buslibet diis falsis sacrificare: vñ ꝛ tūc offēderat deū/ vt traderet inimicis p q̄draginta annos.

Quō viso angelo dicūt se deum vidisse: Questio. LIIII.

Quid sibi vult ꝙ posteaq̄ manifestatus est manue ꝛ vxori eius angelus q̄ cū eis loquebatur/ dixit idē manue
Judic. 13. d. vxori sue: Morte moriemur: qm̄ deū vidimus: ex illa scʒ legis sentētia: vbi scriptū ē:
Exo. 33. d. Nemo pōt faciē meā videre ꝛ viuere. Opinabant̄ ḡ vt hoies deū se vidisse: tāto vtiq̄ miraculo facto/ ꝙ in igni sacrificij stetit/ q̄ cū illis prius q̄si hō loquebat̄. Sed deū in angelo/ an deū ipsum angelū appellabant? Sic em̄ scriptū est: Et sumpsit manue hedū caprarū: ꝛ sacrificiuʒ obtulit sup petrā dño mirabilia facienti: ꝛ manue ꝛ vxor ei⁹ expectabant. Et factū est dū ascēderet flamma desup altare ad cęlū: ꝛ ascēdit angelus dñi i flāma: ꝛ manue vxorq̄ illi⁹ expectabāt: Et ceciderūt sup faciē suā sup terrā: ꝛ nō apposuit vltra angelus dñi apparere ad manue ꝛ ad vxorē eius. Tūc cognouit manue: qm̄ angelus dñi est: et dixit manue ad vxorem suā: Morte moriemur/ qm̄ deū vidim⁹. In his ergo verbis quia nō dixit: morte moriemur/ qm̄ angelū dñi vidimus: sed deū vidimus/ oritur quęstio: vtrū in angelo intelligebāt deū: an eundē angelū deū vocabāt. Illud em̄ tertiū qd deū putauerāt qui erat angelus: dici nō potest/ apertissime dicente scriptura: Tūc cognouit manue/ qm̄ angelus dñi est. Sed vnde metuebāt mortē? Nō em̄ scriptura in exodo dixerat: Nemo videt faciem angeli ꝛ viuet: sed faciē meā dixit cum deus loqueret̄. An ꝛ in hoc ipso ꝙ in angeli p̄sentia deū cognouerat manue/ ita pturbatus est vt mortē timeret? Qd autē illi vxor sua respōdit: Si vellet dñs mortificare nos/ non accępisset de manu nr̄a holocaustoma ꝛ sacrificiū: nec illuminasset nos ad oia hęc: ꝑ nec inaudita fecisset nobis hęc. Utrū ipm angelū crediderūt accępisse sacrificiū: quia viderūt eū in altaris flāma stetisse? An per hoc intellexerūt accępisse dñm: qꝛ hoc fecit angelus vt se ostēderet angelum? Quōlibet autē hoꝝ sit/ iā tñ angelus dixerat: Si autē facis holocaustū/ dño offer illud: hoc est nō mihi/ sed dño. Qꝛ ergo stetit angelus in altaris flāma/ magis significasse intelligēdus
Esaie. 9. b. est illū magni cōsilij angelū in forma serui: hoc est in hoie quē suscępturus erat: nō accępturū sacrificiū/ sed ipm sacrificiū futurū.

Quō dicatur sanson percussisse alienigenas tibiam super femur: Questio. LV.

Quid est qd dictū est ꝙ pcussit alienigenas sanson tibiam sup femur. Judic. 15. d.
Quis em̄ habet tibiā super femur: cum tibia deorsum versus nō sit nisi a genu vsq̄ ad talum. Deinde si locum corporis significauit vbi eos vulnerauit/ nunquid nā oēs quos pcussit in vno corporis loco fuerat vulneratur⁹? Qd si esset credibile possem⁹ forsitan suspicari eū pugnasse tibia alicui⁹ animalis tanq̄ fuste: ꝛ ea illos sup femora pcussisse: sicut de illo scriptū ē/ ꝙ maxilla asini mille occiderit. Sed neq̄ illō/ vt dixi credibile est/ ꝙ pugnās vnū tm̄ locū obseruauerit vbi eos pcuteret: Et non ait scriptura/ pcussit eos tibia sup femur/ sed tibiā sup femur. Nimirū ergo inusitata locutio facit obscuritatē. Ita em̄ dictū est/ ac si diceretur: pcussisse eos valde mirabiliter: id est vt admirando stupentes tibiā sup femur ponerēt: tibiā .s. vni⁹ pedis sup femur alterius: sicut solent sedere qui mirādo stupent. Tanq̄ si diceret̄: pcussit eos manū ad maxillā. i. tanta cęde/ vt manū ad maxillaʒ tristi admiratione ponerēt. Hunc sensuʒ ita se habere etiā interp̄tatio q̄ est ex hebręo satis edocet. Nam ita legitur: Percussit eos ingenti plaga: ita vt stupētes suram femori imponerent: Tale est enim: ac si diceret: tibiam femori imponerēt: qm̄ sura vtiq̄ retrorsus cum tibia est.

Quid sit: Ne forte occuratis in me vos: Questio. LVI.

Quid est quod ait sanson viris iuda: Judic. 15. c.
Jurate mihi ne interficiat̄ me vos: ꝛ tradite me eis ne forte occurratis in me vos? Quā locutionē ita nonnulli interpretati sunt: ne forte veniatis aduersum me vos. Sed hoc eū ne ab his interficeret̄ dixisse illō indicat qd in regnoꝝ libro scptū est/ iubente salomone vt hō occideret̄: ꝛ dicente: Uade occurre illi. Qd ideo nō intelligit̄: qꝛ nō ē ꝯsuetudinis apd nos ita dici: Sic em̄ qd militares potestates dicūt: Uade alleua illū: ꝛ significat occide illū: q̄s intelligat nisi q̄ illi⁹ locutiōis ꝯsuetudinē nouit? Solet ꝛ vulgo apud nos dici: cōpediauit illi: qd est occidit illū. Et hoc nemo intelligit: nisi qui audire ꝯsueuit. Hęc est em̄ vis generalis oim locutionū: vt quēadmodum ipsę lingue nō intelligant̄/ nisi audiēdo vel legendo discant̄.

Sancti augustini hipponēsis epi/ Quęstionū liber septim⁹ sup Judicū/ explicit.

Argumētū. Annotatio capitulorū

Diui aurelij augustini hipponē sis episcopi / in quattuor libros d̄ anima et eius origine / ex libro re tractationū / Argumentū.

Odē tpe quidā vincentius victor in mauritania cesariēsi / inuenit apud hispanū quendā p̄sbytex petrū nonnullū opusculū meū: vbi quodā loco de origine animę hominū singulox: vtrū ex illa vna p̄mi hominis / ac deinde ex parentib⁹ ppagenł: an sicut illi vni / sine vlla ppagatione singulę singulis denł / me nescire pfessus sum: Uerūtamē scire / animā nō corpus esse / s spiritū. Et ptra ista mea ad eundē petx scripsit ille duos libros: quos mihi d̄ cesarea renatus monach⁹ misit. Quib⁹ ego lectis / respōsione mea q̄ttuor reddidi: Unū ad renatū monachū: Alter ad p̄sbytex petx: Et duos ad eundem victorē. Sed ad petx / q̄uis habeat libri plixitatē / tamē epla est: quam nolui a trib⁹ ceteris separi. In his autē omnibus / in quibus multa necessaria differū tur / defendi de origine anima x: q̄ singulis hominib⁹ danł † cūctationē meā / t multos errores atq prauitates p̄sumptionis eius ostēdi. Quē tamē iuuenē nō p̄prope detestandū / sed adhuc docendū quāta potui lenitate tractaui: t ab eo rescripta † correctionis eius accepi.

Marginal notes: 1. Retract. ca. 56. — Al. p̄ cōstati one mea. — Al. † cō rectionis

Capitulorū libri primi de anima et ei⁹ origine ad renatū / sancti augustini / recollecta annotatio.

1 Beniuolentiā amici cōmendat / eo q̄ diffamiā eius preuenerit.
2 De amicabili interp̄tatione cō (lat.) uitiox / disputādo sibi illatox: t quō de incertis melius sit meliora sentire / q̄ inexplorata culpare.
3 Q̄ eloquij nimia exundātia sit reprimenda: t ne sic laudet eloquētia vt psuadeatur insipientia.
4 Q̄ animam nō de seipso fecerit ipse de⁹ / sed ex nihilo: cōtra qd̄ senserat vincentius.
5 Q̄ non sint corpora sp̄us t aīa: ne ex tribus compacti dicamur corp̄ib⁹.
6 Q̄ anima p carnē inquinari originali pctō minime demereri potuerit.
7 Q̄ deus paruulos in baptismo non sanet de vulnere qd̄ ipse inflixisset.
8 Q̄ anima non meruit esse peccatrix / nec bono merito nec malo.
9 Q̄ nec puuli nec aliqs hoim mēbrū christi fiat / nisi aut baptismate i christo / aut morte pro christo: et de boni latronis preconio christu3 in cruce confitentis.
10 De septenni mortuo puero p christo moriturę sororis precib⁹ a dānatione liberato.
11 Q̄ nec sacrificijs p̄uentox paruulox animę valeant expiari.
12 Q̄ peccata q̄ si bō viueret cōmissur⁹ esset / nō cōmissa nō dnał in mortuo.
13 Q̄ non ob aliud q̄ propter originale peccatu3 animę paruulox nō baptizatox damnentur.
14 Q̄ scrpturarū testimonijs / sētētiarū q̄ dictionū ęquocatiōe ambiguis / nequaq̄ vincēti⁹ pbat nouas singulis animas insufflari a deo.
15 Q̄ sine piculo nesciēda questio sit / an anima ex propagine attrahatur / vel a deo noua infletur.
16 Q̄ nō semp dat de⁹ aīas sicut semp ē deus qui dat: et q perspicuis / non ambiguis testimonijs est agendū.
17 Quomodo sint ex deo hoies: vtrum etiam fm corpus: t quomō ps accipi possit pro toto / et econuerso.
18 Q̄ in proposita de animarū ppagatione vel creatione q̄stione / temere non audeant affirmare qui nesciūt: cum in vtrāq partem ambigua habeatur scriptura.
19 Epilogatiua pclusio libri / t a qb⁹ vincēti⁹ improbatł erroribus sit cauēdū.
20 Quare librum scpserit t renato trāsmiserit.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponēsis epi de aia et ei⁹ origine / ad renatū / liber prim⁹ incipit.

Beniuolētia amici cōmēdat / eo q diffamia ei⁹ preuenerit: Ca. i.

Inceritate3 tuā erga nos renate frater charissime / et fraternā beniuolentiā / ac mutuę dilectionis affectū / pbatū quidē t antea tenebam⁹. Uex nunc pbatiorē nobis amica diligētia demonstrasti / q mihi duos libros eius quidē hois quē penit⁹

ignorabā: nec tamē ideo contemnēdi vincentij victoris: sic em̄ ꝑnotatū ibi nomen ei⁹ inueni: ꝓxime ꝑterita estate misisti. Quis mihi eo q̄ absens fuissem / i autūni fine sint redditi. Quō em̄ tu charissimus meus posses vel deberes i meā non pferre notitiā: cū in man⁹ tuas venissent cuiuslibet hominis q̄lescūq̄ littere: licet ad aliū scribentis / vbi tamē nomē cōmemoraret̃ ⁊ legeret̃ meū: ita vt ꝯtradiceretur ꝟbis meis / que i quibusdā opusculis ędidisse: hoc itaq̄ fecisti / qḋ sincerissimus ⁊ dilectissimus amic⁹ meus facere debuisti.

De amicabili interpretatione cōuitiorū / disputādo sibi illatorū: et quō de incertis meli⁹ sit meliora sentire q̄ ierplorata culpare: Ca. ii.

Sed hinc angor paululum / q̄ adhuc tue sanctitati min⁹ q̄ vellē cognit⁹ sum: quādoquidē putasti me sic acceptuꝝ / quasi tu mihi iniuriā feceris / notū faciēdo qḋ alius fecit. Quātū aūt hoc absit ab animo meo / vide: vt nec ab illo q̄dē me passum iniuriā ꝯquererer. Cū em̄ aliter q̄dā q̄ ego saperet / nūq̄d nā debuit reticere? Uñ mihi gratū esse debet / q̄ ita non tacuit / vt id etiam legere possimus. Debebret quidē tm̄ scribere potius ad me / q̄ ad alteꝝ de me. Sed ille q̄ mihi esset ignotus: non ē ausus se mihi ingerere / in meoꝝ refutatione dictoꝝ. Nec consulendū me putauit: vbi sibi videt̃ minime dubitandū: sed plane cognitā ⁊ certā tenere sententiā. Obtēperauit aūt amico suo: a quo se vt scribe ret dicit esse compulsū. Et si q̄d inter disputandū / qḋ in meā ꝯtumeliā redundaret expressit: non eū conuitiātis volūtate crederim / sed diuersa sentiēt̃ necessitate fecisse. Ubi em̄ mihi anim⁹ erga me hoīs ignotus est ⁊ incertus: melius arbitror meliora sentire / q̄ lexplorata culpare. Fortassis em̄ amore mei fecit / sciens ad me ꝑuenire posse qḋ scripsit: dū in eis rebus errare me nō vult: in quib⁹ se potius errare nō putat. Et ideo debeo etiā eius habere gratā beniuolentiā: cui⁹ me necesse est improbare sententiā: Ac ꝑ hoc in eis q̄ nō recte sapit / adhuc leniter corrigēd⁹ mihi videt̃: nō aspere detestādus: ꝑsertī q2 sicut audio / nuꝑ catholicus fact⁹ ē: Qḋ ei gratulādū ē: Caruit em̄ donatistaꝝ / vel poti⁹ rogatistaꝝ diuisione ⁊ errore quo antea tenebat̃: Si tamē catho licā veritatē sicut oportet intelligat: vt vere de illius conuersione gaudeamus.

Qꝫ eloquij nimia exundantia sit repmēda: ⁊ ne sic laudet̃ eloquentia / vt psuadeat̃ insipiētia: Ca. iii.

Habet em̄ eloquiū quo possit explicare q̄ sentit. Uñ cū illo agendū ē / eiq̄ optādū vt recta sentiat: ne faciat esse delectabilia q̄ sunt inutilia: ⁊ q̄ disserta dixerit / vera dixisse videat̃. Quis et i ipso eloquio habeat multa emēdāda: ⁊ nimia exundātia repmenda. Qḋ i illo tibi quoq̄ vt viro graui / sicut tua indicāt scripta displicuit. Sed hoc vel facile corrigit̃: vel sine detrimēto fidei a leuib⁹ mentibus amatur: tolerat̃ a grauibus. Habemus em̄ iā quosdā spumeos in sermone / sed in fide sanos. Nō itaq̄ desperandū est etiā hoc in isto: quis sit itolerabile si pmanserit: posse tm̄ expurgari ⁊ tēperari / atq̄ ad integrū et solidū / vel pduci / vel reuocari modū: ꝑsertim quia iuuenis eē phibet̃: vt qḋ min⁹ habet peritia / suppleat diligentia: ⁊ qḋ cruditas loq̄citatis eructat / etat̃ maturitas decoquat. Illud est molestū et periculosū vel perniciosum / si cū laudat̃ eloquētia / psuadetur insipientia: ⁊ in pcioso poculo bibatur pestifera potio.

Qꝫ aiaꝫ nō de seipso fecerit ipse deus / sed ex nihilo: ꝯtra qḋ senserat vincentius: Ca. iiii.

Et em̄ iā incipiā demōstrare / q̄ pcipue sint i eius disputatione vitāda. Animā dicit a deo quidē factā: nec dei esse partē siue naturā. Qḋ omnino veꝝ est. Sed cū eā non vult ex nihilo factā fateri: ⁊ aliā nullā creaturā vñ sit facta cōmemorat: atq̄ ita illi dat auctorē deū: vt neq̄ ex nullis extātibus: id ē ex nihilo: neq̄ ex aliqua re q̄ non ē qḋ de⁹ est / sed de seipso eam fecisse credat̃: nescit eo se reuoluiqḋ declinasse se putat: vt scꝫ nihil aliud anima q̄ dei natura sit: ac sic ꝯsequenter ⁊ dei natura fiat aliq̄d ab eodē deo: cui faciendo materia de q̄ facit / sit ipse q̄ facit: Ac ꝑ hoc ⁊ dei sit natura mutabil̃: ⁊ mutata in deteri⁹ / eiusdē ipsius dei / ab eodē ipso deo natura damnet̃. Qḋ ꝑ tua fideli intelligentia q̄ nō sit opinādū / ⁊ q̄ sit a corde catholico secludēdū longeq̄ fugiēdū / vides. Ita quippe aīa / vel dei flatu facta / vel dei flat⁹ factus ē ipsa: vt nō de ipso sit / sed ab ipo de

nihilo creata sit. Nec eni sicut homo quãdo sufflat / non potest de nihilo flatū facere / sed quē de isto aere ducit hūc reddit: ita deo putandū est auras aliquas circumfusas iā fuisse: quax exiguā quandā particulam spirando traheret: et respirādo refunderet: quando in hominis faciē sufflauit: et ꝙ illo modo animā fecit. Qđ et si ita esset: nec sic de ipso / sed de subiacēti re aliqua flabili posset esse quod flauit. Sꝫ absit vt negemus oĩpotentē de nihilo flatū vitę facere potuisse / quo fieret homo in animā viuam: atq; in eas contrudamur angustias: vt vel iam fuisse aliquid / qđ ipse non esset / vnde flatū faceret opinemur: vł qđ mutabile factū videmus: de seipso fecisse credamus. Qđ eni de ipso est: necesse est vt eiusdē naturę sit cui⁹ ipse ē: ac p hoc etiā immutabile sit: Anima vero quod oĩes fatentur / mutabilis est. Non ergo de ipso: q: nō est immutabilis sicut ipse. Si autē de nulla re alia facta est: de nihilo facta est ꝓcul dubio / sed ab ipso.

des non negetur: et hoc quod de anima la/
tet/aut ex ocio discitur/aut sicut alia multa
in hac vita sine salutis labe nescitᷣ. Magis
enim curandum est/siue in paruulis/siue in
grādibus/ quo anima sanetur auxilio/q̄ q̄
vitiata sit merito: Quę tamen si vitiata ne
gabitᷣ/nec sanabitᷣ. Illud sane cur dixeris:
excogitare non potui: in eo quod cōmemo/
rasti dixisse apostoluꝫ: Et tenebris oppletū Roma.1.c.
insipiens cor eorum. Addidisti enim notā/
dū esse quoniā insipiētiā causam dicat om
nium malorum. Hoc quideꝫ dixisse aposto
lum nō satis cōstat. Sed nō inde cōtendo:
tu poti⁹ cur hoc dixeris quęro: An forte qꝛ
paruuli non recte dicuntur insipiētes/ qui
nondum sapientię possunt esse participes:
ideo nullum malum in eis inesse vis credi:
quod esse consequēs arbitraris: si maloruꝫ
omniū causa insipiētia est? Sed si disputa/
tione subtilissima ⁊ elimatissima opus est:
vt sciamus vtrū primos homines insipien
tia sup̄bos/an insipientes superbia fecerit:
nunc ꝓpter id quod inter nos agitur/quis

ignorat omnes hoies quicūq; sapientes fi
unt/ex insipiētibus fieri? Nisi forte aliq̄ ex
ꝓconibus mediatoris magna eiꝰ multūq;
insolita gr̄a ad sapientiā:nō ex insipientia/
sed ex infantia trāsire potuerit. Quod si na
tura sine fide mediatoris fieri posse cōtēdi
tis/arcanū virus panditis hereśis vr̄e. Ni
hil eñ vos agere apparet tanta defensiōe
Gal. 2. d. et laude nature:nisi vt christus gratis mor
Gal. 5. b. tuus sit:cuiꝰ nos dicimus fidē que ꝑ dile
ctionē operatur/ etiam natura insipientibus
opitulari. Sunt eñ qui tanta cordis obtu
sitate nascuntur/ vt similiores pecoribus q̄
hoibus videantur. Quorū tante fatuitatis q̄
in illis naturalis apparet/non potestis vl
lum dicere meritū:qui nullū esse dicitis ori
ginale peccatū. Quis aūt nō quotidie pro
bet testibus/ rebꝰ humanis paruulū prius
nihil sapere:deinde crescēdo vana sapere:et
postea si ad sapiētie forte pertinet recta sa
pere:atq; ita ab infantia ad sapientiā/ꝑ in
sipientiā mediaz ꝑuenire. Quapropter hu
mana natura que iacet i paruulis/ cui lau
dibus vestris saluatorem tanq̄ sana sit in
uidetis:quēadmodū prius ꝓferat insipien
tie q̄ sapientie fructū videtis:et radicis eiꝰ
vitiū videre non vultis:aut videtis/quod
peius est/et negatis.

Quō de membrorum hoīs obedientia et inobediētia/ augustinū sibi cōtradicentē ostendere volēs/ ipse sibi cōtradicat:et de indignissima cupidinis laude: Capi. IIII.

A Einde alijs verbis meis interposi
b tis calūniaris:q ego ipse mihi con
trariꝰ fuerim:qui cū dixissem inobe
dienti homini penā inobedientiā sui corpo
ris redditā: cōtinuo alia membra corporis
nominatim expressérim dicens:q ad nutū
nostre seruiant volūtati. Hoc ergo dixi/ge
nitalibus vtiq; exceptis/que corporis no
mine nūcupaui:ac ꝑ hoc et corpus volūta
ti seruit in aliorum motione membrorū/et cor
pus voluntati nō seruit in motibus geni
taliū. Nō sunt ergo verba mea inter se con
traria:q̄uis te patiantur/vel nō intelligēdo/
vel alios intelligere nō sinendo ꝯtrarium.
Si eñ pars corporis nō posset noie corpis
1. Cor. 7. a. nūcupari/nō diceret aplus: Mulier nō ha
bet sui corporis potestatē sz vir. Similiter
et vir nō habet sui corpis ptātē/sed mulier.
Ipsa vtiq; mēbra sic appellās corpis noie/
q̄bus discernitur sexus pagiturq; cōcubitus.
Quis est eñ q̄ dicat virū sui potestatē cor
poris nō habere/si in his verbis apli totū
corpꝰ itelligas:qđ cōstat omnibꝰ mēbris?
Ac per h̄ ego scđm aplm/etiā solū genitale
mēbrū noie corporis nūcupaui:qđ nō vo
lūtate/sicut manū vl' pedē/sed libidine mo
ueri agnoscit sensus humanꝰ: q̄ te dēdet
in rebus manifestis impudentes nebulas
excitantē: vt nos diutius de pudēdis rebꝰ
cogat/ et necessitas loq̄/et honestas circūlo
qui. Sz qui verba mea legit q̄ refellere ni
teris/eisq; te insidiātē perspicit:sufficiat mi
hi quia loco illo q̄d dixerim corpus/intelli
git. Verū tu q̄ me verbis meis repugnas
se dixisti:quod esse falsissimū videbit quis
quis te audito ea relegerit: et aplm genita
lia noie corporum appellasse recoluerit. Tu q̄
qui in me quasi sentētias meas inter se pu
gnantes notasti et momordisti:expone quē
admodū tibi ipse cōstiteris/nec tibi ipse re
stiteris. Vbi primū dixisti: cū ventū fuerit
vt filij seminentur/ad volūtatis prorsus nu
tum mēbra in hoc opus creata famulari:et
nisi eorum impedimenta/aut de infirmita
te/aut de imoderatiōe ꝓueniāt/seruire ani
mi iperio:cū priꝰ dixerit membra genitalia
ad nutū volūtatis seruire et animi imperio
subiacere:postmodū iter has corporis par
tes eadem deputauit:quē nō volūtatis im
periū/sed cōsensum requirūt:in quo sibi ad
uersus manifestissime cōprobatur. Postea ve
ro hoc genus motus in his habendū puta
sti:que multa in nostro corpore ordine suo
ac dispēsatione secreta/volūtatis nō impe
riū/sed ꝯsensum requirunt magis esse/ veri
us mēbra genitalia ꝓvolūtatum/ nō imperiū/
sed ꝯsensum requirere q̄ voluntatis impe
rio aut animi subiacere. Vnde apparet he
reticū et cōtrariū sibimet extitisse/prius illa
et posterius ista definiendo:et q erubuerit/
prioribus posterioribus veriora cōfessum:
pertinacia tamen impudenti seu imperitia
que prius praue dixerat non mutasse. Tibi
quidem perspicue veritati ex aliqua parte
cessisti:sed illud quod prius dixeras delere
debuisti. Quomodo eñ scđm priorē sentē
tiam tuam ad voluntatis prorsus nutum
ista/ de quibꝰ agimus/ membra famulantur
atq; imperio animi seruiūt:si scđm posteri
orem sententiā tuaz:sicut fames/et sitis/et
digestio/ non voluntatis imperium/sed cō
sensum requirūt? Multum quidē labora
sti vt hec inuenires:que cōtra te potius q̄
cōtra me diceres. Sed in tali causa nō tibi
eēt necessariꝰ labor/ si adesset pudor. Quid
enim prodest quia verecundari te dicis/et
de rebus loqui talibus horrore prohiberi:
sed necessitate cōpelli:quādo nō erubuisti
sententiā tuam relinquere scriptā: contra

quā tuipse ꝑspicua veritate turbatus/ mox
aliā sententiā ꝓtulisti: Quāq̄ ⁊ ipsa cōme/
moratio verecūdie me nimis inuerecunda
est. Sed ideo mihi placet: quia contra te lo/
quit. Homo es enim qui nō erubescis libidi
nem laudare/ ⁊ erubescere te dicis de libidi/
nis motibus disputare. Quid autē magnū
fuerat intueri: ꝙ posteaq̄ dixi vt alia men/
bra moueant positum in potestate est: con/
tinuo subieci: quādo ab impedimentis cor/
pus liberum habem⁹ ⁊ sanū? Somnus enī
quādo inuitos premit/ et lassitudo vtiq̄ im
pedimenta sunt quibus membroꝝ agilitas
B impedit. Deinde ꝙ aisti: nec in eam partem
sequi mēbra quā volumus/ si ita velimus
vt habitus ipse nō patit: nō attendisti ꝓpte
rea me ꝑdixisse: vt ad opera sibi cōgrua mo/
ueant: Ac per hoc si ea volum⁹ flectere quo
eorum natura nō patitur/ ad opera sibi con
grua/ nō sequunt: Tamen quādo ea sequen
tia voluntario motu agimus/ libidinis ad/
iutorio non egemus. Et cū ab eis mouēdis
cessare volumus/ cōtinuo cessamus: nec con
tra voluntatem nostram stimulo libidinis
excitant. Sane quod dicis etiam genitalia
seruire animi imperio: nouam quandā libi/
dinem dicis: aut forte nimis antiquā qua/
lis ⁊ in paradiso esse potuisset: si nemo pec/
casset. Sed quid hinc tecum agam quando
posterioribus verbis/ hoc tollis/ quibus di/
cis non moueri hec ad animi imperium/ sed
potius expectare consensū. Nec tamen ideo
debes istam libidinem fami/ vel alijs mole/
stijs nostris comparare: Quod enim nemo
cum vult esurit/ aut sitit/ aut digerit: indigē/
tie sunt iste reficiendi/ vel exonerandi corpo
ris: quibus subueniendum est/ ne ledat/ aut
occidat. Nunquid autē ledit aut occidit cor
pus si libidini nō adhibeat assēsus? Discer/
ne ergo mala que per patiētiā sustinemus:
ab eis malis que per continentiam refrena/
mus. Nam et illa mala sunt/ que in corpore
mortis huius potuimus experiri. Quante
autem et q̄ tranquille potestatis essemus
etiam de his motibus quibus alimenta su/
munt et digeruntur in illa felicitate paradi
si/ quis possit vt certum est indagare: quis
vt dignuꝫ est explicare? Ubi absit vt creda
mus aliquid fuisse vnde sēsum nostrum/ si/
ue intrinsecus/ siue extrinsecus aut dolor pun
geret aut labor fatigaret: aut pudor cōfun/
deret: aut ardor vreret: aut algor stringeret:
aut horror offenderet. Quid ꝙ istā pulcher/
rimam famulam tuā/ quā me pudet assidue
vel vituperando nominare/ te autem ꝑdica
re non pudet: commēdatiorem fieri putas:

ꝙ ei seruiunt vt ardentius excitetur/ etiam
cetere corporꝭ partes/ siue oculi vidētes ad
concupiscendum/ siue alia membra in oscu/
lis ⁊ amplexib⁹? Aures quoq̄ hominis quo
modo ei subderes inuenisti: ⁊ erexisti ei⁹ ve/
tustissimuꝫ quidem/ sed plane gloriosissimū
titulum: commemorans quod in expositio/
ne consiliorum suoꝝ tullius posuit: quia cū
vinolenti adolescentes tibiarum etiam can
tu vt fit instincti/ mulieris pudice fores fran
gerent: admonuisse tibicinam vt spondeuꝫ
caneret/ pythagoras dicit: Quod cū illa fe
cisset: tarditate modorum/ et grauitate can/
tus/ illorum furētem petulantiam resedisse.
Uides ergo q̄ congruentius ego dixerim
sui iuris hanc esse quodāmodo cui seruitur
ab alijs sensibus/ vt ī opus suum dignetur
assurgere: vel a sua cōmotione requiescere.
Hoc enim ego ideo dixi: quia sicut ipse cō/
fessus es/ cōsentitur ei potius q̄ imperatur.
Nā et ꝙ alijs cōcitatur stimulis: vel modu/
lamine frangitur: et sedatur sicut ipse pro/
sequeris: profecto non fieret: si seruiret ho/
minis volūtati. Feminas aūt quas ab isto
motu immunes facis/ q̄uis possint virili cō
cupiscentie subiacere/ ⁊ quando non patiun
tur suam/ tamen quātū eius etiam ipse suffe
rant impetuꝫ cui repugnat decus honestas
q̄ castarum/ interrogetur ioseph. Debuisti Gen.39.b.
sane homo ecclesiastice/ ecclesiastica musica
potius q̄ pythagorica cōmoneri: quid da/
uitica cithara egerit in saule quando malo 1.Reg.16.d.
spiritu vexabat: ⁊ tangente citharā sancto
ab illa molestia respirabat: ne ideo bonum
aliquid existimes cōcupiscētiā carnis/ q: nō
nūq̄ musicis cohibet sonis. Quod autē di/ C
cis exclamans: O q̄ digne hieremias cū ꝓ/
phetarū choro ⁊ sanctoruꝫ oīm exclamaret:
Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oculis meis Hiere.9.a.
fontē lachrymarū/ vt insipientis populi pec
cata defleret: Quia ecclesia christi doctores
pelagiani erroris expellit: si flere salubriter
velles/ hoc fleres/ ꝙ illo es implicat⁹ errore:
eisq̄ te lachrymis ab eadē noua peste dilue
res. An ignoras vel oblit⁹ es/ vel cōsidera/
re detrectas sanctā ecclesiam vnā catholicā
etiā paradisi significatam fuisse vocabulo?
Quid ḡ miramini si de isto paradiso foras
mittimini: q legē q̄ est in mēbris nostris re/ Roma.7.d.
pugnās legi mētis/ in illū paradisum vultꝭ
inducere: de quo foras a dn̄o missi sum⁹: nec
ad eū redire poterim⁹/ nisi hāc ī isto paradi/
so vicerim⁹? Si enī nō ista ꝯcupiscentia quā
defendis repugnat legi mētis/ nullū aduer/
sus eā certamē quisq̄ sanct⁹ exercet. Tu au/
tem cōfessus es/ aduersus istam quā tueris

Rom. 7.d. exercere sanctos gloriosa certamina. Ipsa est igitur que repugnat legi mentis in corpore mortis huius: de qua se gratia dei per iesum christum dominū nostrū liberari dicebat apostolus. Scitis ne iā tādē gratie huius inimici quanto sint fonte lachrymarum plagendi: ꝛ ne alios ad interitum secum trahant/ quāta pastoralis cure obseruatiōe vitandi? Uos em augetis ista nouitate eam que in omnibus est hereticis occidui temporis prauitatem. Uos estis ruina morum/ qui ipsius fidei supra quā mores edificandi sūt molimini fundamenta subuertere. Uos pudoris interitus/ quos laudare nō pudet contra quod pugnat pudor. Hoc potius audire debet ecclesia: que virgo dicit: vt vos caueat: hoc matrone/ hoc virgines sacre/ hoc omnis pudicitia christiana. Nō enim sicut insimulas cū manicheis dicūt/ inesse carnis sue mali necessitatem: quod malū illi substantiale ꝛ deo coeternū esse metiunt: sed dicunt Rom. 7.d. sane cū apostolo: Uideo aliā legem in membris meis repugnantē legi mentis mee: esse tamen eam sub animi potestate/ gratia dei p iesum christum dominū nostrū/ in mortis corpore castigandā/ in morte corporis resoluendam/ in corporis resurrectione ꝛ mortis morte sanandā. Tenent em sanctā ꝓfessionem: nō solo habitu vestis/ sed ꝛ mentis et corporis resistendo ꝯcupiscentie carnis: qd hic fieri potest/ nō ea prorsus carēdo: quod hic fieri nō potest. Hoc ergo audiāt: vt donec illa careant/ vos caueāt. Nam si ab omnibus sanctis queras tanq̄ in sancto auditorio duobus recitare cupientibus: vtrum vituperatorem/ an laudatorē malint audire libidinis: quid de illis responsurum putas/ continentiū laborem/ ꝯiugatorū pudorem/ omniū castitatem? Ita ne abijcerēt ab auribus suis libidinis vituperationē/ ꝛ libēter audirent libidinis laudē? Non vsq̄adeo putandum est perisse frontem de rebus: vt hoc dedecus/ nisi in tali forte auditorio fieret/ vbi te recitaturo confidentibus discipulis suis magister celestius aut pelagius presideret.

De pugna contra libidinē/ nō ex bono bōis sed ex malo occasionata: ꝛ de venustianorū et paternianorum circa humani corporis cōditionem errore execrabilissimo: (Ca. V.

A Inc ad alia verba mea b transis vbi dixi: Hunc itaq̄ motum ideo indecentem/ quia inobedientē: cū illi primi homines in sua carne sensissent ꝛ i sua nuditate erubuissent/ folijs ficulneis eadem mēbra texerūt: vt saltem arbitrio verecundantiū velaret/ quod nō arbitrio volentium mouebat. Et quoniā pudebat qd indecēter libebat/ operiēdo fieret quod decebat. His verbis meis ꝓpositis hoc te iam destruxisse in secūdi tui libri disputatiōe/ et in huius tertij cui nūc respōdeo parte superiore inani iactatione cōmemoras. Nūc aūt qꝛ istū motum libidinis dixi ideo indecentē quia iobedientē: dixisse me vis putari/ nō eā corpori/ non animo esse subiectam/ sed fera virtute semper indomitā. At ego illam virtutē nūquā dixi esse/ sed vitiū. Quod si non mouet concupiscendo: quid est quod aduersus eam castitas dimicat continendo? Ubi sūt illa que aduersus eam ꝓfessus es exercerī sanctorū gloriosa certamina. Quantū ergo attinet ad pudicitiā quod eius libidinis expugnatione/ oppressione/ frenatiōe/ et ad nihil illicitum permissione seruet/ hoc dicis quod ego: sed quod expugnandum/ opprimendum/ refrenādum est: ne ad illicita rapiat/ quibus inhiare non cessat: bonum esse tu dicis/ nō ego. Quis aūt nostrū verū dicat: iudicent casti: auscultantes non lingue tue sed experiētie sue. Iudicet apostolus dicēs: Uideo aliā legem in membris meis repugnantē legi mētis mee. Sed paterniani inquis idemq̄ venustiani heretici similes manicheis/ dicunt a lumbis vsq̄ ad pedes diabolū fecisse corpus hominis: superiores vero partes deū/ velut supra basem aliquā collocasse: addūtq̄ nihil ab hominis studio requiri/ q̄ vt anima quam in stomacho ꝛ capite habitare dicunt/ munda seruet. Pubē vero si omniū flagitiorum sordibꝰ abluna/ aūt ad suam nō pertinere curam. Ita semper iquis vt ipsi libidini turpiter seruiāt/ titulū ꝓprie potestatis affigunt. Cuius cognatione sententie posuisse me in libro meo asseris: Arbitrio verecundantium velabat/ quod non arbitrio volentiū mouebat: ꝛ qd nō seruiet volūtati/ suo iure corpꝰ libido succendit. Nunquid ideo vim veritatis effugere poteris/ qꝛ nobis calūniādo impostas socios falsitatis? Quod em ego in libro meo posui: cui cedere vtinam q̄ resistere maluisses/ lōge distat ab istis paternianis seu venustianis. Ego em scdm catholicā fidē/ totum hominē/ totā scilicet animā/ totūq̄ corpus eius deo summo ꝛ vero tribuo creatori: Diabolum autem dico humanā vel aliquid eius non creasse/ sed vitiasse naturam: contraq̄ ipsam diabolicam plagam/ que dei opitulatione sanāda est: donec ab ea penitus liberemur/ nobis esse pugnādū. Nec

Rom. 7.d. B

Heresis paternianorū et venustianorum

Positio vera augustini.

animā qua corpus viuit/vniuersum mun/
dum/q̄tum in hac vita mundus homo est
posse seruari/si cōcupiscentię carnis ad fla/
gitia ꝑpetranda ⁊ queqꝫ immūda consen/
serit. Quantū ergo attinet ad istam calum
niaꝫ tuam: nūquid habes aduersus ista q̄
dicas? Qđ si parum est: ecce damno et ana
thematiço ea quę paternianos seu venusti
anos sētire dixisti: Addo etiā manicheos:
Utrosqꝫ cū ceteris hereticis execror/dam/
no/anathematiço/ detestor. Quid quęris
amplius? Exue te calūnijs: viribus luctare: nō
fraudibus: Respōde vnde sit/cui nisi repu/
gnet/nulla castitas custodit. Non est certe
natura atqꝫ substātia/scdm venustianos ⁊
manicheos. Si nec vitiū naturę est: quid ē?
Exurgit/ opprimo: renititur/refręno: repu/
gnat/expugno. In tota anima ⁊ toto cor/
pore cōditorem habeo pacis deū: Quis in
me seminauit hoc bellum? Solue apostoli
Roma.5.b. quęstionē atqꝫ responde: Per vnū homi/
nē peccatū itrauit in mundū ⁊ per peccatū
mors: ⁊ ita in omnes hoīes ptrāsijt in quo
omnes peccauerūt. Sed nō vult iulianus.
Et ad hoc apostole beate responde. Si qs
Gal.1.b. vobis annūciauerit ꝑter qđ accepistis/ana
thema sit. Sed si cohibuero sicut dicis iu/
ctū esse libidinis maluꝫ: profitebor me esse
turpitudinis aduocatū. Si autē dixero ma
lū me quidem hoc dixisse naturale/ sed qđ
vinci possit: id ē possit caueri: ꝓtinus tu ex
alia parte sentētię tuę tripudias. Possunt
enī homines inquis omne vitare peccatū:
cū possunt vincere cōcupiscentię malū. Si
enī libido naturale malū est/ ⁊ vincit amo/
re virtutis: multo magis dicis illa omnia vi
tia superari quę de sola volūtate cōtingūt.
Jam multis modis ad ista vestra/ ⁊ sępe re
sponsum est: Quia dū hic viuimus/ vbi ca
Gal.5.c. ro ꝯcupiscit aduersus spiritū: ⁊ spūs aduer
sus carnem/q̄tūlibet in isto conflictu supe
Roma.6.c. riores simus/ nec membra nostra exhibea/
mus arma iniquitatis peccato obedientes
desiderijs eius: tamē vt taceā de corporibus
sensibus ⁊ in rebus quibus licite vtimur: sur
repentis voluptatis excessibus in ipsis cer
te nostrę cogitationis motibus ⁊ affectibus:
1.Joh.1.c. si dixerimus quia peccatū nō habemus/nos/
ipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis nō est.
Frustra igit in alia tuę sentētię parte tripu
dias: nisi forte sentētiā apostoli iohannis
C repudias sacrilega ꝑsumptione. Quod au
tē nūc agit: naturalē esse libidinē: ⁊ ego di/
co: quia cū illa nascit omnis homo: ⁊ tu mul
to amplius: qui dicis/ quod cuꝫ illa sit conditus
primus homo: ita vincendā esse libidinem

atqꝫ vt vincat ei resistēdū esse et repugnā/
dū: et ego dico/et tu: ne a me audias qđ mi
hi ipse dixisti: profiteri te turpitudinis ad/
uocatū/si libidinē negaueris esse vincēdā:
quę vtiqꝫ nō vincit/si nullū cū ea gerit bel
lum. Cum igit libidinē et naturalem esse/ ⁊
vinci posse ambo dicamus: vtrū bonuꝫ vin/
camus/ an malū: ipsa iter nos vertit q̄stio.
Sed vide q̄ sis absurdus/et sicut hostem
vis expugnare libidinē/ ⁊ de malo eius non
vis finire quęstionē: vt si te in cōcupiscen/
tię diabolus aduersitate nō vicerit/vincat
te in ꝑuersitate sententię. Adhuc nō euigi/
las/ vt intelligas nostrā naturā nō esse/sed
vitiū cōtra quod virtute pugnamus. Ne
qꝫ enī bono bonū/sed bono vtiqꝫ malū vin
cimus. Considera cū quo vincat/ cum quo
vincat. Quando enī libido vincit: vincit ⁊
diabolus. Quādo libido vincit: et diabo/
lus vincit. Quē ergo vincit libido: ⁊ a quo
vincit/est hostis eius. Cū quo aūt vincit et
vincit/auctor ē eius. Rogo te oculos ape/
ri ⁊ cerne quę aperta sunt. Nulla pugna est
sine malo. Quando enī pugnatur/aut bo/
nū pugnat ⁊ malū: aut malū et maluꝫ: aut
si duo bona inter se pugnāt/ipsa pugna est
magnū malū. Qđ i corpore quādo cōtin/
git/ vt ea quibus constat/id est humidū et
siccum/calidū et frigidū: q̄uis sint inter se
cōtraria: pacē secum cōcordiāqꝫ nō teneāt/
morbi ęgrotatiōesqꝫ nascunt. Et quis au/
deat dicere aliquid eorū non esse bonum:
cum omnis creatura dei bona sit: et benedi Daniel.3.e.
cant in hymno triū puerorū frigus ⁊ ęstus
dominū/quę inter se sunt cōtraria: seruant
tamē ꝓ rerū incolumitate cōcordiā: Cū ve
ro in nostro corpore discrepāt seseqꝫ inuicē
oppugnant/valitudo turbat. Et hoc totuꝫ
sicut ipsa mors/de peccati illius ꝓpagatio
ne descendit. Neqꝫ enī et hęc quisqꝫ dixerit
si nemo peccasset/nos i illa beatitudine pa
radisi fuisse passuros. Sed alię sunt rerum
corporaliū qualitates/quę secū a cōtrarijs
tēperant vt bene valeamus: ⁊ cuꝫ sint in di/
uerso genere bonę/ tamen cum discordant
malam valitudinē faciunt: ⁊ alię sunt ani/
mę cupiditates: quę ꝓpterea carnis dicūt/
quia scdm carnem anima concupiscit: cum
sic concupiscit/ vt ei spiritus/id est pars eius
melior et superior debeat repugnare. De/
niqꝫ ista vitia nō medicos vllos corporum
quęrūt/sed gratia christi medicāte curant:
prius vt reatu nō teneant: deinde vt con/
flictu nō vincant: postremo vt omni ex par
te sanata/nulla omnino remaneat. Proin/
de cum mala ꝯcupiscere malum sit: ⁊ bona

cōcupiscere bonum sit:atq; hoc bellum q̄-
Gal.5.c. diu hic viuit nō quiescat:cum caro cōcupi-
scit aduersus spiritum/ et spūs aduersus car
Roma.7.d. nem:quis me liberabit de corpore mortis
huiꝰ:nisi gratia dei p iesum christum dñm
nostrū? Cui gratię nimis inimicū dogma
D horrescimus vestrū. Sed vir fortissimꝰ no-
cturnorum et si nō administrator /certe exhor-
tator/ predicatorq; bellorum/ eneruē et mol
lem esse dicis opinionē qua credit in para-
diso ad nutū volūtatis genitalia potuisse
seruire. Tāto enī tibi/ tanq̄ viro casto effe-
minatior videt eē animus/ quāto plus ha-
bet potestatis in corpore. Sed ecce non vo
biscū de libidinis absentia/ p̄sentiave con-
tendimus:nec dilectionē quā debere vos
ei videmus offendimus:saltem ipsam sub-
ditę voluntatis imperio in illo felicitatis lo
co. Auferte inde euidentissimam pugnam:
quę fit eius motioni mente renitente: Au-
ferte inde turpissimā pacem:quę fit eiꝰ do-
minationi mente seruiente. Et certe q2 non
eam talem videtis /qualē ibi cōstituere si ra
tione nō reuocamini/ pudore cogimini: in
ea qualis nūc est vitium originale fatemi-
ni:cui si seruimus/ perimus: cui repugna-
mus ne seruiamus. Ecce quod laudas:nec
times/ ne tibi potius admoneas elic dicen
dum/ q ad flagitia cōcites homines ne resi-
stant concupiscentię quā sicut bonū natu-
rale cōmendas. Quid enī te adiuuat quod
rep̄hendere videris eius excessum/ cuiꝰ ap-
probas motum? Tunc enī excedit licitū li
mitem quādo eius motibus cedit. Mala
est tamen et quando non ceditur:quia ma-
lo resistitur/ ne bonum castitatis intereat si
huic malo nō resistat. Quā tu cū bonā na-
turaliter dicis/ astute illi semper consenti-
endum esse decernis:ne renisu improbo re-
pugnetur naturali bono. Ita quippe po-
test facillime vera esse etiam illa vestra sen
tentia:qua dicitis hominē sine peccato eē
si velit. Non est enim quomodo faciat qđ
nō licet/ quando licet quicquid libet: quia
bonum est quod naturaliter libet. Si ergo
assunt/ voluptatibus perfruatur: si autem
nō assunt/ ipsis earum cogitationibus si-
cut epicuro visum est/ oblectetur:et erit si-
ne peccato:nec se vllo fraudabit bono:nec
cuiuscunq; doctrinę opinionibus resistat
naturalibus motibus:sed sicut ait hortēsi-
us:tūc obsequatur naturę /cum sine magi-
stro senserit quid natura desideret. Nō enī
potest quę bona est desiderare quod malū
est: aut negādum est bonę aliquod bonū.
Fiat itaq; totū quod desiderat libido bo-
na:ne ipse sit malus qui resistit bono. Nō
hoc dico inquies:et iniustum est/ vt aliud
me suspiceris sentire q̄ loquor. Noli er-
go facere quod pati non vis/ et dicere q in-
uitemus ad dulcia furta/ quibus aposto- Ad tadul-
lum recitamus dicentem: Scio quia nō ha teria.
bitat in me/ hoc est in carne mea bonū. Et Roma.7.c.
si enim nō hoc perficiūt bonū quod volūt:
vt non cōcupiscant/ faciunt tamē bonū vt
post cōcupiscentias suas nō eant. Si enim Eccl.18.d.
vos castitatem vobis videmini docere cū
dicitis: Noli vinci a bono/ sed vince in bo-
no bonum:quanto magis eam nos doce-
mus:cū dicimꝰ: Noli vinci a malo:sed vin- 1.Cor.12.b.
ce in bono malum. Vide q̄ sit iniustum vt
nos quod vituperamus/ expugnare nō cre
das:qui te credi nō vis eo frui velle quod
laudas. Quomō casti esse nō possūt inimi-
ci libidinis/ si casti esse possunt et eius ami-
ci? Qr ergo negantes originale peccatum/
et inuidentes paruulis saluatorem iesum
legem peccati repugnātem legi mentis in
troducere vultis/ et in paradisum ante pec-
catum:hoc in vobis isto opere confutamꝰ.
Eorum quę non videmus in vobis nec au
diuimus ex vobis/ nolumꝰ esse iudices. Ni
hil nostra interest quid in occulto agāt ap-
ti libidinis laudatores.

Qr cōmunē cū nuptijs laudem libido non habeat:et de primorū parentū cōfusione: Ca.VI.

Uni vero alijs verbis meis propo A
c sitis illam distinctionem meā/ quā
de nuptijs et cōcupiscentia priorū
hominū posui dicēs: Quod enī illi postea
propagatione fecerunt/ hoc est cōnubij bo
num:quod vero prius confusione texerūt:
hoc est cōcupiscentię malum:sic refellendū
putasti/ vt diceres fieri non posse/ vt qđ bo
num est nō habeat cōmunem cum eo lau-
dem/ sine quo esse non potest: ita volens
vnam eandemq; laudem nuptijs et libidi-
ni esse cōmunē:quomodo corruat ista tua
velut definitiua sententia /paulisper atten
de: Primum q vniuersitas rerum quam
cōdidit deus/ non potest esse sine malis:nec
ideo tamen mala communem laudem pos-
sunt habere cum bonis. Deinde si fieri nō
potest/ vt quod bonum est nō habeat com
munem cū eo laudem sine quo esse non po
test:profecto et qđ malū est/ sic fieri nō po-
test/ vt non habeat cōmunē cum eo vitupe
rationem sine quo esse non potest. Vitupe
remus igit opera dei /sicut vituperamꝰ ma
la quę sine illis esse non possunt. Nullum
enī malum est nisi in aliquo opere dei: nec

sine illo esse omnino alicubi potest. Uitupera ergo / vt non te lõgius mittam / membra hũana sicut vituperas adulteria: que sine illis membris esse non possunt. Quod si nõ facis / ne tibi quoqꝫ ipsi manifest⁹ appareas insanus. Potest igitur nuptiarum bonum non habere laudem cõmunẽ cum libidine / sine qua esse nunc nõ potest: sicut quodlibet malum potest non habere cõmunẽ vituperationem cum opere dei / sine quo esse nunqꝫ potest. Sicut autem ista de finitio tua falsa ꝛ inanis est: ita omnia que ex illa tanqꝫ consequentia nexuisti. Inuictam sane nũqꝫ ego voluptatem carnis sicut solere me insimulas / dixi. Ambo eam ꝛ debere et posse dicimus vinci: Sed tu tanqꝫ bonum repugnante alio bono: ego tanqꝫ malum repugnante bono: ꝛ tu viribus ꝓpriis / ego gratia saluatoris: vt nõ alia re proba cupiditate / sed dei charitate vincat: que nõ viribus nostris diffunditur in cor- Roma. 5. a. dibus nostris: sed per spiritumsanctũ qui B datus est nobis. De cõfusione autem illorum hominũ pudendisqꝫ coopertis frustra te cõmemoras aliquid apostolo attestante monstrasse. Tu enim verecundiora dicis / qꝫ ille dixit inhonesta / vnde iam quãtũ satis visum est disputauim⁹. Tu itaqꝫ frustra refugis rursus ad balbum: atqꝫ philosophorum litteras: quasi balb⁹ te faciat loquentem / quando de illa confusione primorum hominum non potes inuenire quid dicas. Si autem in quibusdam veris sententiis saltem philosophorũ litteris cederes / non surdo corde illud audires / qꝫ voluptates illecebras atqꝫ escas malorum et vitiosam partem animi dixerunt esse libidinem. Nã quod in nostro corpore loca digestionis balbus remota dixit a sensibus / ideo verum est: quoniam sensus nostros ea que digerimus nõ alliciunt / sed offendũt: Propterea pars qua egerunt / naturaliter aliis partibus altrinsecus ꝓminentibus occultatur: sicut etiam tunc erant quando nudi nõ confundebant: qui post peccatum continuo nõ occulta / sed plane in promptu posita membra texerunt. Quibus quãto magis non horrore offendebatur sed delectatione alliciebatur aspectus et mouebat susceptam tuam: tãto magis ea tegere ad pu- C doris officium pertinebat. Quod autem de claudicatiõe ꝛ peruẽtione dixi / si fraude nõ agis / non intellexisti. Nõ enim peruentionem accipi volui hominem qui nascitur de concubitu coniugali: quod me sensisse arbitraris aut fingis: sed peruentionem dixi qꝫ bonum habent in fine officii sui nuptię etiam si nullus inde nascat. Seminare quippe ad virũ pertinet: excipere ad feminam. Huc usqꝫ coniuges opere suo possunt: ad hoc dixi sane sine claudicatione non posse / hoc est sine libidine perueniri. Ut autem concipiatur fetus atqꝫ nascatur diuini est operis / non humani: qua tamen intentione ac voluntate / etiam illud bonum quod ad earum opus pertinet pagunt nuptię. Sed quia ipse fetus damnationi nascitur si nõ renascatur / eo vsqꝫ pertendunt non operis sui velut ambulationis sed voluntatis fine christiana coniugia / vt regenerãdos generent: ꝓpter quod in eis vera / hoc est deo placẽs est pudicitia. Sine fide enim impossibile est deo placere. Heb. 11. b.

Quid sit possidere vas suũ non in morbo desiderii: ꝛ de his q̃ propriis a deo relinquuntur volutatibus: Capitulum. VII.

Enis deinde ad illud vbi egim⁹ ex A
V apostoli testimonio: Ut sciat vnusquisqꝫ suum vas / id est suam coniugem possidere / nõ in morbo desiderii sicut gentes que ignorant deum: Quod exponens dixi: nõ coniugalem / hoc est licitũ honestumqꝫ concubitũ fuisse prohibitum: sed vt operis huius causa sit voluntas propaginis / nõ carnis voluptas: ꝛ quod sine libidine fieri non potest / sic tamen fiat vt non ꝓpter libidinem fiat. Ibi tu exclamas: O 1. thessal. 4. a. altitudo diuitiarũ sapientię et scientię dei: Roma. 11. d. qui extra futuram operũ retributionem ex multa parte liberũ arbitrium formam voluit implere iudicii. Iustissime eni sibi bonus homo inquis malusqꝫ cõmittitur: vt ꝛ bonus se fruatur / ꝛ malus sꝫ ipse patiat. Que prorsus exclamatio tua ad rem nõ ptinet qua te sentis vrgeri: nec tuo clamore pondus quo premeris subleuas / impium dogma vestrum mordicus tenens: quo vobis placeat etiam bonum hominẽ diuino iudicio sibi queqꝫ committi / ne scilicet ei sit necessaria dei gratia: velut idoneo qui semetipsum agat. Sed absit vt ita sit. Prorsus qui sibi cõmittunt / et a semetipsis agũtur / non sunt boni / quia non sunt filii dei: Quotquot enim spiritu dei aguntur / hi fi- Roma. 8. c. lii sunt dei. Puto qꝫ agnoscas in hac sentẽtia dogma apostolicum: quo illud subuertitur vestrum. Uerumtamẽ dicis aliquid contra te quod tacitus ꝑterire non debeo. Meministi ne qꝫdiu disputaueris contra lucidissimam que per apostolum deprompta est veritatem: affirmans nullo modo

esse posse aliquid quod ⁊ peccatum sit ⁊ pę
na peccati. Quid est ergo nunc ꝙ oblitus
tantę loquacitatis tuę/ideo laudas altitu/
dinem diuitiarum sapientię ⁊ scientię dei:
quia extra futuram operū retributionē ex
multa parte liberū arbitrium formam vo/
luit implere iudicij? Justissime enim sibi si/
cut definis/bon⁹ homo malusqꝫ cōmittit:
vt ⁊ bonus se fruatur/vtiqꝫ in opere bono:
⁊ malus se ipe patiat/vtiqꝫ in opere malo.
Quod profecto illi et peccatū est/quia ma
lum facit: ⁊ pęna peccati/quia maluz se pa
titur: vt ex multa parte formaz iudicij quo
bona bonis ⁊ mala malis retribuunt/ iam
impleat liberum arbitrium: quo recte agē/
do se fruitur bonus: et peccando se patitur
B malus. Cernis nempe cuz arma tua vana
quidem ⁊ obtusa iactanter ventilas/quo/
modo qua ferireris/nudaueris: imo teip
se percusseris. Et insuper iactas mea inter
se dicta esse contraria: quia dixi/nō quidez
vt tu calumniaris/concubitum corporum
a diabolo fuisse repertuz: cum etiam si ne/
mo peccasset nō nisi cōcūbente vtroqꝫ sexu
filij nascerentur: sed dixi inobedientiā car/
nis/quę in carne ꝯcupiscente aduersus spi/
ritum apparet/diabolico vulnere contigis/
se. Et rursus quia dixi hanc legem peccati
repugnantem legi mentis a deo illatam ꝓ
pter vltionem/ ⁊ ideo pęnam esse peccati.
Hęc inter se asseueras esse contraria. Qua/
si fieri nō possit vt vnum atqꝫ idem maluz
⁊ diaboli iniquitate ⁊ dei ęquitate peccan/
tibus ingeratur: cum etiam ipse diabolus
⁊ ꝓpria malignitate sit infestus hominib⁹
⁊ dei iudicio sinat nocere peccantibus. Ne
qꝫ hinc sibi ipsa diuina versantur eloquia:
Sap. 1. c. quia scriptum est: Deus mortem nō fecit.
Eccl. 11. b. Item scriptum est: Vita ⁊ mors a domino
deo: quia deceptor hominis causa mortis
est diabolus: quaz non vt primus auctor
eius/sed vt peccati vltor intulit deus. Ve/
rum istam quęstionem satis dilucide ipse
soluisti: qui hominem malū dixisti sibi esse
commissum/vt ꝙ sibi est ipse supplicium:
et diuinum sit iudicium/ ⁊ ipse liberum ar/
bitrium: nec sint inter se duo ista contra/
ria/ꝙ in pęna sua ⁊ ipse auctor est et vltor
deus. Abuteris autem ingenijs tardiori/
bus: Nolo enim dicere quia et tu nō itelli/
gis/vt non discernas hęc duo: ⁊ maligna
calliditate aut tenebrosa cęcitate ꝯfundas
voluntatem et voluptatem. Et sicut ipsa
nomina surdastris auribus vnū atqꝫ idem
sonant: ita res ipsas surdastris cordibus
vnum idemqꝫ esse persuadere te posse con/
fidas. Hinc est ꝙ sententias meas inter se C
contrarias putas vel putari cupis: tanqꝫ
improbem quod ante approbauerim/ aut
amplectar quod ante respuerim. Audi er/
go apertam sententiam meam/et intellige
vel sine intelligere alios: non offundendo
caligines nebulosę disputationis serenita
ti sincerissimę veritatis. Sicut bonum est
bene vti malis: ita honestū est bene vti in/
honestis. Unde ⁊ ipsa mēbra non propter
diuini operis pulchritudinē/sed propter li
bidinis fęditatem inhonesta dicit aposto/
lus. Nec ad stupra cogunt necessitate qui
casti sunt/quia resistunt inhonestę libidini
ne compellat eos inhonesta committere/ si
ne qua tamē nō possunt honeste filios pro
creare: Ita fit vt coniugibus castis ⁊ volū
tas sit in sobolis procreatione/ ⁊ necessitas
i libidine. De inhonesto quippe honestas
agitur procreandi: quando libidinem non
amat/sed tolerat castitas concūbendi. So
les libēter commemorare/quibus te adiu/
uari putas auctorum sententias ſęculari/
um. Intuere honesto corde si potes/ quid
de catone poeta cecinerit: Urbi inquit pa/
ter est/vrbiqꝫ maritus: Justicię cultor rigi/
di seruator honesti. In cōmune bon⁹: nul/
losqꝫ catonis in actus Surrepsit/ partem
qꝫ tulit sibi nata voluptas. Qualis enim
vir cato fuerit ⁊ vtrum in eo vera virtus
honestasqꝫ laudata sit/ alia quęstio est: ad
quemlibet tamē finem sua referret officia:
non vtiqꝫ sine voluptate filios ꝓcreauit:
⁊ tamen nullos catonis in actus surrepsit:
partemqꝫ tulit sibi nata voluptas: quoni/
am et quod nō faciebat sine voluptate/nō
faciebat propter voluptatem: nec i morbo
huius desiderij suum vas possidebat: quā/
uis ignoraret deum: si talis fuit qualis ꝓ/
dicat. Et non vis intelligere quod ait apo
stolus: Ut sciat vnusquisqꝫ vestrum suum 1. thessal. 4.
vas possidere/nō in morbo desiderij/ sicut
gētes quę ignorāt deum. Bene discernis
inter bonum minus coniugale/ ⁊ bonū am
plius continentię: sed tuum dogma nō de/
seris inimicissimū gratię. Dicis enim/ꝙ do
minus continentię gloriam libertate ele/
ctionis honorauerit/dicēs: Qui potest ca/ Matth. 19.
pere capiat: tanqꝫ hoc capiat non dei mu/
nere/sed arbitrij libertate: et taces quod su
pra dixerat: Non omnes capiunt verbum
hoc/sed quibus datum est. Uide quę tace
as: quę dicas. Puto ꝙ te pungat conscien D
tia: sed vincit rectum timorem cum ingerit
peruersum pudorem: Quoquo modo iam
defendenda pręcipitata sentētia: tātūmo/

do excessum libidinis identidem culpas: ipsam laudare non cessas. Nec attendis/sentis/intelligis: malum esse cui ne limitem necessitatis excedat/cogitur temperantia repugnare: Quamuis tu quod monuit apostolus/ne in morbo desiderij suu vas quisque possideat: non de coniugio/sed de fornicatione accipiendum putaueris: Atque ita temperantie totam honestatem de concubitu coniugum abstuleris/ vt nemo sibi videatur in morbo desiderij suum vas possidere quātacunque libidine in vxoris genitalibus potuerit insanire: si recte de temperantia coniugali sapuisset hereticus/quid sentire debuerit: quid de apostoli testimonio intelligere integra fide potuerit. Si enim vllum ibi tenendū existimares modū/ potuisti et illic concupiscentie reprehēdere excessum: cūque dicere ab apostolo significatum morbum desiderij: et non improbe negari/ suum vas dictum fuisse cuique coniugem suam. Quo verbo in eadem re etiam petrus apostolus vtitur: vbi monet vt viri vxoribus suis tanque infirmiori vasi tribuant honorem: velut coheredibus gratie/ adiungens et dicens: Et videte ne impediantur orationes vestre. Sicut et coapostolus eius tempora prescribit orandi temperantie coniugali: et secundum veniam concedit: quāuis cum coniuge non vtique illum prolis/sed qui fit voluptatis intentione concubitum. Hunc audiant christiana coniugia: nō te qui vis in eis/quā defendis/nunquā frenari concupiscentiam: sed quotienscunque se cōmouerit satiari auidā/regnare securam. Hunc audiant inquā fideles christi qui sunt connubio colligati: vt ex consensu temperent quo vacent orationi: et cum ad idipsum redeunt propter intēperantiam suam: nouerint etiā inde dicere deo: Dimitte nobis debita nostra. Quod enim secundum veniā/ nō secundum imperiū a tāto doctore dicitur/ vtique ignoscitur nō iubetur.

1. thessal. 4. a.

1. Petri. 3. b.

1. Cor. 7. a.

Math. 6. b.

Quō bonā cogitationem voluptas carnalis impediat: et q3 licet de⁹ que futura mala agnouit non preuenerit/nihil tñ ei nisi quod benignitas ē tribuitur: Ca. VIII.

A Sed insertis alijs verbis meis/ vbi voluntatem vere piorum quia christianorum coniugū commendaui: qui filios ad hoc generāt in hoc seculo/ vt propter alterū seculū regenerentur in christo: commemoras te iam in secundo libro istā meā destruxisse sententiā: vbi qd tibi responderim/ibi potius legant qui volunt. Sic enim non sunt facienda adulteria/ etiam voluntate generandi regenerandos: queadmodum nec furta facienda sunt: etiā voluntate pascēdi pauperes sanctos. Ob tamen faciendum est: non furta perpetrando/sed bene vtendo māmona iniquitatis: vt et ipsi recipiant in tabernacula eterna: sicut non adulteria cōmittendo/sed coniugaliter bene vtēdo malo libidinis: ea voluntate generandi sunt filij/ vt cum eis regnetur in eternum. Uerum eleganter laudas susceptam tuam dicens: et verum dicens: quod nihil tale possit dum concubitur/cogitari. Prorsus ita est. Quid enim cogitari potest tunc quando mens ipsa qua cogitatur/ illa carnali delectatiōe submergitur? Unde optime ille de voluptate disputans: que verba in libro superiore iam posui: Cui⁹ motus inquit vt quisque est maximus/ita ē inimicissimus philosophie. Cōgruere enim cū cogitatiōe magna voluptas corporis non potest. Quis enim cum vtatur voluptate inquit ea/qua nulla possit maior esse/attēdere animo/inire rationem/ cogitare omnino quicquā potest? Non igitur etiam tu potuisti grauius accusare quā laudas/nisi fatendo in eius impetu nemi/nē posse sancta cogitare. Sed vtique religiosus animus isto malo bene vtēs/hoc cogitat/ vt libidinē cōcūbendo patiatur: quod non potest cogitare cum patitur. Sicut salutem homo cogitat/ vt somno se imperti/at: quod vtique nō potest cogitare cum dormit: sed somnus cum occupat membra ea non facit inobedientia voluntati: quia et ipsam voluntatem ab huiuscemodi alienat imperio/ auertendo animam ad visa somniorum: in quibus sepe etiam futura monstrata sūt. Uñ si erat i paradiso vicissitudo vigilandi atque dormiēdi/ vbi non erat malum concupiscendi/tam felicia erant somnia dormientium quā vita vigilantium. Que B autem te iactas et inaniter spumeum diffundis eloquium/parentes cōparans parricidis/ in eis asserens esse causam vt filij cum damnatione nascantur: fereris omnino lingue tue velut exultantibus et plaudentibus pennis: nec in isto strepitu /quem tibi ipse facis/respicis deum. Cur enim non ista vel tale aliquid ipsi potius hominum creatori quā genitorib⁹ dicitur: qui certe omnium bonorum est auctor et cōditor? Et tamen quos ignibus eternis presciuit arsuros: creare non desinit/nec ei nisi quia eos creat bonitas imputatur. Et quosdam infātes etiam baptizatos: quos futuros pre/

Luce. 16. c.

3. lib. 4. ca. 14 c.

Ar. tpianis.

sciuit apostatas/ non aufert ex hac vita in eternum regnum adoptatos: nec eis confert magnum beneficium/ quod ei de quo
Sap.4.b. legitur: Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius: Nec tamen deo tribuitur/ nisi bonitas atq; iusticia/ qua de bonis et malis omnia bene ac recte facit. Quanto facilius intelligitur parentibus non esse tribuendum/ nisi quod filios volunt: qui procul dubio que illis futura sunt nesciunt. Qd
Math.26.b. aūt cōmemorasti ex euangelio: Meliꝰ erat homini illi nō nasci: nōne vt nasceretur plus opere dei actū est/ ꝙ parentum? Cur nō ipse imagini sue prestitit quod melius erat: qui malum quod ei futurum fuerat presciebat: quod parētes nosse non possunt? Et tamen ab eis qui recte intelligunt/ nō tribuitur deo: nisi quod benignitati tribuendum est creatoris: Sic et parētibus sine nodo difficilis questionis hoc tribuitur/ ꝙ filios voluerunt quorum futura nesciebant. Ego autem non dico paruulos sine christi baptismate morientes tanta pena esse plectendos/ vt eis nō nasci potius expediret: cum hoc dominus non de quibuslibet peccatoribus/ sed de scelestissimis ꝛ impiissimis dixerit. Si enim /quod de sodomis ait: et vtiq; non de solis intelligi voluit: Alius alio tolerabilius i die iudicij punietur: quis dubitauerit paruulos non baptizatos qui solum habent originale peccatum nec vllis proprijs aggrauantur in damnatione omnium leuissima futuros? Que qualis et quanta erit quāuis definire non possim: non tamen audeo dicere/ ꝙ eis vt nulli essent ꝙ vt ibi essent potius impediret. Uerum vos quoq; qui eos velut liberos ab omni damnatione esse contēditis/ cogitare non vultis qua illos damnatione puniatis/ alienando a vita dei ꝛ a regno dei tot imagines dei. Postremo separando a parentibꝰ pijs: quos ad eos procreandos tam disertus hortaris. Hec autē iniuste patiuntur/ si nullum habēt omnino peccatū: aut si iuste/ ergo habēt originale peccatū.

De tripertito nuptiarū bono: et quō sine mutuo concubitu matrimonium perseueret: et qualiter a parentibus in filios transfundatur peccatū: et de similitudine carnis peccati in christo: Ca. IX.

a Alijs deinde ꝑpositis meis verbis: quibus commemoraui ꝙ honeste sancti antiqui patres coniugibus vsi fuerint: dicis eos non hoc intuitu operaꝫ dedisse propagini/ vt tanꝗ reos gignerent filios baptismate diluendos: eo ꝙ baptisma quo nunc adoptamur nondum fuerat institutum. Hoc de baptismate verum dicis: Nec ideo tamen credendum est: ꝛ ante datam circumcisionem famulos dei (quandoquidem eis inerat mediatoris fides in carne venturi) nullo sacramento eiꝰ opitulatos fuisse paruulis suis: quāuis quid illud esset aliqua necessaria causa scriptura latere voluerit. Nam et sacrificia eorum legimus quibus vtiq; sanguis ille figurabatur: qui solus tollit peccata mūdi. Apertius etiam legis iam tempore nascētibus paruulis: offerebantur sacrificia pro peccatis. Respōde/ pro quibus peccatis. Respice illis etiam generantibus patribus peri- **Gen.17.b.** turam fuisse animā paruuli de populo suo si die non circumcideretur octauo: ꝛ respōde quo merito periret: quem negas originali obnoxium fuisse peccato. Jam vero de ioseph/ cuius mariam teste euangelio coniugem dixi/ multa diu disputas contra sententiam meam: et conaris ostendere/ quia concubitus defuit: nullo modo fuisse coniugium: Ac per hoc scd̄m te cuꝫ destiterint concūbere coniuges: iam non erunt coniuges: ꝛ diuortiuꝫ erit illa cessatio. Quod ne contingat: agāt sicut possunt decrepiti qd̄ iuuenes agebant: ꝛ ab hoc opere/ quo etiā cōtinens nimium delectatur/ nec effetis etate corporibus parcant. Non se cogitent ꝗtum ad libidinis attinet incentiua senuisse/ vt possint coniuges permanere. Si hoc tibi placet/ tu videris. Ego autem/ quia liberorum procreādorum causa vxores esse ducendas honestas cōsentit humana quolibet modo libidini cedat infirmitas ꝓpre- **Al. ꝛ propter.** ter fidem quam sibi debent coniuges ne fiant adulteria: et prolem cuius generande causa sexus vterq; miscendus est: aduerti etiam tertium bonum quod esse in coniugibus debet: maxime pertinentibus ad populū dei: quod mihi visum est esse aliquod sacramentum: ne diuortium fiat: vel ab ea cōiuge que nō potest parere: vel sicut fecisse cato perhibetur: ne ab eo viro qui plures nō vult suscipere filios/ alteri fetanda tradatur. Propter hoc in illo quod scd̄m euāgeliū coniugium nūcupaui: omnia tria bona nuptiarū dixi esse cōpleta. Fidem: quia nullū adulteriū: Prolem/ ipsum dn̄m christū. Sacramētū qꝛ nullū diuortiū. Nō ergo qꝛ dixi omne nuptiaꝝ: id est hoc tripertitū bonū: in illis christi parentibꝰ fuisse completū ꝓpterea hꝫ dixisse putari debeo: sicut istimu-

tas: vt quicquid aliter fuerit/malu3 esse videatur. Dico enim et aliter bonū esse coniugium: vbi proles nisi per concubitū nō potest procreari. Si em̄ aliter posset/ ꝛ tamē cōcūberent cōiuges: apertissime libidini cederent: atq3 illo malo vterentur male. Cū vero propter quod sexus ambo sūt instituti: nisi eoꝝ commixtione non nascitur homo: propter hoc mixti cōiuges/ illo malo vtuntur bene. Si autem de libidine querunt/ etiam voluptatē/ venialiter male. Quasi maritus inquis ioseph ꝑ opiniōe omniū erat: scdm̄ hanc opinionem / non scdm̄ veritatem locutam fuisse scripturam vis intelligi vt virginem mariam eius coniugem diceret. Hoc putemus euangelistam facere potuisse: cū vel sua vel cuiuslibet alterius hominis verba narraret/ vt scdm̄ opinionem hominū loqueref. Nunquid et angelus loquens vnus ad vnum contra conscientia3 ꝛ suā ꝛ ipsius cui loquebatur: scdm̄ opinionem potius q̄ scdm̄ veritatem fuerat locutus/ qui ei dixit: Noli timere accipere mariam coniugem tuam? Deinde quid opus erat vt vsq3 ad ioseph generationes perducerentur: si non ea veritate factum est/ qua in cōiugio sexus virilis excellit. Quod ego in libro cui respondes cum posuissem: tu prorsus attingere timuisti. Dicit autem lucas euangelista de domino: q putabatur filius ioseph: quia ita putabatur/ vt p eius concubitū genitus crederetur: hāc falsam voluit remouere opinionē: nō mariam illius viri negare coniugem/ contra angelum testem: quāq3 ꝛ tu ipse etiam ex desponsionis fide/ eam nomen coniugis accepisse fateans. Que fides vtiq3 inuiolata permansit. Neq3 em̄ cum eam vidisset iam virginē sacram diuina fecunditate donatā/ ipse aliam quesiuit vxorem: cū vtiq3 nec ista quesisset si necessariam coniuge3 non haberet: Sed vinculum fidei coniugalis non ideo iudicauit esse soluēdum: q2 spes cōmiscēdę carnis ablata est: Uerum de isto coniugio quod vis existima. Nos tamen non vt calumniaris dicimus/ sic fuisse primos coniuges institutos/ vt sine cōmixtione vtriusq3 sexus coniuges essent. Sed vtrū in paradiso asi pctm̄ caro cōcupiuerit aduersus spiritu3: vel vtrum nūc in cōiugibus hoc non fiat/ quādo eiusdem concupiscentię etiā p pudicitiam ɔiugalem cohibetur excessus: ꝛ vtrū malum non sit cui repugnanti cōsentiendū nō ē/ ne i suū pergat excessū: ꝛ vtrū nō ex ipsa ꝛ cum ipsa ɔcupiscentia nascaf/ cui malum inesse vllū negas: ꝛ vtru3 ab in generato malo possit hominum quisq3 nisi regeneratione liberari: H inter nos differt. In his questionibus catholica veritate antiquitus tradita/ vestra impia nouitas suffocatur. Quod autem putasti congerenda esse sacraꝝ testimonia litterarū/ quibus probares vsi inter nos nulla questio est: a deo creari hominem: quod de quolibet vermiculo negare fas non est: quo pertinuit/ nisi vt te appareret campos quesisse verborum vbi verbose atq3 inaniter curreres? Sed cū etiam sancti iob testimonium tam loquaciter adhiberes: quare nō tibi venit in mentem: quod ait idem homo dei/ cum de peccatis sermo eius esset humanis: neminem mundum a sorde/ nec ifantē cuius est vnius diei vita sup terrā. Nam misericordiam ꝛ magnis ꝛ pusillis omnibus prestari ab illo a quo salus est et hominū ꝛ pecorum/ et qui facit solem suū oriri super bonos et malos/ quis abnuat: nisi q deū esse/ aut terrena curare nō credit? Quod tu quasi ide cōtenderemus/ per testimoniū sancti iob docere voluisti: quia dixit: Ossibus et neruis compegisti me: vitā ꝛ misericordiam tribuisti mihi. Ubi quidem ille potuit non omnem significare hominē: sed de seipso gratias agere/ q eum carnaliter natum nō deseruerit/ sed ei misericordiam vt vere viueret: id est iuste viueret: qui eum cōdidit ipse prestiterit. Aut certe quia parū erat vita quā nascēdo sortitus est/ ideo addidit: ꝛ misericordiā: ne remaneret naturaliter filius irę sicut ceteri/ atq3 inter vasa irę non inter vasa misericordię fieret. Cur autem de malo quod ei adiacet atq3 inest membris eius re° nō sit fidelis ꝛ ex eo malo: tamē q nascitur reatū trahat/ iam nescio quotiēs diximus: fideli em̄ hoc bn̄ficiū regēneratio ɔtulit/ non generatio: Inde ergo ab isto reatu soluenda est ples/ vnde solut° est parens. S3 magnū aliqd te dialectica docuit: rem q̄ in subiecto est/ sine illa re esse nō posse in qua subiecta est: Et ideo putas malū qd ē in parēte vtiq3 in subiecto/ aliū rei: id est, ꝑli ad quā nō puenit reatū nō posse trāsmittere. Recte hoc diceres: si malū ɔcupiscentię de parente nō ꝑueniret ad ꝑlem. Cum vero sicut sine illo nemo seminaf: ita sine illo nemo nascaf: quō dicis eo non peruenire quo trāsit? Nō em̄ aristoteles/ cuius cathegorias insipienter sapis: sed apostolus dicit: Per vnū hominē peccatum intrauit in mūdū: ꝛ p oēs holes transiyt. Nec sane tibi dialectica illa mentif: sed tu non intelligis. Uerum est em̄ quod ibi accepisti: ea quę in

Marginalia: Matth. i. c. — B — Luce. 3. c. — Job. 25. — Matth. 5. g. — Job. 10. c. — Eph. 2. a. — Roma. 9. c. — C — Roma. 5. b.

subiecto sunt: sicut sūt qualitates / sine subiecto in quo sūt / esse non posse: sicut est in subiecto corpore color aut forma: Sed afficiendo transeūt / non emigrando: quemadmodū ethiopes / quia nigri sunt nigros gignunt: non tamen in filios parentes colorem suum velut tunicam transferunt: sed sui corporis qualitate corp⁹ quod de illis propagatur afficiunt. Mirabilius est autē quando rerum corporalium qualitates in res incorporales transeūt: et tamē fit / quādo formas corporum quas videmus hauriimus quodammodo / et in memoria recondimus / et quocūqz pergimus nobiscum ferimus: nec ille recesserunt a corporibus suis: et tamen ad nos mirabili modo affectis nostris sensibus transierūt. Quomodo autem de corpore ad spiritum / eo modo transeunt de spiritu ad corpus. Nam colores

Gen.30.f. virgarum quas variauit iacob / afficiendo transierunt in animas pecorum matrum: atqz inde rursus eadem affectione transeūdo apparuerunt in corporibus filiorum.

2. Retract. ca.62.b. Tale vero aliquid etiam in fetibus humanis posse contingere / soranus medicinę auctor nobilissimus scribit / et exemplo confirmat historię. Nam dionysium tyrannum narrat / eo qz ipe deformis eēt / nec tales habere filios vellet: vxori suo in cōcubitu formosam proponere solere picturam: cuius pulchritudinem concupiscendo quodammodo raperet / et in prolē quā cōcipiebat afficiendo trāsmitteret. Neqz enim deus ita naturas creat / vt leges auferat quas dedit motibus vniuscuiusqz naturę. Sic et vitia quāuis sint in subiecto / et parentibus tamen in filios non quasi trāsmigratione de suo subiecto in subiectum alterum: quod fieri non posse cathegorię illę quas legisti verissimum ostendunt: sed quod non intelligis affectione et contagione pertranseunt. Quid est qz laboras magnis argumentationibus peruenire ad impietatis abruptum: vt christi caro quia de maria natus est / cuius virginis caro sicut cęterorū omnium ex adam fuerat propagata / nihil distet a carne peccati: et sine vlla distinctione apostolus dixisse credatur: eum fuisse mis-

Roma.8.a. sum in similitudine carnis peccati: aut nullam carnem esse peccati: aut si sit quia inde venit / inde etiam esse christi contendit hereticus: immo potius instas vt nulla sit caro peccati / ne & sit et christi? Quid ē ergo carnis similitudo peccati / si nulla est caro peccati? Sed hanc apostolicam sententiā me non intellexisse dixisti: nec eam tamē exposuisti: vt te doctore nossem⁹ / qz aliqua res possit esse similis ei rei quę non est. Quod si dementis est dicere: et sine dubio caro christi nō est caro peccati / sed similis carni peccati: qd restat vt intelligamus / nisi ea excepta omnem reliquā humanam carnem esse peccati? Et hinc apparet illam concupiscētiam per quā christus concipi noluit / fecisse in genere humano propaginem mali: qz marię corpus quāuis inde venerit: tamen eam non traiecit in corpus quod non inde concepit. Ceterum corpus christi inde dictū esse in similitudine carnis peccati: quia omnis alia hominū caro peccati est: Quisquis negat: et carnem christi ita carni comparat nascentium hominum cęterorum / vt asserat vtrāqz esse puritatis ęqualis / detestandus hereticus inuenitur. Magnū porro aliquid inuenisse tibi videris et copiosissime disputasse: etiam si nascentes mali aliquid ex parentibus trahere possent: qz exparentur manibus dei: quia eos ipse format in vteris matrum: ab ipso autem formari homines / quasi hoc negarem⁹ / instātissime probas / multa de scripturis adhibens testimonia: in quibus cum ea verba ex libro ecclesiastico posuisses qb⁹ dei opera dicūt occulta: ptinuo tua subiecisti atqz dixisti: Quę sententia eorum arguit vanitatem qui putant naturalem profunditatem posse inuestigatione aliqua comprehēdi. Hoc tibi dic: et noli de animę origine temere aliquid definire quod vel ratione verissima vel diuino eloquio minime ambiguo non potest comprehendi: sed potius quod sapientissima mulier mater machabeorum sape: Nam et eius verba posuisti: quę filijs suis / ait: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Quod vtiqz non putanda est dixisse de corporibus eorum: quę corpora se non dubitabat ex virili semine cōcępisse: sed vtrum animę filiorum de paterna anima tractę fuerint / an aliunde in vtero eius esse cęperunt / hoc nimirum illa nesciebat: nec eam pudebat / vt temeritatem caueret ignorantiam confiteri. Quid est ergo quod causaris / cur non ipsi filij mū dentur effectu: vt a pollutionibus inquis quę dicuntur parentum maiestate opificis expientur? Nec attendis hoc dici etiam de manifestis vitijs corporū posse: cum quibus non pauci nascuntur infantes. Quāuis absit vt dubitetur deum verum et bonum esse omnium corporum formatorem: et tamen ex opificis tanti manibus tam multa: nō solū vitiosa / verūetiā mōstruo-

2.Mach.7.e.

sa procedunt vt naturę a nōnullis appellē
tur errores. Qui cū operantē vim diuinā
ꝛ quid cur faciat idagare nō possint: fateri
eos pudet nescire quod nesciūt. Quod aūt
attinet ad peccati originalis in omnes ho/
mines transitū: quoniā per concupiscenti/
am carnis transit: transire in eam carnē nō
potuit/quā nō per illā virgo concepit. Qđ
enim ꝛ de alio libro meo quē scripsi ad san/
ctę memorię marcellinū/velut mihi pręscri
bens ponere voluisti de adam dictum: qđ
tabificauit in se omnes de sua stirpe ventu
ros: vnde vtiq; ille tabificauit/non inde
christus in matris vterū venit. Sed verba
quę ad rem maxime pertinēt in eadem sen/
tentia mea/ego dicam: quia tu dicere nolu
isti: ꝛ statim cur nolueris apparebit. Occul
ta inquā tabe carnalis ꝯcupiscentię suę ta
bificauit i se omnes de sua stirpe vēturos.
Non itaq; carnem tabificauit/in cuius cō/
ceptu tabes ista non fuit. Caro itaq; chri/
sti mortalitatē de mortalitate materni cor/
poris traxit/quia mortale corpus eius in/
uenit: contagiū vero peccati originale nō
traxit: quia concūbentis concupiscentiam
nō inuenit. Si autem nec mortalitatē/ sed
solam substātiam carnis de matre sumpsis
set: non solū caro eius caro peccati/ sed nec
E similitudo carnis peccati esse potuisset. Sz
comparas me ꝛ coęquas apollinaris erro/
ri: qui carnis sensum fuisse negauit in chri/
sto: vt imperitis nebulas vndecunq; com/
moueas ne lucem veritatis attendant. Ali
ud est sensus carnis sine quo nullus fuit/
aut est/aut erit in corpore viuens homo: et
Gal.5.c. aliud est concupiscentia qua caro cōcupi/
scit aduersus spiritū: sine qua fuit ante pec
catum primus homo: qualem nobis exhi/
buit humanam naturā christus homo: qꝛ
sicut ille ex terra/sic iste sine tali cōcupiscē/
tia est creatus ex fęmina: Assumens tamē
ex illa etiam mortalitatis ifirmitatē/ qua/
lis non erat ante peccatum in carne homi/
nis primi: vt esset ista quod tunc illa nō fu
it similitudo carnis peccati. Ut ergo nobis
patiendi pręberet exemplum: non habuit
ille mala sua/sed pertulit aliena: In dolori
bus pro nobis/non in cupiditatibus fuit.
Quapropter natos ex adam/transferri re/
natos oportet ad christum: ne a regno dei
pereant imagines dei: quod sine malo fie/
ri qui dicit/ nec amorem habet/nec timorē
dei. Cum hoc autem malo necesse est ho/
minem de damnata origine generari. Re/
generatos autē absit vt redigamus/ sicut
calumniaris/sub necessitate criminum/ deo

largiente dona virtutū. Quāuis ergo ali Roma.7.d.
am legem videamus in membris nostris
repugnantem legi mentis nostrę: non solū
tamen necessitatem criminis nō habet: sed
habet potius honorem laudis. Cuius spi/
ritus spiritali munere adiutus / aduersus
carnis concupiscentiam concupiscit. Sed
quacunq; te verses/quacūq; te iactes/quę
cunq; vndecunq; colligas/infles/ventiles/
spargas: cōtra quod concupiscit spirit⁹ bo/
nus/non est bonū. Non potuit inquis ex
emplū dare natura dissimilis. Potuit qui/
dem. Nam quid est quod nos ad imitatio/
nem patris hortatur/qui facit solem suum Math.5.g.
oriri super bonos et malos: vt eius exem/
plo nostros diligamus inimicos? Uerum
tamen natura hominis christi/nostrę natu
rę dissimilis non fuit: sed vitio nostro dissi
milis fuit. Ille quippe sine vitio natus est
homo: quod hominum nemo. Quantū au
tem ad vitam pertinet qua christum debe/
mus imitari/hoc quoq; ad distantiam plu/
rimum valet ꝙ vnusquisq; nostrum ho/
mo est: ille autem etiam deus. Neq; enim
tantū potest iustus homo esse qui homo ē/
quātum homo qui et deus est. Illud sane
magnū verumq; dixisti cum posuisses te/
stimonium apostoli petri dicētis: Qui pec 1.Petri.2.d.
catum non fecit: notandum esse ꝙ iudica/
uerit apostolus sufficere ad ostendenden/
dum in christo nullum fuisse peccatum:
quia dixit nullum eum fecisse peccatum:
Ut doceret inquis/quia qui non fecit ha/
bere non potuit. Omnino verissimum est.
Profecto enim peccatum etiam maior fe/
cisset si paruulus habuisset: Nā propterea
nullus est hominū pręter ipsum/qui pecca
tum non fecerit grandioris ętatis accessu:
quia nullus est hominū pręter ipsum/ qui
peccatū non habuerit infantilis ętatis ex
ortu. Tolle inquis/exempli causam: tollet
et precij quod pro nobis factus est. Non
est mirum ꝙ solum exemplum ponis in
christo: qui pręsidium gratię/quo erat ple/
nus/ oppugnas. Spe inquis malo carendi
ad fidei pręsidia consolamus: non autem
carem⁹ innatis. Siquidem post baptisma
virilitas ipsa perdurat: quia virilitatis no
mine concupiscentiā carnis appellas. Per/
durat vtiq; qđ negari nō potest: contra qđ
debet cōcupiscere spirit⁹: ne homo renatus
iā cōcupiscentia sua trahat illect⁹: et vtiq;
cōcupiscētia ꝙ repugnat vt trahat etiam si
spū contra eā concupiscēte et resistente nō
trahat: ac propterea nec concipiat pari at
q; peccatum non est bonum. Et ipsa est

Roma. 7.c. de qua dicit apostolus: Scio quia non habitat in me bonum/ hoc est in carne mea. Hoc autem quod nõ est bonum/ christus i natura si haberet sua/ nõ sanaret in nra.

Quare cõcubit⁹ cõiugalis non sit peccatũ: et quõ ex re a pctõ libera nascãtur peccata: Ca. x.

A Interponis aliõ de libro meo: z qm̃ i dixi cõiugalẽ ɔcubitũ/ q̃ fit intentione generãdi nõ ipsũ esse pctm̃: eo φ bona voluntas animi sequẽtem ducat/ nõ ducentem sequat corporis voluptatez: tu contra refers de ea re que a peccato libera ẽ/ peccata nõ nasci: isto modo existimãs te posse destruere originale peccatum: qd non destruit nisi saluator/ quem paruulis inuidetis: Destruit autem soluendo φ rei sunt/ nõ negando. Ideo quippe cõcubitus ɔiugalis/ qui fit intentione generandi/ nõ est peccatũ: quia bene vtit lege peccati: id est cõcupiscentia que est in membris repugnans legi mentis. Que si ppterea reum parentem non tenet/ quia regeneratus est: quid mirum si ppterea reum tenet nascentem/ quia inde generatus est? Et ideo ne reus remaneat: etiam ipse regenerandus est. Hec vero sententia tua qua dixisti: de ea re que a peccato libera est: peccata non nasci: quãtũ adiuuet manicheos si cogites/ voles eam delere de libro tuo: et de cordibus omniũ qui legerũt librũ tuũ? Si enim nõ de ea re que a peccato libera ẽ/ peccata nascuntur: habent aliã naturã suam scd̃m manicheos vnde nascant. Quos z alijs similibus sentẽtijs tuis q̃tum adiuuares/ iam in primo huius nostri operis volumine demostraui. Ecce z hic quod dixisti tãtũdem valet. Vides ne nobis operã dandam preter errorem ɔprĩũ/ quo pelagiani estis: vt quasdam tuas sententias qualis et ista ẽ/ euertamus: si manicheos vincere volum⁹. De ea re que a peccato libera est/ dicis peccata nõ nasci. Sed veritas cõtradicit: que te z manicheos euertit cũ quibus tibi vox ista communis est. Angelus quem creauit deus/ res a peccato libera fuit: homo quez primum creauit deus/ res a peccato libera fuit. De rebus igitur a peccato liberis/ nata esse peccata qui negat/ aut manicheus ẽ manifestus: aut manicheis suffragatur incautus. Deinde ponẽs alia verba mea: sic argumentaris/ quasi ego dixerim: cum seruit coniugatis ad ɔpagandam ɔlem/ tunc honorari libidinem. Dicis tibi ipse quod vis: Nam ego hoc nõ dixi omnino/ nec sensi. Quomodo eñ libido cum seruit honoratur: quando ne pergat in liberos excessus dominatione mẽtis opprimitur? Nos itaq nõ diximus semper ad reatum pertinere vti libidine. Quod velut diximus: ita colligis minus peccare adulteros q̃ maritos: quia maritis inquis libido seruit vt peccẽt/ adulteris imperat. Sed cum ego illud non dixerim: qualecunq hoc sit/ tuum quod tanq̃ consequens esse voluisti/ nihil ad me attinet. Ego enim dico vti libidine **B** non semper esse peccatum: quia malo bene vti nõ est peccatum. Nec quecunq res ideo bona est: quia ea bene vtitur bonus. Nam et de duobus hominibus scriptũ ẽ: Filius eruditus sapiens erit: imprudente autem ministro vtetur. Nunquid ideo bonum est esse imprudẽtẽ/ quia bene illo vtitur sapiens? Inde et apostolus iohannes nõ ait: nolite vti mũdo: sed/ Nolite dilige- 1. Ioh. 2. b. re mundum: vbi posuit z cõcupiscentiam carnis. Qui enim nõ diligens vtitur/ quasi non vtens vtitur: quia non eius rei causa vtitur sed alterius quã diligẽs intuet/ vt etiam nõ diligens hac vtatur. Propter qd paulus coapostolus eius: Et qui vtunt in 1. Cor. 7. b. quit hoc mundo/ quasi nõ vtantur. Quid est: quasi nõ vtãtur/ nisi non diligant quo vtunt? quoniam tale est/ vt bene aliter non vtant. Et hoc quidem etiam in his rebus obseruandũ est: que in hoc mũdo sic bone sunt vt tamẽ eas diligi nõ oporteat. Quis enim malum esse pecuniã recte dixerit? Et tñ nemo ea bene vtit qui dilexerit: quanto magis libidinẽ. Nam pecuniã malus quidem spiritus cõcupiscit: sed ipsa contra bonum spiritum non concupiscit: quod libido facit: atq ideo et qui hoc esse malum negat/ peccat: et qui hoc malo bene vtitur/ nõ peccat. Recte igitur argumẽtareris dicẽs: libidinem si mala est/ maiori reatu obstringere quibus obsequitur/ coniuges: q̃ quibus dominatur/ adulteros: si diceretur a nobis/ eos cõiuges q̃ seruiẽte ɔcupiscentie malo ad solum generandi vtuntur officium/ ad aliqua mala opera eo sillo vti: sicut ad facinus perpetrandum seruo vtitur homicida. Cum autem dicamus bonum esse in coniugibus officium ɔcreandi: quãuis vulnus quod in renato sanari potest/ trahat natus de primi contagione peccati: restat vt sic vtantur coniuges boni malo cõcupiscentie/ sicut sapiẽs ad opera vtiq bona ministro vtitur imprudente. Sed homines acutissimi ideo non modum/ non genus/ sed excessum voluptatis arguitis z exprobrãdũ cẽteris obscenus: qz eũ nostis vt

dicis/intra côcessos fines animi potestate posse retineri. Faciat animi potestas si potest/vt ad transgrediendos fines a quibus transgrediendis eam reuocat/nô se libido cômoueat. Quod si facere nô potest: pfecto vt fines nô transgrediat/improbo hosti resistit/q eos trãsgredi nitit. Sz vniuersum contemptum eius inquis virginibus continentibusq inesse testamur. Nunquid ideo virgines z continentes côtra côcupiscentiam carnis non pugnant? Et quid est côtra quod exercent abs te quoq pdicata illa gloriosa certamina/vt virginitatê continentiamq custodiant? Si ergo pugnant malũ est quod expugnant. Et vbi est hoc malum/nisi in ipsis? Ergo nô habitat in me hoc est in carne mea bonũ/veraciter dicit z ab ipsis. Nihil aliud dicis esse nuptias q corporum cômixtionez: et dicis postea/qd et verum ê/sine appetitu mutuo z sine opere naturali/ppagatione esse nô posse. Nũquid tamê negas sibimet etiam adulteros appetitu mutuo z ope naturali/ z corporũ cômixtione ziungi? Nô est ergo ista definitio nuptiarũ. Aliud est eñ qd nuptie sunt: z aliud est sine quo etiã nuptie filios ppagare nô possũt. Nã z sine nuptijs possũt nasci hoies: z sine corporz cômixtiõe possũt eê ziuges: Alioqn nô erũt ziuges/vt nihil aliud dicã certe cũ senuerint sibiq misceri vel nô potuerit/vel sine spe suscipiêde plis erubuerint atq noluerint. Uides q q inconsiderate nuptias definieris: dicêdo eas aliud non esse nisi corporum cômixtionê. Tolerabilit forte diceres/nô eas incohari nisi per corporum commixtionem: quia filiorum pcreandorum causa vtiq dicunt vxores: et aliter non possunt filij pcreari. Sed pcreandi causa cômixtio corporum aliter q nunc est fuisset/si nemo peccasset. Absit enim vt honestissima illa felicitas in paradiso commote libidini semper obtemperaret. Absit vt illa pax animi z corporis haberet aliquid/pter quod aduersus seipsam prima hominis natura pugnaret. Si ergo ibi nec seruiêdum libidini: nec aduersus eã bellandũ fuit: aut nô ibi fuit: aut nô talis qualis nunc est fuit. Nũc enim libidini necesse ê/vt repugnet qui seruire noluerit: necesse est vt seruiat qui pugnare neglexerit. Quorum duorũ vnum est molestum/ et si laudabile: alterũ turpe et miserabile. Ita q in hoc seculo vnum horum castis est necessarium: in paradiso autem vtrũq a beatis fuerat alienum. Sed iterũ me dicis mihimetipsi esse contrarium: ppositis videlicet alijs vbis meis/vbi ppagatiõis officiũ a carnalis delectatiõis appetitione discernens: aliud esse dixi nô côcumbere nisi voluntate generãdi/quod nô habet culpam: aliud côcumbêdo carnis appetere voluptatem/sed nô pter côiugem: quod veniale habet culpam. Nihil habent duo ista quã tum mecum omnes vident qui verum vident/vnde me ostendas mihi esse côtrariũ. Audi tamen idêtidem quod eorũ sensibus inculcari intimetur quos fallere affectas. Calumniaris eñ nos excusationem pbere turpibus z flagitiosis hominibus: vt cum infanda immũda cômiserint: contra voluntatem se dicant fecisse: z ideo nullum habere peccatum: quasi nos nô multo exercitius adhortemur contra libidinem esse pugnãdum. Nam si vos cum id bonum esse dicatis/non vultis tamen/vt vestra aduersus istud bonum frigescere/ vel certe tepescere bella credamus: quãto vigilantius z ardêtius contra malum nos censemus esse pugnandum. Nos dicimus illud esse contra voluntatem: vt caro concupiscit aduersus spiritum: nô illud/vt spiritus aduersus carnem. Per quã côcupiscêtiam bonam fit/vt nisi causa generandi nô vtant côiuges carnis libidine ac sic malo vtãtur bene: Qui vsus bonus mali facit honestum concubitum/vereq nuptialem. Uoluptatis autez causa non prolis/facit concubitum culpabilem: sed in coniuge venialem. Ideo autê et de honesto concubitu qui nascit trahit quod renascendo diluat: quia et in concubitu honesto inest malum quo bene vtitur bonitas nuptiarum. Sed non obest renatis/quod oberat natis. Unde fit côsequês vt qui ex eis nascitur/z illi obsit si nô renascatur. Tu sane inter argumentationes tuas/quibus te ianiter aduersus mea verba contorques: idêtidem te manicheos adiuuare nô vides. Ideo qppe tibi videtur natus de concubitu coniugali/nô trahere originale peccatum: quia de hoc opere qd nô habet culpam/nasci sicut dicis culpa non potest: Cur ergo de opere dei quod non habebat culpã/ nata est culpa angeli: nata ê culpa hominis? Cernis quãtum eis suffrageris quorum detestatiônê conaris obtegere: quod aduersus catholicam fidem fundatissimam sentis. Si enim scdm definitiuam tuã de hoc opere quod nô habet culpam/nasci culpa nô potest: ecce nulla opera dei habent culpam: Unde igit culpa nata est? Hic maniche te adiuuante aliã naturã/sicut desipit/malã molit inducere: vt

Roma. 7 c.

Gal. 5. c.

ſit vnde culpa nata eē credat: quia de opere dei ſcōm tua verba culpa nō naſcit. Nū quid poteſt vinci manicheus / niſi cum illo ⁊ ipſe vincar: quia et angelus ⁊ homo dei ſūt opera ſine culpa: Ex quib⁹ tamē culpa nata eſt / dū ab ea qui culpa caret ꝑ liberū arbitriū receſſerunt: qḋ eis datū eſt ſine culpa: ⁊ facti ſunt mali: nō per admixtionē malis / ſed per defectionē boni. Dicis ob hoc a me chriſtiani tēporis continētiā fuiſſe laudatam / non vt ad virginitatē incenderent homines / ſed vt bonū nuptiarū quod a deo D institutum eſt dānaret. Sed ne puteris de Al. ꝑ̄ poteſt animo meo maliuola ſuſpitione torqueri: velut ꝓbare me volens dicis mihi: Si fideliter inuitas homines ad ſtudiū cōtinentie: fateris ergo ita virtutē pudicitie a volentibus poſſe ſeruari / vt ſit quicūqꝫ volue rit corpore ſanct⁹ ⁊ ſpiritu. Reſpondeo me fateri: ſed nō ſicut vos. Nā vos ipſius animi virib⁹ hoc tribuitis: ego adiute per dei gratiā voluntati. Verūtamen quid cōprimit animi imperio ne peccet niſi malū quo vincente peccat: Qḋ malum ne dicam⁹ cū manicheis tanqꝫ ex aliena mali natura nobis eſſe cōmixtum: reſtat vt in noſtra natura tanqꝫ vulnus aliqḋ fateamur eſſe ſanandū: cui⁹ reatū iam fatemur regeneratiōe ſanatū. Ecce fruſtra enumeraſti / ǭbus me cōpares tot hereticorū fraudes: quoꝝ vtinā numerū non augeres: apoſtolica ſententia 1. Timoth. 4. a. qua notat hereticos ꝓhibentes nubere: etiam me aſſeris tangi: quaſi dicam poſt aduentū chriſti turpia eſſe coniugia. Audi ergo quod dicimus / vt hoc ipſum multiſ modis ac ſepius audiēdo nō diſſimules veritatē / ſimulās quodāmodo ſurditatem. Nō dicimus turpia eſſe cōiugia: quādoquidē ne icontinēcia in damnabile cadat flagitium / fulcienda eſt honeſtate nuptiarū. Sed quod vos dicit / chriſtiana doctrina nō dicit: id eſt / vt verba tua ponā: hominē ſufficere ingenitis ſibi motibus dare leges: hoc non dicimus: ſed dicimus qḋ dixit apoſto- 1. Cor. 7. b. lus / cū hinc loqueret: Vnuſquiſqꝫ ꝓprium Ib. 15. a. donū habet a deo. Et qḋ dixit dñs: Sine Math. 19. b. me nihil poteſt facere. Et nō oēs capiūt verbū hoc / ſed ǭbus datū eſt: cū poſſet dicere: nō oēs capiūt verbū hoc: ſed qui voluerit: ſi verū eſſet quod dicitis vos. Quero ſane qualib⁹ ingenitis ſibi motibus hominem dicatis eſſe idoneū dare leges: vtrū bonis / an malis: Si bonis aduerſus bonū: ǭ ſpiritus cōcupiſcat: et duo bona inuicē ſibi aduerſant in homine. Qḋ ſi ita eſſet: ipſa diuorum bonoꝝ inter ſe aduerſitas bona eſſe nō poſſet. Si aūt malis: fatere igit ingenitos eſſe homini motus malos cōtra quos caſtitas dimicat. Et ne dicere cū manicheis cogaris aliene mali nature nobis ineſſe cōmixtionē / noſtrū potius originalē cōfitere languorē: Cuius languoris malo coniugalis bene vtit pudicitia: cōtra quod languoris malū / adhibent ab incōtinentibus nuptiarū remedia: exercent a continentib⁹ glorioſa certamia. Arbitror pollicitationē meā ex quo tibi ad oia reſpōderi cepi / in ǭbus ſoluendos queſtionū nodos aliquos attuliſti / cōmodius impleri / ſi numerū tuorū voluminū non exceſſero. Sit ergo hic finis huī⁹ mei: vt nouiſſimū tuū ab alio refellamus exordio.

Sancti auguſtini hipponēſis epi / contra iulianū liber quintus explicit.

Capitulorum libri ſexti cōtra iulianū / ſācti auguſtini recollecta annotatio.

9 Per quid diabolo humana subiuge/
tur natura: τ qualiter quis reluctan/
do debeat se ei subtrahere.
10 Quomodo intelligendū sit euā q̄ ser/
penti credidit corruptā libidine.
11 Recapitulatio quedā priorū librorū:
de intellectu quoqꝫ apostoli: Quis
me liberabit ď corpore mortis hui⁹:
τ quibusdā alijs.
12 Q̄ non imitatione sed ꝓpagatiōe ab
adam in posteros sit culpa trāsfusa:
a qua sola gratia liberat redempto
ris: τ de illa dictione/ omnes/ quomo
do accipienda: τ quomodo scriptu/
rę auctoritate/ parentū peccatis fi/
lij obligenꝫ.
13 Libri toti⁹ cōclusio breui epilogo.

Eiusdem diui aurelij augustini/ hipponēsis epi/ contra iulianum liber sextus incipit.

Q̄ homo q̄ de cōcupiscentia na
scitꝫ: nō deo/ sed mūdo nascitꝫ: deo
autem nascitꝫ cum ex aqua τ spiri/
tu renascitur: Ca. I.

A Esponsū est
iam libro tuo tertio/ rn̄de/
r atur et quarto: aderit do/
minus/ vt nō solū veritas/
sed etiā charitas tibi exhi/
beatur a nobis: Quę duo quisquis tenue/
rit/ nec fatuus/ nec liuidus erit. De quibus
vitijs in principio memorati tui libri mul/
ta dixisti. Nam et error veritate/ τ liuor cha
ritate pellendus est. In hac autem tua dis/
putatione cū de stulticia loqͥreris/ dicens
eam matrē esse omniū vitiorū/ adhibuisti
Sap. 7. b. testimonium de scriptura vbi legitꝫ: Nemi/
nem diligit deus/ nisi eum qui cū sapientia
habitat. Quęre itaqꝫ diligenter/ vtrū habi
tare cum sapiētia puerilis vanitas possit:
per quā necesse ē ex īfantia paruulus trās/
eat: qui tamen transit: τ considera qui pri/
mus fructus nascatꝫ de radice quā laudas:
et quāta in contrariū mutatione opus ha/
beat vt diligatꝫ a deo/ qui nisi eū qui habi/
tat cū sapientia neminē diligit. In p̄desti/
natis vtiqꝫ paruulis quod odit absumens
vt etiam ipsos a vanitate liberatos cum sa
piētia diligat habitantes: quos certe si ab
vbere raptos abstulerit vltimus dies/ mi/
ror si audes dicere habitaturos cū sapien/
tia pręter regnum dei/ quo eos bonū scd̄m
te inuiolatę inculpatęqꝫ naturę non p̄mit/
tit accedere/ nisi veri saluatoris gratia redē
ptos liberet a falsi insipientia laudatoris:
vt omittā natura fatuos/ multo amplius
lugēdos scriptura teste q̄ mortuos. Quos
quidem et ab isto tāto malo potest dei gra
tia per sanguinem mediatoris eruere. Sed
vnde potuerūt in tantū malū ruere si diui
no iudicio nulla origini debetur pęna vi/
tiatę? Ecce merito rep̄hendisti eos τ graui/
ter/ qui vel supersederūt scienda cognosce/
re vel nō formidāt ignorata culpare. Nū/
quid hoc de his qui excordes nati sunt po/
tes dicere? Nec tamē eis sub deo iusto vn/
de hoc accidere potuerit inuenturus es: si
nulla ex parentibus trahunꝫ merita filio/
rū. Sꝫ inuidēdo tibi/ in quadā meridie cō/
pertę veritatꝭ sine obūbramēto ignoratiōis
vt loqueris insanim⁹. Ita ne vero tāta in
paruulis mala/ tu q̄ nō inuides/ nō vides?
Bon⁹ est de⁹/ iustus est de⁹. Extranea pro/
sus mali est nulla natura/ quę nostrę natu/
rę scd̄m manicheos credatꝫ admixta. Unde
sunt: non dico in moribus/ sed i ipsis inge/
nijs cum quibus nascunꝫ tanta hominum
mala: si nō ē humana origo vitiata/ nō est
massa damnata? Quid q̄ homo fatuitatis
expers sit/ τ ab inuidię stimulis alienus: ip/
sam sic describis inuidiā/ vt in tua descripti
one hoc vitium et peccatū appareat τ pę/
na peccati. An non est peccatum diabolicū
inuidia? An nō est pęna peccati quę proti/
nus ipsū de quo oritꝫ vexat auctorem? Hęc
verba tua sūt: et tamē diuturna loquacita
te visus tibi es acutissime disputasse: vnū
idemqꝫ vitiū peccatum pęnāqꝫ peccati esse
non posse. Sed forte quia inuidus non es:
vix tandē inuidiā in alio libro videre po/
tuisti de qua hęc diceres: et tibi ꝓ me quia
mihi non inuides cōtradiceres. Finito au/ B
tem ꝓemio/ vbi etiam laborasti sicut soles
probare/ quod prędico deum esse hominū
conditorem: mea deinde verba proponis:
vbi dixi/ mūdo non deo nasci hominē/ qui
de concupiscentia carnis nascitꝫ: deo autem
nasci cum ex aqua et spiritu renascitꝫ. Qui/
bus meis verbis sic insidiaris: vt asseras
hinc itelligi me debere dixisse quod ad dia
bolum pertineat quicquid ad mundum p̄/
tinet: quia scilicet alibi dixeraꝫ/ eos qui de
corporū cōmixtione nascunꝫ ad ius diabo
li p̄tinere: asserendo vtiqꝫ de potestate erui
tenebrarum cū regeneranꝫ in christo. Re/
spondeo ergo calūnię tuę. Ita enī me vis
putari appellasse mundū ad potestatē dia
boli pertinentem: tanq̄ꝫ celum τ terram et
omnia quę in eis sunt vel diabolus fecerit
vel diabolus teneat. Hoc nō dico/ sed dete/

ſtor/redarguo/⁊ damno qui dicit: Sed hoc
loco ſic appellaui mūdum/ quemadmodū
Joh. 14. d. dominus vbi ait: Ecce venit princeps mū
di: Non enim celi et terre et omnium que
per verbum/hoc eſt per eūdem ipſum chri/
Joh. 1. a. ſtum facta ſunt: vnde ſcriptum eſt: Mun/
dus per eum factus eſt/ principem voluit
Joh. 5. d. itelligi diabolum: ſed ſicut dictum eſt: Mū
1. Joh. 2. c. dus in maligno poſitus eſt. Et iterū: Om/
nia que in mundo ſunt: concupiſcentia car
nis eſt et cōcupiſcentia oculorum/ ⁊ ambi/
tio ſeculi: que non eſt a patre/ ſed ex mun/
do eſt. Non enim celum et terra non ſunt a
patre per filium: aut angeli/ſidera arbuſta/
animalia/homines non ſunt a patre per fi/
lium: quātum quidē attinet ad ipſam ſub/
ſtantiā qua homines ſunt: ſed mundi prin
ceps eſt diabolus/ et mundus in maligno
poſitus eſt: omnes vtiq; homines qui rei
ſunt damnationis eterne/ſi non inde libe/
rentur: vt non iam pertineant ad principē
Al. tenebrarum †peccatorum redempti eo ſanguine qui in
remiſſionem fuſus eſt peccatorum. Huic er
go mundo cuius princeps eſt/ de quo ait
Joh. 14. d. qui vicit mundū: Ecce venit princeps mū/
di et in me nihil inueniet: huic inquā mun/
do naſcitur homo donec renaſcatur in eo
qui vicit mundum: et in quo nihil inuenit
princeps mundi. Quis eſt enim mundus
de quo dicit ſaluator mundi ⁊ victor mun
Joh. 7. a. di: Nō poteſt mundus odiſſe vos: me au/
tē odit: quia ego teſtimoniū perhibeo de il
lo/quia opera eius mala ſunt? Nūquid ter
re ac maris celi ac ſiderum mala ſunt ope/
ra? Sed vtiq; mundus iſte homines ſunt.
Nec ab iſto mundo quiſq; liberandus eli/
gitur/ niſi gratia dei per ieſum chriſtum do
minum noſtrū: qui dedit carnem ſuam pro
mundi vita: quod non feciſſet/niſi mundū
inueniſſet in morte. Quis eſt mundus de
Joh. 8. c. quo dicebat iudeis: Vos de hoc mundo
eſtis: ego non ſum de hoc mundo? Poſtre/
mo quis eſt mundus de quo elegit ieſus di
ſcipulos ſuos/ vt iam de mūdo non eſſent:
et eos de quo iam non erant/ipſe mundus
odiſſet? Sic enim loquitur ſaluator mūdi/
lux mundi: ſic inquā loquitur: Hec mando
Joh. 15. c. vobis vt diligatis inuicē. Si mundus vos
odit: ſcitote quia me priorem vobis odio
habuit. Si de mundo eſſetis/mūdus quod
ſuum erat diligeret. Quia vero de mundo
nō eſtis: ſed ego elegi vos de mundo: pro/
pterea odit vos mundus. Si non addidiſ/
ſet: ego elegi vos de mundo: putari poſſet
ita dixiſſe/de mundo non eſtis: quēadmo/
dum de ſeipſo dixerat: ego non ſum de hoc
mundo. Neq; enī et ipſe fuit de mundo: et
electus ē inde/ vt nō eſſet de mūdo. Quis
hoc dixerit chriſtianus? Nec ſcdm hoc enī
q̃ homo eſſe dignatus eſt/ filius dei de mū
do fuit: Quid ita/niſi quia i illo peccatum
nunquā fuit: ꝓpter quod omnis homo pri
us mūdo/non deo naſcitur: ⁊ vt deo naſca/
tur de mundo eligit qui renaſcitur/ vt iam
nō ſit de mūdo? Propter quod ab eo prin/
ceps mundi eijcitur foras ſicut ipſe teſtat
dicens: Nunc iudiciū eſt mundi: nunc prin Joh. 12. e.
ceps huius mundi eijcietur foras. Niſi for/
te eo vſq; veſtra progredietur audacia/ vt
dicatis non de mundo eligi paruulos quā
do baptiſmo eius abluunt: de quo dictum
eſt: Deus erat in chriſto mundū reconciliās 2. Cor. 5. d.
ſibi. Ad iſtam reconciliationem ſi negatis
paruulos ꝑtinere/negātes eos eſſe de mū/
do/qua frōte neſcio viuatis in mūdo. Por
ro ſi eos fatemini cum i corpus chriſti trāſ/
eunt de mundo eligi: neceſſe eſt vt ei naſcā/
tur de quo eliguntur vt renaſcantur. Na/
ſcuntur enī per carnis concupiſcentiā: rena
ſcuntur per ſpirituſſancti gratiam. Illa de
mundo eſt/hec venit in mūdum: vt de mū/
do eligātur qui predeſtinati ſunt ante mū/
dum. Cum autem dixiſſet apoſtolus: Deus
erat in chriſto mundū reconciliās ſibi: quo
modo id faciat/ mox adiunxit atq; ait: Nō
reputans illis delicta eorum. Totus ergo
mundus ex adam reus: deo non negante
manum formationis opere ſuo ſeminibus
inſtitutis/ quāuis paterna preuaricatione
vitiatis: et cum per chriſtū recōciliatur mū
dus/de mundo liberatur: eo liberante qui
venit in mundū: non de mundo eligendus
ſed electurus: nō meritorum electione/ ſed
gratie: quia reliquie per electionem gratie Roma. 11. a.
ſalue facte ſūt. Deinde ꝓpoſitis alijs meis C
verbis vbi dixi: Huius concupiſcentie re/
atum regeneratio ſola dimittit: ac per hoc
generatio trahit: moxq; ſubiunxi: Ergo qđ
generatū eſt regeneretur: vt ſimiliter/ quia
nō poteſt aliter/quod tractum eſt remitta/
tur: fruſtra idētidē conaris obtegere quod
ſuperfluū baptiſmum putatis in paruulis:
dicentes myſteriorum chriſti gratiam mul
tis locupletē eſſe muneribus: Veletis noli/
tis paruulos credere confitemini in chriſtū
per corda ⁊ ora geſtantiū. Ergo et ad illos
pertinet dominica illa ſententia: Qui non Marc. 16. d.
crediderit/cōdemnabitur. Qua cauſa/qua
iuſticia ſi nullum trahunt originale pecca/
tum? Quod autem dicis: hinc potius ſuos
approbat: quod ante proprium volunta/
tis obſequiū/hoc quod in eis fecit benefi/

rierū sublimat augmentis: Si ergo hinc su
os istos approbat: profecto illos quibus
hoc non donat/non approbat suos. Por/
ro cum ꝛ ipi eadem causa sint eius/ quia cō
didit eos: cur non ꝛ ipsos eodem modo ap
probat suos? Hic de fato/vel de acceptio/
ne personarum nihil negatis. Jam ergo no
biscum gratiam confitemini. Quid est eñ
aliud/vbi nihil illorum est? In vna igit̃ ea/
demq̃ causa /ali⁹ relinquit̃ iusticia iudicā/
te nō fato: alius assumitur gratia pręstan/
te nō merito. Frustra omnino contenditis:
nec ab originali peccato paruulos regene/
ratione mundari. Non hoc ostēdit qui dix/
Roma.6.a. it: Quicunq̃ baptiçati sumus in christo: in
morte eius baptiçati sumus. Dicendo eñ:
quicūq̃/ nō vtiq̃ paruulos fecit exceptos.
Quid est autē in morte christi baptiçari/ni
si peccato mori? Unde etiam de ipso idem
alio loco dicit: Qꝫ eñ mortuus ē peccato/
Ibidē.b. mortu⁹ est semel: Qꝫ eñ mortuus est pec/
cato/ vtiq̃ dictū est propter similitudinem
carnis peccati: propter quod ꝛ magnū my/
sterū est crucis eius: vbi ꝛ vetus homo no
ster simul crucifixus est/ vt euacuet̃ corpus
peccati. Si ergo in christo paruuli baptiçā
tur/ in morte eius baptiçantur. Si in mor/
te eius baptiçantur: mortis eius similitu/
dini in complantati peccato vtiq̃ moriun/
tur. Qꝫ enim mortuus est peccato/ mortu/
us est semel: quod autem viuit/ viuit deo.
Et quid est complantari similitudini mor/
tis eius/nisi quod sequitur: Sic et vos ex/
istimate vos mortuos esse peccato: viuere
autē deo in christo iesu? Nunquid dicturi
sumus/peccato mortuū fuisse iesum: quod
nullum habuit vnquā? Absit. Et tamen qꝫ
mortuus est peccato/ mortuus est semel.
Mors eñ eius peccatum nostrū significa/
uit: quo vtiq̃ ipsa mors accidit: cui morti
mortuus: id est vt mortalis non esset vlte/
rius/peccato dicit̃ mortu⁹. Quod ergo ip/
se significauit in similitudine carnis pecca/
ti: hoc per eius gratiam nos agimus in car
ne peccati: Ut quomodo ille moriendo si/
militudini peccati/peccato mortuus prędi/
catur: ita quicunq̃ in illo fuerit baptiça/
tus/id est peccato/sed in christo similitudo
nos veraciter eidem rei cuius illa fuerit si/
militudo moriat̃. Et quomodo in illius ve
ra carne vera mors fuit: sic fiat in veris pec
catis vera remissio. Totus itaq̃ iste episto
lę apostolicę locus si te ab ista prauitate nō
corrigit/ nimis obduruisti. Quāuis enim si
bi ꝯnexa sint oīa quib⁹ ait scribēs ad roma
nos: vt gratia dei cōmendet̃ per iesū chri/
stum: tamen quia epistolā totam hic reco/
lere ꝛ pertractare non possumus: valde eñ
longum est: et isto capite quod agitur con/
sideremus/vbi ait: Cōmendat autē suam Roma.5.b.
charitatē deus in nobis: quoniam cum ad
huc peccatores essemus/ christus pro no/
bis mortu⁹ est. Hoc tu dictū exceptis par/
uulis vis putari. Ubi si abs te quęram: si
non sunt inter peccatores habēdi: quomo/
do pro eis mortuus est/ qui pro peccatori/
bus mortuus est? Respōdebis non pro so/
lis peccatoribus mortuum: q̃uis sit etiam
pro peccatoribus mortuus. Quod quidē
nusq̃ legis in diuinis auctoritatibus: mor
tuū scilicet esse christum etiam pro eis qui
nullum habuerunt omnino peccatū. Sed D
attende q̃ validis testimonijs vrgearis.
Tu dicis etiam pro peccatoribus mortuū:
ego dico non nisi pro peccatoribus mortu/
um: ita vt respondere cogaris/si nullo pec/
cato paruuli obstricti sunt: non esse pro par
uulis mortuū. Dic̃ eñ ad corithios: Quo/ 2.Cor.5.c.
niam vnus pro omnibus mortuus est. Er/
go omnes mortui sunt: et pro oībus mor/
tuus est. Nullo modo hic negare permitte/
ris/nō nisi pro his qui mortui sūt/mortuū
fuisse iesum. Quos igitur hoc loco intelli/
gis mortuos? Nunquid eos qui de corpo/
re exiert? Quis ita desipiat vt hoc sapiat?
Eo modo itaq̃ intelligimus mortuos pro
quibus omnibus vnus mortuus est chri/
stus/quomodo alibi dicit: Et vos cum esse Col.2.c.
tis mortui in delictis ꝛ prępucio carnis ve/
strę: viuificauit cum illo. Ac per hoc vnus
inquit pro omnibus mortuus est: ergo om
nes mortui sunt: ostendens fieri non potu/
isse vt moreretur/nisi pro mortuis. Ex hoc
enim probauit omnes mortuos esse: quia
pro omnibus mortuus est vnus. Impin/
go/inculco/infertio recusanti. Accipe/salu/
bre est: nolo moriaris. Unus pro omnib⁹
mortuus est: Ergo omnes mortui sunt. Un
de quia consequēs esse voluit vt intelligā/
tur omnes mortui/si pro omnibus mortu/
us est. Quia ergo non in corpore/restat vt
in peccato esse mortuos omnes/si pro om/
nibus christus mortuus: nemo neget: ne/
mo dubitet: qui se non negat aut dubitat
esse christianum. Quapropter si nullū tra
hunt peccatum paruuli/non sunt mortui.
Si non sunt mortui: non est mortuus pro
eis: qui non est mortuus/nisi pro mortuis.
Tu autē iam in primo tuo libro cōtra nos
clamans/dixisti christum etiam pro paruu
lis mortuum. Nullo modo igitur negare ꝑ
mitteris eos trahere originale peccatum.

Nam mortui vnde/si nō inde:aut propter
quā mortem paruulorum mortuus est:qui
non est mortuus nisi pro mortuis:cūq; tu
E mortuum pro paruulis confiteris? Redi er
go mecum ad illud quod ad romanos cępe
Roma.5.b. ram dicere: Cōmēdat inquit suam charita/
tem deus in nobis:quoniam cū adhuc pec
catores essemus christus pro nobis mor/
tuus est. Cū peccatores inqt essem⁹/hoc ē/
cū mortui essem⁹/christus pro nobis mor/
tuus est: Multo magis iustificati nunc in
sanguine ipsius/salui erimus ab ira per ip/
sum. Si enim cum inimici essemus reconci/
liati sumus deo per mortem filij eius:mul/
to magis reconciliati salui erimus in vita
2.Cori.5.d. ipsius. Hoc ē illud quod alibi dicitur: De/
us erat i christo mundū reconcilians sibi.
Roma.5.b. Deinde hic sequitur: Non solum autē/sed
et gloriantes in deo/per dominū nostrum
iesum christum. Non soluz inquit salui:sed
et gloriantes:per quē nunc et reconciliatio
nem accępim⁹. Et tanq; causa quęreretur/
quare per vnum mediatorem dominū fiat
ista reconciliatio: Propter hoc inquit sicut
per vnū hominem peccatum in hunc mun/
dum intrauit:ꝛ per peccatum mors: et ita
in oēs hoīes pertransijt/in quo oēs pecca/
uerūt. Quid ergo ęgit lex? Ita ne illa recō/
ciliare non potuit? Non inquit. Usq; enim
ad legē/peccatū in mundo fuit:hoc est/nec
lex potuit auferre peccatum. Peccatū autē
nō deputabatur cū lex non esset. Erat qui/
dem peccatum/sed non deputabatur:quia
Roma.3.c. non cognoscebatur: Per legē eñ cognitio
Roma.5.c. peccati:sicut alio loco dicit: Sed regnauit
mors ab adā/vsq; ad moysen:quia nec per
moysen/ id ē nec per legē regnum eius ab/
latum est. Regnauit autē et in his qui non
peccauerunt. Quare igitur/si non peccaue
runt? Audi quare: In similitudinez inquit
pręuaricationis adę/qui est forma futuri.
Dedit enim ex se formā posteris suis/quā/
uis peccata propria non habētibus:vt pec
cati paterni contagione morerentur/qui ꝑ
eius carnalē concupiscentiā gignebantur.
Sed non sicut delictum inquit/ita ꝛ donū:
ob vni⁹ delictum. Si eñ multi mortui sūt:
multo magis gratia dei et donum in gra/
tia vnius hominis iesu christi in mult' abū
dauit. Multo magis vtiq; abundauit: qr
in quibus abundat temporaliter moriun/
tur/in ęternum victuri sunt. Et non inquit
sicut per vnū peccantē/ita est et donū: Nā
iudicium quidem ex vno in condemnatio/
nem:gratia autē ex multis delictis in iusti/
ficationē. Et vnū quippe illud ad damna/
tionem trahere potuit:sed gratia non hoc
vnū tm̄/verumetiā plura quę superaddita
sunt peccata/deleuit. Si enim ob vnius de
lictum inquit mors regnauit per vnū:mul/
to magis qui abūdantiam gratię ꝛ iusticię
accipiunt/in vita regnabunt per vnum ie/
sum christum. Superior repetitus est sen/
sus:quia multo magis in vita regnabunt/
qui sine fine regnabunt/q; mors in eis re/
gnauit quę cū fine regnauit. Itaq; sicut ꝑ
vnius inquit delictum in omnes homines
ad condemnationem:ita ꝛ per vnius iusti/
ficationē in omnes homines ad iustificati/
onem vitę. Ideo ꝛ ibi omēs/et hic omnes:
quia nemo ad mortem nisi per illum:nemo
ad vitā nisi per istum. Sicut eñ per inobe/
dientiam vnius hominis peccatores con/
stituti sunt multi: ita et per vnius obedi/
entiam iusti constituentur multi. Lex autē
subintrauit/vt abundaret delictum. Ubi
autem abundauit delictū: superabūdauit
gratia: vt quēadmodum regnauit peccatū
in morte:sic et gratia regnet per iusticiā in
vitā ęternā/ per iesum christū dominū no/
strum. Quid ergo dicimus inquit: Perma Roma.6.a.
nebimus in peccato/vt gratia abūdet? Ab
sit. Quid eñ pręstitit gratia/si permanen/
dū est in peccato? Deniq; sequitur et dicit:
Qui mortui sumus peccato:quomodo vi/
uemus in eo? Hinc nunc diligenter atten/
de:et quod sequitur vt intelligas intentus
ausculta. Cum dixisset:qui mortui sumus
peccato:quomodo viuemus in eo? An ig/
noratis inquit quoniā quicunq; baptizati
sumus in christo iesu/in morte ipsius bap/
tizati sumus? Hic sunt paruuli qui baptizā F.
tur:an non sunt? Si non hic sunt:falsuz est
ergo quod ait: Quicūq; baptizati sumus
in christo iesu/in morte ipsius baptizati su
mus:quia non in morte illius baptizantur
paruuli. Sed quoniā verum dicit aposto/
lus/nulli intelliguntur excepti: Nam si de
solis maioribus dictum putatis/ qui iam
vtuntur libero arbitrio:cum dicat ille/qui/
cunq;/frustra vos terret dominica illa sen/
tentia: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Ioh.3.b.
spiritu. Habetis eñ magnū compendium.
Asseuerate ꝛ hoc d solis maioribus dictū:
nequaquā paruulos ista generalitate con/
cludi. Et quid vobis est de quęstione bap/
tismatis laborare:vtrū sit vita ęterna pręt
ter regnū dei:an vita ęterna priuandi sint
innocentes tot imagines dei:ac ꝑ hoc ęter
na morte plectendę? Si autem hoc dicere
nō audetis:qm̄ vniuersaliter prolata sen/
tentia est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua

e spiritu:non potest intrare in regnum dei:
eadem vos vniuersitas comprimit dicente
Roma.6.a. apostolo:Quicũq3 baptiçati sumus i chri/
sto iesu/in morte illius baptiçati sumus.
Ergo τ paruuli qui baptiçantur in christo:
quoniam in morte ipsius baptiçantur/pec
cato moriuntur.Inde enĩ cõnexa sunt ista
sequentia cum superius dictum esset:Qui
mortui sumus peccato/ quomodo viuem⁹
i eo?Nam velut quereretur/quid est mori
peccato?An ignoratis iquit quoniam qui
cũq3 baptiçati sumus i christo iesu/in mor/
te illius baptiçati sumus?Hinc probãs qđ
supra dixerat:Si mortui sumus peccato/
quõ viuemus in eo:vt qui non se ignora/
rẽt in morte christi baptiçatos/ cum bapti/
çarentur in christo/scirent etiam se mortu/
os esse peccato:quia nihil est aliud in mor/
Quid sit in morte christi baptiçari. te christi baptiçari/nisi peccato mori. Hoc
diligentius exponens adiungit τ dicit:Cõ
sepulti enĩ sumus cum illo per baptismum
in mortẽ:vt queadmodũ surrexit christus
a mortuis per gloriam patris/ita et nos in
nouitate vite ambulemus. Si enĩ cõplan/
tati sumus similitudini mortis eius:sic et
resurrectionis erimus:hoc sciẽtes quia ve/
tus homo noster simul crucifixus ẽ/ vt eua/
cuetur corpus peccati:vt vltra non seruia/
mus peccato.Qui enĩ mortuus est/ iustifi/
catus est a peccato:si autẽ mortui sumus
cum christo credimus:quia simul viuemus
cum illo:scientes quia christus surgens ex
mortuis iam non moritur: mors illi vltra
non dominabitur.Quod enĩ mortuus est
peccato/mortuus est semel:Qđ autẽ viuit
viuit deo: Ita τ vos existimate vos mor/
tuos quidem esse peccato:viuere autẽ deo
in christo iesu.Si ergo peccato non moriũ/
tur paruuli: procuidubio in christi morte
non baptiçantur.Si in christi morte nõ ba
ptiçantur:nõ in christo baptiçantur. Qui/
cunq3 enĩ baptiçati sumus in christo iesu:
in morte ipsius baptiçati sumus. In chri/
sto autẽ baptiçantur/peccato ergo moriun
tur.Cui peccato queso te/nisi qđ originale
traxerunt?Argumentationes hominũ con
Ps.93. ticescant:dominus nouit cogitationes ho/
Math.11.d. minũ quoniã vane sunt: Abscondit hec a
sapientibus et prudentibus τ reuelauit ea
paruulis.Si tibi christiana fides displicet:
apertius confitere:Nam christianã fidem
aliam non potes inuenire. Unus homo
est ad mortem/ vnus ad vitam: Ille tñ ho/
mo:iste deus et homo. Per illum est mun/
dus inimicus factus deo. Per istum mun/
dus reconciliatus deo:electus ex mundo.

Sicut enĩ in adam omẽs moriũtur: sic τ in 1.Cor.15.c.
christo omnes viuificabunt. Sicut porta/ Ibidẽ.f.
uimus imaginem terreni:portemus τ ima
ginem eius qui in celo est.Hec stabilitamẽ
ta fidei christiane qui subuertere nitit:stan
tibus eis ipse subuertitur.

Quõ miris quidem modis quod dimissum est in parente trahatur in prole:vnde et morit nisi christi morte viuificetur: Ca.11.

Rorsus quod in libro meo dixi/cui B
p resistis/verũ est.Nam quod dimis/
sum est in parente vt trahat in pro/
le/miris quidem modis fit/sed tamẽ fit.Et
quia modus ipse non facili ratione indaga
tur/nec sermone explicatur/ab infidelibus
non creditur.Quibus verbis meis insidia
ris mẽdaciter:quasi dixerim/nec ratione cõ
prehendi/nec sermone explicari:subtrahẽs
inde quod dixi: non facili siue ratione siue
sermone.Aliud ẽ/nulla/quod tu dicis:ali/
ud est/non facili/quod ego dixi: Ubi quid
aliud q̃ calumniosus appares? Sed etsi
nulla ratione indagetur:nullo sermone ex/
plicetur:verũ est tamen quod antiquitus
veraci fide catholica predicatur/ τ creditur
per ecclesiam totã:que filios fidelium nec
exorciçaret/nec exufflaret si non eos de po/
testate tenebrarũ τ a principe mortis erue/
ret:quod in libro meo cui velut respondes
a me positum est:sed id tu cõmemorare ti/
muisti:tanq̃ ipe ab orbe toto exufflandus
esses.Si huic exufflatiõi qua princeps mũ
di τ a paruulis eijcit foras contradicere vo
luisses:frustra te intorques argumentatio
nibus vanis:non aduersus me/sed aduer/
sus cõmunem matrem spiritalem: que nõ
te aliter peperit q̃ sicut iam non vis vt pa
riat:contra cuius viscera satis acutis telis
tibi videris armatus/ de iustitia dei cõtra
iustitiam dei/de gratia dei contra gratiam
dei colligens argumenta.Tunc enĩ est dei
vera iustitia/si graue iugũ super filios adã Eccl.40.a.
a die exitus de ventre matris eorum nõ sit
iniustum.Quomodo autem non est iniu/
stũ iugum graue/si nullum est in paruulis
malum:propter quod iuste iugo preman/
tur graui?Tũc vera est dei gratia:si hoc re/
bus exhibeat/quod verbis sonat.Quomo
do autẽ hoc facit/si cum exufflat in quo no
uit nõ esse quod pellat/ si cum lauat i quo
nouit non esse quod abluat?Nunquid vel
tibi vel quibuslibet consectaneis tuis ali/
quid dicere videreris:si quantum sit/ vt ex
ea natum necesse sit renasci: non renatum
sit necesse damnari malum concupiscentie

carnis/sanctitate mētis cogitare posses? Et quid conferat gratia/cum reatum eius absoluit: quo faciebat originaliter hominem reum: quando fit in illo plena remissio peccatorum: quāuis ipsa remaneat contra quā regenerati spiritus cōcupiscat: aut bene vsurus hoc malo in minore certamine: aut omnino vsurus in maiore certamine? Inest eīn sensus huius mali/dum reluctatur atq; cohibetur reatus carnalis concupiscentię: sed non sentitur dum est: ita eius ablatio fide creditur/nō carne vel mēte sentitur. Reatus autē ille/ qui sola regeneratione dimittitur/ quēadmodum cum inesset non sentiebatur: ita eius ablatio fide creditur/non carne vel mente sentitur. Ideo in huius rei obscuritate te iactas: et aduersus veritatem quę ostendi hominus maxime carnaliū sensibus non potest: quāto magis vt putas acriter/tanto magis infideliter pugnas. Sed verte omnes tete in facies: et contrahe quicquid siue animis/siue arte vales: quicūq; baptiçati sum[9] i christo iesu/in morte ipsius baptiçati sum[9]. Ergo verum est nos mortuos esse peccato in morte christi/q̄ fuit sine peccato: ac per hoc et maiores et paruuli. Neq; eīn illi et nō isti: aut isti et non illi: sed quicunq; baptiçati sumus in christo iesu in morte illius baptiçati sumus. Consepulti ergo sumus illi p baptismum in mortem nō sine paruulis: quoniam quicunq; baptiçati sumus in christo iesu/in morte illius baptiçati sum[9]: vt quēadmodum surrexit christus a mortuis per gloriā patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si eīn conplantati fuimus similitudini mortis eius: sed et resurrectionis erimus: hic sunt et paruuli complantati similitudini mortis eius. Hoc enim ad omnes pertinet quicunq; baptiçati sumus in christo iesu: hoc scientes/quia vetus homo noster simul crucifixus est. Quorum vetus homo/ nisi quicunq; baptiçati sumus in christo? Hic itaq; agnoscamus et paruulos: quia et ipsos baptiçatos non negam[9] in christo. Et vt quid simul crucifixus est vetus homo noster? Ut euacuetur inquit corpus peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Propter hoc corpus peccati/misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. Quia igitur impudētia negamus etiam paruulos corpus habere peccati: cum hoc dicit/omniū sit quicunq; baptiçati sumus i christo? Qui eīn mortuus est/ iustificatus est a peccato. Si autem mortui sum[9] cum christo: credimus quia simul viuemus cum christo: sciētes quia christus resurgēs ex mortuis iam non moritur: mors ei vltra non dominabitur. Quod eīn mortuus est peccato/mortuus ē semel: quod autem viuit/viuit deo. Ita et vos inquit existimate vos mortuos esse peccato: viuere autē deo i christo iesu. Quibus hoc dicit? Euigilas ne et attendis? Eis vtiq; quibus dicebat: Si autem mortui sumus cū christo. Et qui sūt hi/nisi quibus dixerat: Uet[9] homo noster simul crucifixus est: vt euacuet corpus peccati: nisi quibus dixerat: Complantati sumus: similitudini mortis ei[9]: nisi quib[9] dixerat: Cōsepulti ergo sumus illi per baptismum in mortem? Et hoc quibus/vel de quibus dixerat/lege superiora verba mea quibus hęc cuncta connexa sunt: et inuenies. An ignoratis quoniā quicunq; baptiçati sumus in christo iesu in morte ill[9] baptiçati sum[9]? Et cū hoc diceret/ probare qd voluit? Lege adhuc paulo superi[9] et inuenies. Si mortui sumus peccato/quomodo viuemus in eo? Aut ergo agnoscite paruulos in baptismate mortuos esse peccato: et fatemini habuisse cui morerentur originale peccatum: aut aperte dicite non eos in morte christi baptiçatos cum baptiçarent in christo: et apostolum mendacio redarguite/dicentē: Quicunq; baptiçati sumus in christo iesu/in morte illius baptiçati sum[9]. Ego hęc arma cęlestia/ quę vincūt scelestium/non dimitto his fidem meam sermonē q; committo. Argumēta quę profertis humana sunt: hec munimēta diuina sūt. Delicta quis intelligit? Nunquid ideo delicta non sunt? Ita et originale delictu; quod in parente regenerato remittitur et transit in prolem et manet/nisi et ipsa regeneretur: quis intelligit. Nunquid ideo non est delictum? Unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Quo corde/quo ore/qua fronte paruulos mortuos negat? pro quibus christum mortuum non negatis? Si non est pro eis christus mortuus/ vt quid baptiçantur? Quicunq; eīn baptiçati sumus i christo iesu/in morte ill[9] baptiçati sumus. Si autem etiam pro eis mortuus est/qui vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt/et isti cum omnibus. Et quia in peccato mortui sunt/moriuntur et peccato vt viuant deo/quando renascuntur ex deo. Quod si explicare non possim/quomodo viuus generet mortuū: mortuus eīn peccato parens/et viuēs deo: generat tamen in peccato mortuū: nisi et ipse peccato regeneratiōe moriatur vt viuat

Margin notes: B; Roma. 6. a.; Roma. 8. a.; Roma. 6. b.; C; Ps. 18.

deo. Nunquid ideo falsum est: quia expli/cari verbis/vel non potest/vel difficillime potest? Tu nega si audes natū mortuum: pro quo christum non negas mortuū: Unꝰ enī pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Verba sunt apostolica: sed arma sunt nostra: quibus tamen si repugna/re nolis/intelligis quod sine dubitatiōe cre/dendum est: etiam si non intelligas. Homo enim qui spiritaliter natus carnaliter gig/nit/vtrūq; habet semen: ⁊ immortale vnde se gaudeat viuum/et mortale vnde gene/ret mortuū. Cui viuificando nullo modo necessaria christi mors eēt/nisi mortuus na tus esset. Unus enī pro omnibꝰ mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Nec eos de ista morte excitatis/quos mortuos nō esse clamatis/sed ne viuant potius impeditis: quādo in eorum parentibus fidē/qua vna possunt reminiscere impiorū argumētorū/machinis oppugnatis.

Quō nō valeat ꝯsequētia: parē/tes peccatū tradūt/ergo non ami/serunt: et qđ ad credibilia itellige/dā applicari possint naturaliū re/rū exēpla: ⁊ cui olee inserti simus:

A Sed iam veniamus ad (Ca. III. prolixam et operosam disputatio/nem tuam: qua illud quod quantū secundum similitudinis gratia in re ad perspi/ciendum difficili adhibendum putaui/de olea scz q̄ eius semen degeneret in oleastrū refutare molitus es: prius affirmans/q̄ ei re quę per se defendi non potest nihil suf/fragētur exēpla. Cur ergo apostolus mox vt proposuit quęstionem quomodo resur/gant mortui: quo autem corpore veniant: continuo rem incognitam ⁊ inexpertam ex/emplo probare suscepit/adiungens: Stul/te quod tu seminas/nō viuificatur nisi pri/us moriatur? Quod quidem exemplum et huic rei de qua agitur/non omnimodo est inconueniens. Purgatur enī a palea triti/cum/sicut homo a peccato: et tamē inde cū palea nascitur alterū. Quid est autē quod de crocodilo voluisti/solum esse in omni/bus animalibus cui superiores mandibu/las moueri albinus affirmat: ⁊ ignem cum sit omnibus exitio salamandrę esse ludi/brio? Nonne ista contra vos potius protu/listi: quando inuenitur aliquid vnde mon/stres eē possibile quod generaliter negaba/batur? Cum ergo vos generaliter negaue/ritis posse gignētes in prolē traycere quod non habent ipsi: si fuerit inuentum quod possit hoc facere: ita superamini sicut ille qui dixerat: non posse animalia nisi inferio/res mouere mandibulas: inuento crocodi/lo/sine ambiguitate superatur: et qui di/xerit nullum animal in igne viuere demon/strato quod de salamandra perhibetur/si/ne ambiguitate conuincitur. Cum igitur definis naturalia per accidens non conuer/ti: si vel vnꝰ quispiam fuerit inuentus qui vitiatus aliquo casu cum eodem vitio ge/nuerit filium: factumq; sit proli naturale quod parenti accidens fuit: nempe tua de/finitio etiam ista destruetur ⁊ frustrabitur. Item cum definis parentem quod ipse nō habet in suam prolem non posse transmit/tere: nonne definitio etiam ista destruetur cum tibi fuerint demōstrati nati homines integerrimis omnibus membris ex his pa/rentibus qui nonnulla membra perdide/rant? Audiebamus a maioribus nostris/qui se id nosse ac vidisse dicebant: fundanū carthaginis rhetorem cum patre accidenti vitio luscus esset/luscum filium procreasse: Quo exemplo euertitur illa tua sententia/qua dicis naturalia per accidens non con/uerti. Accidens quippe fuit in patre/quod B factum est in filio naturale. Illam vero al/teram/qua dicitis parentes i filios ea quę non habent non posse transfundere/ali/us fundani filius/quod maxime vsitatum est/cū duobus oculis de lusco natus euer/tit: et innumerabiles qui nascuntur ocula/ti de parentibus cęcis. Transmittēdo quip/pe in eos quos gignunt quod ipsi non ha/bent/vos potius q̄ suos filios sibi similes esse demonstrauit: qui tam fuistis in no/stris definitionibus cęci. Sane cum ea quę ad rem non pertinent multum loqueris: dixisti aliquid vnde me quiddam quod ad rē pertinet admoneres/vbi aisti: curiosita/tem quod comprehenderit/minus solere mirari: ⁊ aduersus eam diuinitus fuisse pro/uisum/vt multa de terra innumeris discre/ta proprietatibus gignerentur. Et reuera hęc est vtilitas occultorum operum dei: ne propterea vilescant: ne comprehensa mira esse desistant. Unde et scriptura dicit: Si/cut ossa in ventre pregnantis: ita non ag/noscis opera dei quęcunq; faciet vniuersa. Recte itaq; et ipse dixisti contra curiosita/tem/que minus solet mirari quod potuerit comprehendere/incōprehensibilia esse ope/ra dei: Cur ergo humana opinatione cona/ris euertere/quod minus vales in diuina

ratione comprehendere? Ego quidez / non
vt tu calumniaris dixi / nulla ratione com/
prehēdi posse / sed dixi: nō facili ratiōe pos/
se. Uerumtamen ꝙ si contra vitium curio/
sitatis humanę / cui solent vt ipse comme/
moras comprehensa vilescere: etiam hoc
deus quēadmoduz multa sic occultare vo
luit / vt id inuestigare atqꝫ comprehendere
humana coniectura non possit: Ideo ne cō
tra ecclesiam matrem vestram ratiunculis
vestris quasi parricidalibus pugiunculis
debetis armari: vt vim sacramenti eius oc
cultam / qua purgandos concipit paruu/
los / quāuis de purgatis parentibus natos
tanqꝫ ossa in vētre pregnantis: non contre
ctando / sed laniādo queratis: Nisi autem
sermonis longitudine nollem fatigare le/
ctorem: iam te mille rerum generibus qua/
rum incomprehensibilis est ratio / contra
vsitatas naturę vias quasi per deserta opa
ca obruerem: in quibus etiam degeneran/
tia semina / non quidem in dissimillimū ge/
nus: quia nec oleaster sic est ab olea discre/
tus vt vitis / sed in quandam si dici potest
similem dissimilitudinem: sicut viti est la/
brusca dissimilis: quę tamen de semine vi/
tis gignitur multa monstrarem. Et cur nō
credamus hoc ideo voluisse creatorem: vt
crederemus etiam semen hominis posse vi
tium de gignentibus trahere / quod in eis
a quibus gignitur / vt sit ad eius gratiam
Col. 1. b. qua homines eruūtur a potestate tenebra/
rum et in regnum illius transferuntur etiā
baptiçati cum suis paruulis currerent: si/
cut tecum cucurrit pater sanctus / nesciens
C eidem gratię ꝙ esses futurus ingratus. Sz
naturę scrutator acerrimus limites eius
inuenis / et regulas figis: dicens per rerum
naturam fieri non posse / vt illud proben/
tur tradere parentes / quo caruisse credū/
tur. Quod si tradunt inquis / non amise/
runt. Istę sunt pelagianę definitiones:
quas lecto ad religiosę memorię marcelli/
num quod commemoras / opusculo nostro:
iam respuere debuisti. Prior enim pelagi/
us de parentibus fidelibus dixit: non eos
potuisse in posteros transmittere quod ip/
si minime habuerunt. Sed ꝙ sit falsum:
exemplis euidentissimis perdocetur: quo/
rum aliqua supra dixi: vnde est et hoc quod
et nunc dicam: Quid enim preputij reti/
net circumcisus: de quo preputiatus tamē
gignitur: et quod iam non est in homine /
trahitur in hominis semine? Nec ob aliud
credēdum est antiquis patribus hoc diui/
nitus fuisse preceptum: vt octauo die circū Gen. 17. b.
ciderent paruulos / ad significandam rege/
nerationem quę fit in christo: qui post diez
septimum sabbati quo die iacuit in sepul/
chro / tradit' propter delicta nostra / sequē/
ti id est octauo die in hebdomadibus resur
rexit propter iustificationem nostrā. Quod Circūcisio fi/
sacramentum circumcisionis in figura pre/ gura fuit ba/
cessisse baptismatis / quis vel mediocriter ptismatis.
sacris litteris eruditus ignoret: cum aper/
tissime de christo dicat apostolus: Qui est Col. 2. b.
caput omnis principatus et potestatis: in
quo etiaz circumcisi estis / circumcisione nō
manufacta in expoliatione corporis car/
nis / sz i circumcisione christi / cōsepulti ei in
baptismo: in quo et consurrexistis per fidē
operationis dei qui suscitauit illum a mor
tuis: et vos cum essetis mortui in delictis
et preputio carnis vestrę / viuificauit cum
illo donans nobis omnia delicta. Huius
ergo circumcisiōis nō manufactę / quę nūc
fit in christo similitudo premissa est illa cir/
cumcisio manufacta quę data est abrae.
Non enim dici potest: preputium corpus
est: hoc autem quod trahitur in origine vi/
tium / et illo quidem absciso vim eius tamē
nequaquā tolli potuisse de semine: hoc ve/
ro vitium quod nō est corpus / sed accidēs
cum indulgentia sit remissum in semine nō
potuisse residere: hoc iquam a quouis cal/
lidissimo dici non potest: cum auctoritate
diuina superetur: qua ipsa pars corporis
ob hoc iussa est amputari / vt hoc vitium
purgaretur. Quod nisi esset in semine ad
paruulos quibus circumcisione illa corpo
ris auferendum est: nullatenus peruenire.
Neqꝫ si minime peruenisset / indigeret nul/
latenus hac corporis circumcisione se mo/
ueri. Cum autem paruulus prorsus nullū
habeat omnino peccatuz: restat vt nullum
eidem aliud auferatur nisi originale illo re/
medio sine quo perit anima eius de popu
lo suo: quod sub iusto deo non fieret nisi es
set culpa qua fieret. Quę quoniā propria
nulla est: restat vt sola originis vitiata sit
culpa. Ecce circumcisus tradit nascenti de
se / quo caruit in se. Quid est ergo quod di/ D
cis / per rerum naturam fieri non posse: vt il
lud homines probentur tradere / quo caru/
isse creduntur. Bonum est preputium / non
est maluz: quia deus illud fecit: sicut de ole
astro copiosissime disputasti. Respondetur
tibi: Bonus est oleaster in rerum natura: Ola l rerū na
sed in mysteriorum scriptura malum sig/ tura bona sūt:
nificat: sicut lupi / sicut vulpes / sicut sus lo/ licet aliq̄ malū
significent.

Petri.2.d. ta in volutabris ceni: sicut canis cõuersus ad suum vomitum. In rerum natura bona
Gen.1.d. sunt omnia/sicut oues. Omnia quippe deus fecit bona valde: sed in sanctis libris lupi malos significant: oues autem bonos. Nec scdm id quod sũt/ sed scdm id quod significãt de illis similitudines damus/ quãdo de bonorum malorũqz differẽtia disputamus. Sic et preputium quoniam particula est humani corporis: quod totum est bona substantia/ vtiqz bonum est per naturam: sed malum significat per figuram: cuius
Gen.17.b. die octauo circũcidi precipitur paruulus propter christum/ in quo sicut apostolus di
Col.2.b. cit: circumcisi sumus circumcisione nõ manufacta: quã sine dubio pfigurauit circumcisio manufacta. Preputium itaqz non est peccatum: sed significat peccatum per qd
Eph.2.a. peccatum dicti sumus natura filij ire: Nam et ipsum membrum natura proprie dicit. Proinde circumcisio carnis: nõ solum illã quasi generalem sententiam vestram sine ambiguitate subuertit/ qua dicitis per rerum naturam fieri non posse/ vt quo ipse caruit tradat proli parẽs: verumetiã quia preputium peccatum significat: et inuenitur in nascente/ quod iam nõ erit in parente: profecto originale peccatum quod iam remissum est parẽtibus baptizatis/ manere demõstrat in paruulis/ nisi et ipsi baptizentur: id est spiritali circumcisione mundẽtur: vosqz conuincit esse verissimũ quod negatis: quia et ipse paruulus de quo di
Gen.17.b. ctum ẽ: Peribit anima eius de populo suo si octauo die non fuerit circumcisus: inueniri sub iusto iudice cur pereat non potestis
E negantes originale peccatum. Relinquamus siluas oleastrorum et montes vel africanos vel italos oliuarum: nec interrogemus agricolas qui cum tibi aliud/ mihi aliud forte responderint: neutros possumus celeri exploratione cõuincere/ si ad hoc experiendum seminetur arbor/ seris factura nepotibus vmbram. Habemus oleam nõ africanam/ non italam/ sed hebreã: cui nos qui fuimus oleaster insitos esse gaudemus. Illi olee data ẽ circumcisio/ que nobis soluit istam sine disceptatione questionẽ. Trahit preputium proles/ quod iam non habet parens. Caruit et tamen tradidit: amisit et tamen transmisit. Et hoc preputium peccatum significat. Ergo et ipsum potest in parentibus interire/ et tamen ad filios pertrãsire. Attestetur etiam ipse infans/ et tacens dicat: Peritura est anima mea de populo meo/ si non fuero circumcisus octauo die. Qui ergo et originale malum diffitemini et iustum deum fatemini: quid peccauerim dicite huic infanti tacite clamanti. Quomodo loquacitas vestra nulla rationabili voce respondet. Voces potius vestras apostolicis nobiscum iungite. Que sint enim et parentibus/ vel vtrum sint etiam alia cõtagia peccatorum/ liberum nobis est querere: siue sit facile/ siue difficile/ siue impossibile reperire: Per vnum tamen hominem Roma.5.b.
in hunc mundum intrasse peccatum: et per peccatum mortem: et ita in omnes homines pertransisse/ in quo omnes peccauerũt: aliter nobis fas esse non existimemus accipere nisi vt omnes mortuos esse credamus in primi hominis peccato pro quibus mortuus est christus: et omnes mori peccato qui cunqz baptizantur in christo.

De paruulorum spiritali morte/ pariter et necessaria regeneratiõe: et de aliena fide eis vtili/ sicut nociuũ erat alieni peccatũ operis: et de multiplici malo nonunqz paruulis accedente post baptismũ: et de iniuste illata contumelia:

Sed in alijs verbis meis (Ca.IIII. que velut refellenda interponis disputationi tue/ dicis me vulgum tibi excitare conatum: qm dixi fidem nõ dubitare christianam quam noui heretici oppugnare ceperunt: et eos qui lauacro regenerationis abluuntur redimi a diaboli potestate: et eos qui nondum tali regeneratione redempti sunt: etiam paruulos filios redemptorum/ sub eiusdem diaboli esse potestate captiuos: nisi et ipsi eadẽ gratia redimant. Et vt apostolico testimonio cõprobarẽ/ ad oẽs etates dixi pertinere illud de quo apostolus loquitur beneficium dei: Qui eruit nos de potestate tenebrarum: et Col.1.b.
transtulit in regnum filij charitatis sue. Si hac sententia contra vos vulgus mouetur: nõne hinc te potius oportet aduertere: ita esse vulgatam et apud oẽs confirmatã istã catholicã fidem/ vt nec noticiã possit fugere popularem: Necesse quippe fuerat quicqd paruulis suis ageret: qd attinet ad mysteria christiana/ omnes nosse christianos. Cur autem dicis/ quod certaminis singularis oblitus i vulgum refugerim: Quis tibi pro

misit meum singulare certamē? Ubi/quā/
do/quomodo/ quibus presentibus/ quib⁹
arbitris: ablato sicut loqueris placuit com
poni fędere bellum/ vt pugnas omnium
contentio nostra dirimeret? Absit vt mihi
apud catholicos arrogem: quod tibi apud
pelagianos arrogare non pudet. Unus sū
e multis/ qui prophanas vestras nouita/
Roma. 12. a. tes vt possumus refutamus: sicut vnicuiq̧
nostrum deus partitus est mensuraȝ fidei.
Antequā essem natus huic mundo: et an/
tequā essem renat⁹ deo/ multa catholica lu/
mina vestras futuras tenebras redarguen
do preuenerunt. De quibus iam duobus
superioribus libris meis quāta potui ma/
nifestatiōe disserui. Habes quo te auoces:
si te aduersus catholicam fidem adhuc in/
sanire delectat: nec nomine sellulariorum
opificum derideas membra christi. Memē
1. Cor. 1. d. to/ quia infirma mundi elegit deus/ vt con
fundat fortia. Quid est autem quod eis cū
ōfidere ceperis/ i me acerbiores fient? Mē/
tiri eis noli/ ꝛ non fient. Ego enim non eos
sicut calumniaris assevero peculium dia/
boli quos redemptos christi sanguine scio.
Nec diabolo coniugia/ inquantū coniugia
sunt vlla transcribo: nec cum genitaliuȝ cō
mentor artificem: nec excitatorem virorū/
nisi ad illicita: nec fęcūdatorem mulierum:
nec conditorem assero paruulorum. Hęc er
go quę a me aliena sunt si eis de me dixe/
ris/ mētieris: et si quisq̧ eorum tibi credēs
acerbior in me fuerit factus/ deceptus po/
terit esse/ nō doctor. Hi vero qui/ et vtrūq̧
nostrum/ et fidem catholicam sciunt: disce/
re abs te aliquid nolunt: sed cauent potius
ne auferas quod nouerunt. Multi quippe
sunt in eis qui nō solum preter me/ verum
etiam priores me ista didicerunt: quę ve/
ster nouus error oppugnat. Cum ergo non
eos ipse fecerim: sed inuenerim huius quā
negatis socios veritatis: quomodo eis ego
B sum auctor huius quem putatis erroris?
Obiectio. Explica inquis quomodo peccatum perso
nę illi iuste possit ascribi: q̄ nec voluit pec/
Rñsio. care nec potuit. Aliud est perpetratio pro/
priorum: aliud alienorum contagio pecca/
torum/ q̄tum quidem ad suę cuiusq̧ vitę
pertinet actionem. Nam si vos sententi/
am rectam in vestrum tortum sensum tor/
quere nolletis/ audiretis apostolum hoc
Roma. 5. b. breuiter explicantem: qui vnum dixit fuis/
se in quo omnes peccauerunt. In illo vno
mortui sunt omnes: vt moreretur vnus

pro omnibus. Unus enim pro omnibus 2. Cor. 5. c.
mortuus est: Ergo omnes mortui sunt/ pro
quibus christus mortuus est. Nega igitur
christum etiam pro paruulis mortuum/ vt
eximas eos de numero mortuoruȝ: hoc est
de contagio peccatorum. Qui fieri potest Obiectio.
inquis/ vt res arbitrii conditionis seminuȝ
misceatur? Si fieri non posset/ non esset vn Rñsio.
de paruulos nondum de corpore egressos
mortuos diceremus. Quia si christus et p
ipsis mortuus est: ergo et ipsi mortui sunt.
Quō si vnus pro omnibus mortuus est:
ergo omnes mortui sūt. Audis ne iuliane?
Hęc apostoli verba/ non mea sunt. Quid
a me quęris/ quo sit factum modo: cum vi/
deas factuȝ esse quocunq̧ modo/ si aposto/
lo credis aliquo modo: qui de christo et de
his pro quibus mortuus mētiri potuit nul
lo modo. Potest autem dici deus ab alio
quales estis peruerso: sed errore diuerso:
potest prorsus dici deus quod nos sentire
de paruulis dicis: ad inimici sui lucrū sem/
per industrius: quia eos quos nouit non
ad tempus sub diabolo futuros/ sed cum il
lo semper arsuros non desinit creare/ nutri
re/ vestire/ eisq̧ pertinacissima iniquitate pec
cantibus vitam salutemq̧ subministrare.
Sed facit hoc quomodo sciens bene vti et
bonis: cuius maiestatis vsibus/ non soluȝ
eos quos premit aut decipit/ sed nec seip/
sum malignitatis vllius arte diabolus sub
trahit: Ac per hoc nō pertinent ad diabo/
lum qui eruūtur de diaboli potestate. Qui
vero ad eum pertinent: in dei sicut ipse/ sūt
potestate. Et vanum est igitur quod acu/
te te dixisse arbitraris: quasi asseramus hoc
inter se fędus misisse diabolum ꝛ deum: vt
quicquid perfunditur/ deus: quicquid na/
scitur/ diabolus sibi vendicet: ea tamē lege
sicut dicis/ vt ipsam commixtionem quam
diabolus instituit/ deus obnoxia virtute
fęcundet. Prorsus nec instituit diabolus
commixtionem: quoniam esset/ et si nemo
peccasset: Sed ita esset/ vt tua ibi suscep/
ta vel nulla esset/ vel inquieta esset. Nec ob
noxia virtute sed libera et potentissima de/
us fęcundat vteros feminarum/ etiam va/
sa diabolica parituros: Sicut eni hominī/
bus malis/ ita et seminibus ex origine viti/
atis in quibus bona est ab illo creata sub/
stantia incrementum/ formam/ vitam sa/
lutemq̧ largitur gratuita bonitate: nulla
necessitate/ insuperabili potestate/ irrepre/
hensibili veritate. Cum ergo vtrumq̧ in

poteſtate ſit dei:et quod perfunditur ſcʒ/
⁊ quod naſcitur/a cuius poteſtate alienus
nec ipſe diabolus inuenit: tu duo iſta quo/
modo poſuiſti? Utrum melius eſſe volu/
iſti naſci ꝙ ꝑfundi: An melius eſſe perfun/
di:quia ibi eſt ⁊ naſci? Non enim perfundi
poterit qui natus non fuerit. An vtrunqꝫ
ęqua lance perpendis? Si naſci putas eſſe
melius: regenerationi ſpiritali facis iniu/
riam:cui generationem carnalem ſacrilego
errore pręponis. Non enī fruſtra credens
noluiſſe dicere/quod renaſcitur:ſed quod ꝑ
funditur:vt quoniam diabolū ⁊ deū qua/
ſi partes inter ſe feciſſe per noſtruʒ ſenſum
demonſtrare cupiebas:partem dei faceres
verbi vilitate viliorem. Potuiſti enim di/
cere /quod renaſcitur:potuiſti/ qd regene/
ratur:potuiſti poſtremo/quod baptiçatur.
Hoc enī verbum ex greco latina conſuetu/
do ſic habet/vt non ſoleat alibi niſi i ſacra/
mento regenerationis intelligi. Nihil ho/
rū dicere voluiſti:ſed elegiſti verbum/ quo
fieret contemptibile quod dicebas. Nemo
enim legentium pręferre poteſt natum re/
nato/vel regenerato/vel baptiçato:ſed fa/
cile putaſti natū pręferri poſſe perfuſo. Si
autem quantū diſtat cęlum a terra /tanto
melius eſt perfundi: vt portetur hominis
imago cęleſtis:ꝙ naſci vt portet hominis
imago terreni/euanuit iam tua iſta inuidi/
oſa partitio. Neqꝫ enī mirandum eſt:ſi cęle
ſtis hominis imaginem/ quę ſacra ꝑfuſio/
ne ſuſcipitur/ ſibi vindicat deus : imaginē
vero terreni hominis terrena labe ſorden/
tem ſinit eſſe ſub diabolo/donec ad ſuſcipi/
endam cęleſtis hominis imaginē renaſcat
in chriſto. Porro ſi perfundi et naſci ęqua/
li abs te penſantur examine:vt ideo paruu
li nondum renati non credantur eſſe ſub di
abolo/ne partes ęquales inter ſe deꝰ et dia
bolus facere videantur/ſi deus ſibi perfu/
ſos/diabolus autē vindicat natos:profe/
cto quia ſcdm iſtum ſenſum tantū valet ꝑ/
fundi ꝙtum valet naſci: ſuperfluū perſua/
detis eſſe perfundi:quoniā quod tantundē
valet/ſufficit naſci. Et tamen agimus gra/
tias/quia non hoc putatis: Non enī ad re/
gnum dei natos/ niſi perfundantur admit
titis:atqꝫ ita perfundi multo melius iudi/
catis eſſe ꝙ naſci. Jam itaqꝫ vobis ipſi red
dite rationem:ne putetis indignuʒ/vt qui
non admittuntur in regnum dei/ſint ſub il
lo qui cecidit de regno dei : Et qui non ha/
bent vitam/ſint ſub illo qui perdidit vitā:
Non autem habere paruulos vitā/niſi ha/
beant chriſtum:quem procuIdubio habe/
re non poſſunt/niſi induerint eum/ eo mo/
do quo ſcriptum eſt: Quotquot in chriſto Gal.3.d.
baptiçati eſtis:chriſtum induiſtis. Non er/
go eos habere vitam/niſi habeant chriſtū
iohannes euangeliſta teſtatur dicēs in epi/
ſtola ſua: Qui habet filium/habet vitam: 1.Joh.5.c.
qui non habet filium/vitā non habet. Me
rito ergo intelliguntur mortui qui non ha/
bent vitam:pro quibus eſt chriſtus mortu
us vt habeant. Unus enim pro omnibus 2.Cor.5.c.
mortuus eſt: Ergo oēs mortui ſunt. Jdeo
autem mortuus eſt:ſicut legitur ad hebrę/ Heb.2.d.
os:vt per mortem euacuaret eum qui pote
ſtatem habebat mortis: id eſt diabolum.
Quid ergo mirum ſi paruuli ꝙdiu mortui
ſunt antequā incipiant eū habere qui mor
tuus eſt pro mortuis/ſub eo ſunt qui pote
ſtateʒ habet mortis? Enumeras quę fides
vere non dubitet chriſtiana: in quibus ea
cōmemoras/quę pęnę omnia prędicamus
et nos:et de quibus nullo modo dubitan/
dum eſſe cenſemus: Uſqꝫ adeo/vt etiam il/
lud quod dicis: ſine opere liberi arbitrij nul
lum hominis eſſe poſſe peccatum/verū eſſe
fateamur. Non enim et hoc eſſet peccatum Roma.5.b.
quod originale traheretur ſine opere liberi
arbitrij/quo primus homo peccauit: ꝑ quē
peccatum intrauit in mundum: et in om/
nes homines pertranſijt. Quod autem dicis:
alienis peccatis alterum obnoxium non
teneri:intereſt quatenus recte poſſit intel/
ligi. Neqꝫ nunc ago ꝙ peccauit dauid: et 2.Reg.24.c.
ꝓ peccato eius tot hominum milia cecide/
runt:et ꝙ de anathemate contra interdi/ Joſue.7.a.
ctum/quia vſurpauit vnus in eos qui hoc
non fecerant/nec factum fuiſſe nouerant:
vindicta proceſſit. Alia diſputatio eſt:neqꝫ
nunc terrere nos debet de hoꝝ genere pec/
catorum ſiue pęnarum. Parentum autem
peccata modo quodam dicuntur aliena:et
rurſus modo quodā reperiuntur et noſtra.
Aliena quippe proprietate ſunt actiōis: et
noſtra ſunt cōtagione propaginis. Quod
ſi falſum eſſet/profecto graue iugum ſuper Eccl.40.a.
filios adam a die exitus de ventre matris
eorum:nullo modo iuſtum eſſet. Quod autem
apoſtolum dixiſſe commemoras: Omnes 2.Cor.5.b.
nos manifeſtari oportet ante tribunal chri
ſti/vt reportet vnuſquiſqꝫ propria corpo/
ris ſui prout geſſit ſiue bonum ſiue maluʒ:
quomodo i paruulis accipis? Utrum ⁊ ip/
ſi ante tribunal chriſti manifeſtabūtur:an
nō? Si nō manifeſtabunt:quid te adiuuat
iſta ſentētia:quādo ad eos nō ꝑtinet/quo/
rū nūc agit cauſa? Si aūt manifeſtabunt:
quō reportat eoꝝ quiſqꝫ qd geſſit/ꝗ nihil

gessit:nisi quia pertinet ad eos quod p cor/ da τ ora gestantium/siue credunt/siue non credunt? Propria corporis sui enim dixit/ quod ad vnūquēq₃ in seipso iam viuentē₃ pertinet. Nam quomodo reportat bonum vt intret in regnu₃ dei/si hoc reportat quis q₃ quod gessit:nisi quia pertinet ad paruu lum etiam quod per alterum gessit: id est credidit? Sicut itaq₃ quod credidit ptinet ad eum vt reportet bonum/hoc est percipi at dei regnum:sic ad eum pertinet etiam si non credidit / vt reportet condemnatio/ nis iudicium:quia euangelica ē τ ipsa sen/
Marci.16.d. tentia dicendo: Qui nō crediderit condem
2.Cor.5.c. nabit. Et apostolus dicēdo: Oēs nos ma/ nifestari oportet vt recipiat vnusquisq₃ ꝑ vt gessit siue bonum siue malum: nihil vo/
D luit intelligi medium. Uide ergo q̄ impor/ tune nolis paruulum de alieno peccato re/ portare malum:τ velis eum de alieno re/ cte facto reportare bonum/non qualecūq₃ sed dei regnum. Alienum quippe opus est cum credit per alterum:sicut alienu₃ opus fuit cum peccauit in altero. Nec nos dubi/ tamus: quia baptismate delictū omne mū detur/sed renascendo quisq₃ mundat. Qđ ergo non admittit nisi regeneratio/non ces sat trahere generatio. Sane dicendo con/ cupiscentiam non vsq₃quaq₃ animo rebel/ lem/proculdubio cōfiteris rebellem:τ sup/ plicium non fateris quod aduersus teipsū bellum geris. Dicatur inquis paruulorum creator deus talium quales dei manibus digni sunt:τ addis/id est innocentiū. Non ne te pietate τ dei laudatione vincere vide tur/qui dixerit etiam pulchra τ sana opera decere manus dei? Et tamen multi defor/ mes/multi q₃bi vel morbidi/multi horridi
Al.notam. monstruosiq₃ nascūtur:nec ideo illam tan/ tam substantiam/omnesq₃ partes eius/ et quicq̄d in ea substantialiter existit et viuit/ potuit creare nisi vn⁹ bonus τ verus deus. Iubes vt asseram/ quēadmodum i christo id est in virtute eius creatos paruulos sibi audeat diabolus vēdicare. Tu assere si po/ tes/quomodo sibi non obscure sed aperte vendicet paruulos quos immundi spiritus vexant. Si ei traditos dicis/videmus am/ bo supplicium:tu dic meritum. Ambo cer/ nimus pęnam:tu qui nulla mala merita di cis ex parentibus trahi:cum deum iustum ambo fateamur:demonstra ista pęna dig/ nā si potes in infantibus culpam. An vero
Eccl.40.a. non agnoscis etiam hoc ad illud graue iu/ gum pertinere quod est super filios adam ꝑ die exitus de ventre matris eorum vsq₃

in diem sepulturę in matrē omnium? Sub quo iugo diuersis cladibus ita conteritur genus humanum / vt appareat hoc q̄ ex filijs irę fiunt homines tanq̄ pignore ac/ cepto filij misericordię in futurum seculum preparari:in hoc autem seculo a die ortus vsq₃ ad diem obitus/etiam ipsos sub eodē graui iugo conteri: Quādoquidem etiam baptiȩati paruuli inter alia mala vitę hu/ ius nonnunq̄ et istos demonum patiun/ tur incursus:quāuis eruti de potestate te/ nebrarum/ne ab eis trahantur in supplici/ um sempiternum. Iterum dicis:quod iam E quidem dixisti:ad quę respondi:sed etiam nunc non debeo pterire:q₃ cum deus par uulis nihil de proprio tam boni q̄ mali merentibus gloriam regenerationis attri/ buit:hoc ipso eos ad suam curam/ ad suu₃ ius/ad suum dominium pertinere docet/q₃ eorum volūtatem ineffabilis pręuenit be/ neficij largitate. Quid igitur eum offende runt quos pariter innocentes mūdos a se ad imaginem suam creatos innumerabi/ les ab isto munere alienat:nec eorum volū tatem huius ineffabilis pręuenit beneficij largitate/separās tot imagines suas a re/ gno suo? Si hoc eis non erit malu₃:non er go amabunt regnū dei tot innocentes una ginei dei. Si autem amabūt:τ tantū ama/ bunt quātum innocentes amare debent re gnum eius/a quo ad ipsius imaginem cre/ antur:nihil ne mali de hac ipsa separatiōe patientur? Postremo vbilibet sint: quomo/ dolibet sint sub deo iudice:q nec fato prę/ mitur nec personarum acceptione corrum/ pitur in illius regni fęlicitate non erūt:vbi erunt qui pariter nihil boni/mali ve merue runt. Sed si nihil meruissent mali/ nūq̄ pri uarentur in cōmuni causa cōmunione tan/ ti boni. In eis ergo vt sepe diximus/irę va Roma.9.e. sis/notas facit scdm apostolum deus diui/ tias glorię suę in vasa misericordię:ne glo/ rientur tanq̄ de meritis vitę suę:cum cog/ noscunt hoc sibi iustissime reddi potuisse/ quod vident reddi paribus consortib⁹ mor tis suę. Mire completis apostolus testi/ Eph.2.a. monijs asserit/paruulos τ de potestate te/ nebrarū erui cum ceteris/et natura esse fili/ os irę sicut et ceteri:quia peccato moriunt cum in morte christi baptiȩant/quādo bap tiȩant i christo. Si ergo recte vis sape/ etiā de paruulis sape qđ ait aplus ð deo patre: Qui eruit nos ð potestate tenebrarū:τ trās Col.1.b. tulit in regnum filij charitatis suę: Et illud alterū: Fuim⁹ em et nos aliquādo natura Eph.2.a. filij irę sicut et ceteri. Omnes em eruuntur

de potestate tenebrarum/nec filij erunt irę qui peccato moriuntur/ qui i morte christi baptiçantur: Omnes autē vt deo viuant peccato moriunt:qui i morte christi baptiçant. Oēs porro i morte ei⁹ baptiçant/ qcū q̄ baptiçant in christo. Ergo q2 ⁊ paruuli baptiçantur i christo: peccato moriuntur: et a potestate tenebrarum/ vbi natura filij irę fuerant/ eruuntur. Quod autem dicis
Eph.2.a. vbi ait apostolus: Natura filij irę:posse itelligi prorsus filij irę: Nōne hinc admoneri debuisti antiquā contra vos defendi/catholicam fidem:quia non fere inuenitur latinus codex si nō a vobis nūc incipiat emēdari:vel potius in mendū mutari/ vbi non natura sit scriptum: Quod vtiq̄ cauere debuit interpretum antiquitas:nisi etiam fidei hęc esset antiquitas/cui cępit vestra re
5 sistere nouitas. Sed homo egregius in grege non vis esse vulgari. Rursus eñi sententiam vulgi respuis:post tanta quibus cuȝ reddita ratione aduersus me concitaueras grauius q̄ in te fuerat concitatus. Sed nimirum tua disputata considerans: nihil te talibus argumentis apud populuȝ in catholicę fidei veritate et antiquitate fundatum/agere potuisse vel posse sensisti. Unde ad eum spernendū contumacia rursus ora conuertis:eiusq̄ partes quibus cōstat non immerito vobis christianorum infensissima multitudo singillatim describendo et deridendo percurris:in quibus et auditoriales scholasticos tāgis/ ⁊ dicis contra me clamaturos: O tempora/o mores:et tamen vulgi iudicium reformidas. Ubi tam clamosos tibi suffragatores inuenire potuisti/qui tullianis me vocibus territēt quod aliunde q̄ vnde totum est esse putem genitalem corporis partem. Quibus ego cum retulero:non hoc dico/mentitur/libidinem culpo/non membra:vitium denoto/ nō naturam. Iste autem qui mihi apud vos caluniatur/audet in ecclesia christi ante magistrum in cęlo sedentem recitare libidinis laudem:quod ei recitandum si vobiscū staderet/magistrorū nemo proponeret:ne offenderet omniū vestrū pudorē. Nōne alia in te tulliana vere conuenientia verba conuertēt/dicētes tibi: Ex hac parte pudor pugnat abs te petulantia/hinc continentia/ilinc libido: Nescio quos etiam quasi desertores dogmatis vestri/ad fidem catholicā conuersos arguis vel reuersos: Quos tamen significasti ita te metuere/ vt eoruȝ nomina exprimere non auderes: ne forte audientes abs te sua falsa crimina/mox tibi si non vera/ certe credibiliora reponerent. Quod quidem quicunq̄ sunt isti/si grauiter sapiunt/non facerent:et parcerent tibi scdm apostolum:non reddētes maledictuȝ 1.Petri.3.b.
pro maledicto. Tu autem saltem illum monentem/ne dedigneris audire de cuius litteris exclamare te libuit: O tempora/o mores: Saltem inquam ipsum audi:vt quantum a rerū turpitudine abes/ si tamē abes: tantū te a verborum libertate seiungas:⁊ ea in alteros ne dicas quę cuȝ tibi falso obiecta sint erubescas. Talia te sane in istos nescio quos dixisse qui legunt/sciunt:qualia in aliquibus omnino non nouimus/q̄s in proposito continentię recessisse a pelagianis hereticis nouimus. Tui vero vel tuę quales sint/nihil mea interest:quos tu vel quas tu sic fallis/ vt dicas me definire:nec i curioso quidē corpore libidinē posse frenari: Immo q2 frenari posse ⁊ frenari oportere discerno/ iō malū intelligo. Qd̄ q̄ negat malum/viderit quomodo habeat bonum/ cui repugnantem velit nolit fatetur frenandam esse libidinem. Ego itaq̄ non solum a senibus/ verum et a iuuenibus dico libidinem posse frenari:sed multum miror a continentibus libidinem posse laudari. Quis autem vestrum dicit malum hoc quod paruuli originaliter trahunt/ sine substātia ulla quā ē aut esse posse aut vnq̄ fuisse: Quod tanq̄ dicamus/ita queris dialecticos iudices et irrides vulgum/quasi ad ipsum te iudicem adducā/a quo iudicari ista non possunt:quę tu si non didicisses/pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. Si vis viuere/ noli amare sapientiam verbi: qua euacuatur crux christi. Quomodo de alijs substātijs in alias substantias vel bonę vel malę transeant qualitates/non migrando sed afficiendo: iam libro superiore tractauimus. Si vulgi spernis iudicium/illos iudices intuere quos tibi duobus prioribus meis libris luculentissima in ecclesia christi/ prędictos auctoritate proposui. Quale est autem / q2 beate 6
memorię çosimum apostolicę sedis episcopum/vt in tua prauitate persistas pręuaricationis/ accusas:qui nō recessit a suo pręcessore innocentio: quē tu nominare timuisti:sed maluisti çosimum/ quia egit primitus lenius cum celestio: quoniam se in his sensibus vestris si quid displiceret paratum esse dixerat corrigi/et innocentij litteris consensurum esse promiserat. Memento sane quemadmodum de constituendo episcopo dissensionem populi roma-

ni insultabundus obiectas. Quod abs te
quero/ vtrum homines sua fecerint volū/
tate. Quod si negas: quomodo liberuꝫ de/
fendis arbitrium? Si autem fateris: quo/
modo eam vocas vltionem dei: atqꝫ a ve/
stro dogmate exorbitas/ dum putari diui/
nitus vindicatum affectas? An tādem ali/
quando cōcedis: quod obstinatissima con/
tentione negaueras: occulto dei iudicio fie
ri/ vt in ipsis hominū voluntatibus ineni/
atur aliquid quod et peccatū sit ⁊ pena pec
cati? Hoc em̄ nisi in ista tua sententia sapu/
isses/ nullo modo factum hominū vltioneꝫ
dei esse dixisses. Sed quando ante annos
plurimos tale ibi quiddā de beato dama/
so et vrsino contigit/ nondum pelagianos
ecclesia romana dānauerat. Dicis me quo/
qꝫ ipsum inouasse sensus meos/ ⁊ initio cō/
uersionis meę hoc sensisse quod tu. Sed fal
lis: aut falleris/ siue calumniādo his q̄ nūc
dico: siue non intelligendo/ vel potius non
legendo ea quę tunc dixi. Nam ego p vnū
hominem in mundum intrasse peccatū: et
per peccatum mortē: et ita in omnes homi/
nes pertransisse/ i quo peccauerūt omnes:
ab initio conuersionis meę/ sic tenui semp
vt teneo. Extāt libri quos adhuc laicus re
centissima mea conuersione ꝯscripsi/ ⁊ si nō
dum sicut postea sacris litterꝭ eruditus: ta/
men nihil de hac re iam tunc sentiēs: ⁊ vbi
disputandi ratio poposcerat dicēs/ nisi qđ
antiquitus discit et docet omnis ecclesia:
in has videlicet magnas manifestasqꝫ mi/
Ps. 143. serias/ in quibus homo vanitati similis fa/
ctus est/ vt dies eius sicut vmbra pretere/
Ps. 38. ant: et sit vniuersa vanitas ois homo vi/
uēs: merito peccati originalis gen⁹ huma/
num fuisse collapsum: vnde non liberat ni/
Joh. 8. d. si q̄ dixit: Ueritas liberabit vos: et/ Ego sū
Joh. 14. a. veritas: et/ Si vos filius liberauerit/ tūc ve
Joh. 8. c. re liberi eritis. Non em̄ a vanitate nisi veri
tas liberat: sed scdm gratiā/ non scdm debi
tum: per misericordiā/ nō per meritum. Si/
cut enim iudicij fuit vt vanitati subijcere/
mur: ita misericordię est vt veritate libere/
mur: ⁊ ipsa bona merita nostra non nisi dei
dona esse fateamur.

Qr mediāte baptismo perfecte liberet hō/ nō tn̄ a carnis oīno cōcupiscentia exoneratur: et de creatione ac adoptione filiorum dei: Capitulū V.

N Am nunc illā tuam
i discutiamus calūniam/ qua me dix/
isse criminaris: baptiçatos ex parte
mundari. Quod melius dicis meis sermo
nibus apparere: eosqꝫ sermones meos qui/
bus hoc apparere posse asseueras/ conside/
rādos in tua disputatione proponis. Ago
gratias. Nempe isti sunt: Carnis inquā cō
cupiscentia nō est nuptijs imputanda/ sed
toleranda. Non em̄ est ex naturali cōnubio
veniens bonum: sed ex antiquo peccato ac
cidens malum. Propter hāc ergo fit vt eti/
am de iustis et legitimis nuptijs filiorum
dei: non filij dei/ sed filij seculi generentur:
quia et hi qui generant/ si iam regenerati
sunt: non ex hoc generāt quo filij dei sunt: Ibi. to
sꝫ ex quo adhuc filij seculi. Dominica quip
pe sententia est: Filij huius seculi generant Luce. 20. f.
et generant. Ex quo itaqꝫ sumus adhuc fi/
lij huius seculi: exterior homo noster corrū 2. Cor. 4. d.
pitur: ex hoc et huius seculi filij generātur.
Et ex quo sumus filij dei/ interior homo re/
nouatur de die i diem: Quis et ipse exteri/
or per lauacrū sanctificatus sit: et spem fu/
turę icorruptionis acceperit: propter qđ ⁊ 1. Cor. 3. c.
templum dei merito dicitur: sed hoc non so
lum propter presentem sanctificationem:
sed propter illam spem dictum est de qua
dicitur: Et nosipsi primitias habentes spi/ Roma. 8. d.
ritus/ ingemiscimus expectātes redempti/
onem corporis nostri. Si ergo redemptio
corporis nostri scdm apostolum expectat:
pfecto quod expectat adhuc speratur/ nō
dum tenetur. Nihil habent hec verba mea
quod nō ipse baptiçatus agnoscat: qui cū
apostolo dicit: et ipsi i nobismetipsis inge/
miscimus. Unde et alibi ait: Etem̄ qui su/ 2. Cor. 5. a.
mus in hac habitatione/ igemiscimus gra/
uati. Quo pertinet etiam illud/ quod in li/
bro sapientię legimus. Corpus em̄ corru/ Sap. 9. d.
ptibile aggrauat animā: et deprimit terre/
na ihabitatio sensum multa cogitantem.
Sed tu tanqꝫ in cęlo iam inter angelos im
mortaliter habitans/ verba infirmitatis et
mortalitatꝭ irrides: et ea exponēs nō scdm
meum sensum/ sed scdm dolum tuum/ dixis
se me affirmas: ꝙ gratia non perfecte ho/
minem nouum faciat. Non hoc dico. Attē/
de quod dico. Gratia perfecte hominē no/
uum facit: quando quidem et ad corporis
imortalitatē plenāqꝫ fęlicitatem ipsa per/
ducit. Nunc etiam perfecte innouat homi/
nem: q̄tum attinet ad liberationem ab om
nibus omnino peccatis: non q̄tum ad libe
rationē attinet ab omnib⁹ malis/ ⁊ ab om/
ni corruptione mortalitatis: q̄ nūc corpus
aggrauat aīam. Unde est gemit⁹ quē suuꝫ
q̄ cōfitet aplus dicēs: Et ipsi i nobismetip
sis igemiscim⁹. Sꝫ ad illā quoqꝫ pfectionē
qua speratur: eodem baptismate/ quod hic
accipitur peruenitur. Non autem omnes

filij seculi filij sunt diaboli/quāuis oēs filij
diaboli filij sunt seculi. Sunt eñ etiam filij
dei qui tamen adhuc filij sunt seculi: pro/
pter quod et coniugio copulantur: sed fili/
os dei carne non gignunt: quia et vt ipsi es
Joh.i.b. sent filij dei/nō ex carne/non ex sanguine/
non ex voluntate viri/neq3 ex volūtate car
nis/sed ex deo nati sunt. Sanctificatio er/
go per baptismum etiaȝ nunc confertur et
corpori/non tamē nunc corruptio eius au/
fertur/que ipsam quoq3 aggrauat animaȝ.
Et ideo quāuis casta sint corpora/cum de/
siderijs pecca:ꝯ membra non seruiunt: pro/
pter quod ad templum dei pertinere cepe/
runt: est tamen quod gratia in tota ista edi
Gal.5.c. ficatione perficiat: ꝙdiu caro cōcupiscit ad
uersus spiritum/vt motus malos qui refre
nandi sunt indicet: ⁊ spiritus aduersus car
nē/vt sanctitas perseueret. Ideo dicis car/
nem cōcupiscere: quia carnaliter anima cō/
cupiscat. Siquidē sine anima/caro nec sen
tiat. Concupiscere autem viuentis sentien/
tisq3 nature est/sine quo sensu membra mo
ueri non possunt: id est per semetipsa con/
cupiscere nequeant. Et quis sensus concu/
piscit etiam sine membris: vt i spadonibꝰ?
B Quis autem nescit quod nobis egregius
doctor inculcas/ideo dici carnem concupi/
scere: quia carnaliter anima cōcupiscit. Nō
enim sine anima vlla potest esse carnis con
cupiscentia: Nam vtiq3 concupiscere viuē/
tis sentientisq3 nature est: ita vt nō desit cō
cupiscentia/ quā spodonuȝ quoq3 castitas
frenat/minus quidem laboriosa: quia vbi
materiam de qua operetur non inuenit/mi
nus aduersus eam libido consurgit. Est ta
men /pudiceq3 comprimitur ne concūben/
bendi quāuis irritus ipse conatus in eam
turpitudinē veniat: Propter quā calligo/
nē valentiniani iunioris eunuchum gla/
dio nouimus vltore punitum/ meretricꝭ cō
fessione conuictum. Neq3 enim ⁊ in libro ec
clesiastico adhiberetur inde similitudo at/
Eccl.30.c. q3 diceretur: Vidēs oculis ⁊ ingemiscens:
quasi spado complectens virginem ⁊ suspi
rans: nisi et ipsi mouerentur concupiscētie
carnalis affectibus/licet destituti carnis ef
fectibus. Motibꝰ igitur suis anima quos
habet scdm spiritum/aduersat̃ alijs moti/
bus suis/quos habet scdm carnem: et rur/
sus motibꝰ suis q̃s habet scdm carnē/aduer
sat̃ alijs motibꝰ suis quos habet ſm spiritū:
Gal.5.c. ⁊ ideo dicitur caro concupiscere aduersus
spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnem. Sed
propter hoc et de ipsa anima dictum est: re
2.Cor.4.d. nouat̃ de die in diem. Neq3 eñ ipsa in san/
ctitate nō proficit cum magis magisq3 mi/
nuit eas /quibus nō consentit carnales cu
piditates. Jam baptiçatis quippe dicebat
apostolus: Mortificate mēbra vestra que Col.3.a.
sunt super terram. Ibi ⁊ fornicatio ⁊ mala
concupiscētia/⁊ auaricia nominatur. Quo
modo ergo mortificat iam baptiçatus for/
nicationem quā non iam perpetrat/⁊ scdm
te nec habet aliqd quod mortificet? Quo/
modo inquā obtemperat apostolo dicēti:
mortificate fornicationem: nisi cum deside
ria eius quibus non consentit expugnat:
q̃ i bene faciētibꝰ/⁊ oīno nō fornicātibꝰ nec
ꝯsensiōe/nec opere etsi nō desūt/tamē quo/
tidie minuunt̃? Hoc agitur i tēplo dei quā/
do adiuuāte deo agitur quod precepit de/
us. Opera spiritus erigūtur: opera carnis
mortificantur. Si enim scdm carnem vixe/ Roma.8.c.
ritis inquit/moriemini: Si auteȝ spiritu fa
cta carnis mortificaueritꝭ/ viuetꝭ. Et vt sci/
rent se hoc non facere nisi gratia dei/conti/
nuo subdidit: Quotqt eñ spiritu dei agū/
tur/hi filij sunt dei. Ac per hoc quicūq3 agū
tur dei spiritu: ipi facta carnis mortificant
spiritu. Habent ergo iam baptiçati quid C
agant in seipsis: hoc est i dei templo quod
edificatur hoc tempore/vt dedicetur in fi/
ne. Edificatur autem post captiuitatem: de
psalmo qui prius dedicationem domus p̃/
dicat/et post edificationem. Sed dedicatio
ad caput domus pertinet: hoc ē ad christū:
edificatio ad corpus totum domus: id est
ad ecclesiam. Ideo prior dedicatio q̃ edi/
ficatio est: sicut huius rei index titulus psal
mi/eiecto scilicet foras q̃ captiuauerat ini/
mico. In ordine quippe psalmorum: quod
mirum videri potest: prior est psalmus de/
dicationis domus/et posterior edificatio/
nis. Sed dedicationis ideo prior est quia
illam domum cantat/de qua eius archite/
ctus ait: Soluite templum hoc ⁊ in tribus Joh.2.d.
diebus exuscitabo illud. Iste autem poste/
rior quando domus edificabatur post ca/
ptiuitatem /ecclesiam prophetauit. Deniq3
et sic incipit: Cantate domino cāticum no/ Ps.95.
uum: cantate domino omnis terra. Nemo
igitur ita desipiat/ vt vnūquēq3 baptiça/
tum ideo existimet iam esse perfectuȝ/quia
dictum est: Templum dei sanctum est: qd 1.Cor.3.d.
estis vos. Et/Nescitis quia corpora vestra 1.Cor.6.d.
templum in vobis est spiritussancti quē ha
betis a deo. Et in alio loco: Nos enim tem 2.Cor.6.d.
pluȝ dei viui sumus. Et cetera huiusmodi.
Jam enim hoc vocat̃ ⁊ cum edificat̃. Mor
tificant̃ hic membra nostra/que sunt super
terram. Quāuis eñ iam pctō mortui/deo

viuamus:est tamen quod in nobis mortificemus/vt non regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum concupiscentijs eius/a quibus nos soluit ne his essemus obnoxij/plena atqȝ perfecta remissio peccatorū:et remāserunt i nobis cū qb⁹ geranē bella castrorū. Ex his est ꝛ illa qua pudicus bene vtitur cōiugatus: sed cuȝ bene fit/de malo nascitur bonū non sine malo:ꝛ ideo renascitur vt liberet a malo. Qḋ eñ de⁹ creat ꝛ homo generat/ profecto bonū est/inquantum homo est:Sed ideo non sine malo:quia sola generatio soluit a malo/quod trahit generatio de primo magno ꝙ peccato. Sic autem incredibile vis videri ꝙ in vtero baptiȝate/ cuius corpus est templum dei/formatur homo futurus sub diabolo/ nisi deo renascatur ex deo: quasi nō maioris admirationis sit/ꝙ deus ꝛ vbi non habitat operatur. Non enim habitat in corpore subdito peccatis: ꝛ tamen operatur hominem in vtero meretricis. Attingit enim vbiqȝ ꝑpter suam mundiciam:ꝛ nihil inquinatum in eum incurrit:ꝛ quod multo est mirabilius:aliquādo adoptat in filiū quē format in vtero immūdissime fęminę:ꝛ aliquando non vult esse suū filium quē format in vtero suę filię. Ille quippe ad baptismū nescio qua prouisione peruenit:iste repentina mortem nō pręuenit. Et ꝙ ita deus/in cuius potestate sunt omnia: facit esse in christi consortio quē formauit in diaboli domicilio:et non vult esse in regno suo quē formauit in templo suo. Aut si vult:cur nō facit quod vult? Non eñ qḋ solet/ de maioribus dicere:de⁹ vult ꝛ paruulus non vult. Certe hic vbi fati nulla est imobilitas/nulla fortunę temeritas/ nulla personę dignitas:quid restat nisi misericordię veritatis profunditas? Ut sciamus/et ex hoc incomprehensibili cōprehendamus iuxta duos homines: vnū/per quē peccatum intrauit in mundū:alterum qui tulit peccatum mūdi omnes filios concupiscentię carnalis vndecūqȝ nascanē ad iugū graue filioꝝ adā merito pertinere:ꝛ ex his omnes filios gratię spiritalis vndecunqȝ nascantur/ad iugum suaue filiorū dei sine merito ꝑuenire. Proinde conditionem suam gerit/ qui in alterius corpore quod est templum dei ita construiē vt non ideo sit et ipse templum dei quia ędificatur in templo dei. Matris quippe corpus vt esset templum dei/gratię beneficium est/nō naturę: quę gratia nōn cōceptione/sȝ regeneratione confertur. Nam si ad matris corpus id quod in ea concipitur pertineret/ita vt eius pars deputaretur/nō baptiȝaretur infans cuius mater baptiȝata ē aliquo mortis vrgente periculo:cum eum gestaret in vtero: Nunc vero cum etiam ipse baptiȝatur: nō vtiqȝ bis baptiȝatus habebitur. Non ita ꝙ ad maternum corpus cum esset in vtero pertinebat: et tamen creabatur in templo dei/non templum dei. Ita in fęmina fideli creatus est infidelis:ꝛ in eum parentes infidelitatem traiecerunt/ quā non habebāt quādo ex ipsis natus est:sed tunc habebāt quando et ipsi similiter nati sunt. Traiecerunt ergo quod iam non erat in eis/ ꝑpter semē spiritale quo regenerati sunt:sed erat in eorū carnali semine/quo eum generauerunt. Quāuis itaqȝ sacro baptismate sanctificetur ꝛ corpus:ad hoc tamē sanctificatur vt per remissionē peccatorum non solū preteritis peccatis omnibus/verumetiam ipsi quę inest carnis concupiscentię non sit obnoxium:cui necesse est obnoxius omnis homo nascaē:etiam moriturus obnoxius si non renascatur. Ubi ergo me audisti siue legisti dicētē:nō inouari hoīes p baptismū/ꝟ quasi inouari:nō liberari/ſȝ q̄si liberari:nō saluari/ꝟ q̄si saluari:absit vt ego inanem dicerē gratiā lauacri illi⁹ i quo renatus sum ex aqua ꝛ spiritu:qua liberatus sū a reatu omnium peccatorū/vel quę nascendo traxeram/vel quę male viuēdo contraxeram: Qua gratia liberor vt scio ne intrem in temptationē/a cōcupiscentia mea abstractus et illectus:atqȝ vt exaudiar dicens cum cōsortibus meis:Dimitte nobis debita nostra. Qua liberabor vt spero in eternum/vbi iam nulla lex in mēbris meis repugnet legi mentis meę. Non igitur ego inanem facio dei gratiam: sed tu eius inimicus inanem quęsisse videris iactātiam: vt in tuam disputationē introduceres epicurū:q̄ negauit esse corp⁹ deoꝝ/ſȝ tāq̄ corpus:nec sanguinē/ꝟ tāq̄ sanguinē. Et hac occasiōe de philosophorū litteris ad rem q̄ inter nos agitur non pertinentibus/ tanto inepti⁹/q̄to velut docti⁹ delyrares. Quis autem nostrum dicit quicquid in p̄senti seculo agitur esse culpandum:cū hic ipse christus tanta egerit bona: sed vt nos erueret de p̄senti sęculo malo? Q̄ porro diligēter et congruenter exponas apostolicum testimoniū vbi ait:Spe salui facti sumus/ꝛ cętera vsqȝ ad redemptionē corporis nostri opere preciū est intueri. Dicis eñ ꝙ illa resurrectio non peccata dimittat aliquorum ꝟ repugnat merita singulorū. Reddit eñ

Roma.6.b.
Sap.1.a.
Sap.7.d.
Math.6.b.
Roma.7.d.
D
Roma.8.c.
Al. repugnat

omnes pelagianę nouitatis erroris participes: sicut iam demonstraui. De testimonijs etiam tractatorū catholicorum sancti basilij cesariensis/ et sancti iohannis constātinopolitani: quorū dixisti sensum vestris conuenire sententijs/ in primo huius mei operis libro/ tibi sufficientissima et certissima veritate respondi: ostendens quemadmodū non intelligendo quedā verba eorū/ aduersus dogma eorū/ quod est dogma catholicū/ mirabili cecitate pugnetis. In secundo quoque libro satis egimus/ vt appareat quod nō sit/ quemadmodū cōuitiaris/ conspiratio perditorū/ sed sanctorū et eruditorū ecclesię catholicę patrū/ pius fidelisque consensus: qui hęreticę vestrę nouitati resistunt/ pro antiquissima catholica veritate. Unde etiā populi murmur/ quod solū vobis a nobis dicis opponi: nec solū est quod tantorū nititur auctoritate doctorū: et iustū est: quia nō vult vt euertatur sibi quoque notissimam salutem paruulorum que in christo est. Quod autem verba apostolica vbi dicit: Scio quod nō habitat in me/ hoc est in carne mea bonū: et cętera vsque ad illō vbi ait: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: me affirmas aliter intelligere quam totum ipsum caput debet intelligi: nesciēs mihi plurimū tribuis. Nō enim ego solus aut primus sic istum locum intellexi/ quo euertitur heresis vestra/ quemadmodū vere intelligendus est: immo vero ego prius eum aliter intellexeram/ vel potius non intellexerā: quod mea quedā illius temporis etiā scripta testantur. Non mihi enim videbatur apostolus et de se ipso dicere potuisse: Ego aūt carnalis sum: cū esset spiritalis: et quod captiuus duceretur sub lege peccati que in membris erat eius. Ego enim putabam dici ista nō posse/ nisi de his quos ita haberet carnis cōcupiscentia subiugatos/ vt facerent quicquid illa compelleret: quod de apostolo dementis est credere: cū etiam innumerabilis multitudo sanctorū/ ne concupiscentias carnis pficiat/ cōtra carnē spiritu cōcupiscat. Sed postea melioribus et intelligentioribus cessi/ vel potius ipsi quod fatēdū est veritati: vt viderē in illis apostoli vocibus gemitum esse sanctorum contra carnales cōcupiscentias dimicantiū. Qui cum mente sint spiritales: adhuc tamen isto corruptibili corpore quod aggrauat aīam recte intelliguntur esse carnales: qui erunt et corpore spiritales: quando seminatū fuerit corpus aīale/ et resurget corpus spiritale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captiui sub lege peccati/ que desiderijs quibus nō cōsentiunt motibus subiacet. Hinc factum est vt sic ista intelligerēt: quemadmodum intellexit hilarius/ gregorius/ ambrosius et ceteri ecclesię sancti notique doctores: qui et ipm aplm aduersus carnales concupiscētias/ quas habere nolebat: et tamē habebat/ strēnue cōflixisse/ eundēque conflictū suū illis suis verbis cōtestatū fuisse senserūt. Cōtra quos motus prius vtique debellādos ne dominentur: et postea sanādos vt penitus extinguantur/ etiam ipsa gloriosa certamina sanctos exercere confessus es. Simul itaque cognoscamus verba pugnātiū/ si pugnamus. Hoc enim modo nō viuimus nos: sed viuit christus in nobis: si et ad pugnā cōtra cōcupiscentias exercēdam/ et ad victoriā vsque ad consummationē/ eorūdē hostiū capessendā in illo fidimus/ nō in nobis. Ipse quippe factus est nobis sapiētia a deo: et iustitia/ et sāctificatio/ et redēptio: vt quemadmodū scriptū est: Qui gloriatur in dn̄o glorietur. Non est ergo cōtrarius sicut putas: vt qui dicit: Uiuo nō ego iam: viuit vero in me christus: dicat etiam: Scio quod nō habitat in me/ hoc est in carne mea bonū. Inquātū quippe in illo viuit christus inimicum expugnat et superat: quod non habitat bonū in eius carne/ sed malum. Neque enim recte cuiusque spiritus concupisceret aduersus carnē suā/ nisi habitaret in illo spiritus christi. Absit ergo vt dicam: quod nos dicere insimulas: apostolum sic ista dixisse: quasi quod se vellet intelligi renitentē/ in scorto aliqua manu pestiferę voluptatis abduci: cū dicat: Nō ego operor illud: ostendens cōcupiscētias carnis solū impulsum libidinis operari sine cōsensione peccati. Quid est quod in iudeorū superbia frustra conaris ista verba trāsferre: tanquam ipsos in se transfigurarit apostolus qui cōtēnebāt dona christi/ velut sibi non necessaria? Sic enim suspicaris/ atque vtinā ipsa dona christi saltē ita saperes/ vt ad vincendam concupiscentiā valere aliquid crederes. Sed ideo dicis a iudeis fuisse cōtēpta quod veniam daret ille peccatis: que ipsi legis admonitionē vitassent: Quasi hoc conferat homini remissio peccatorum/ vt caro non concupiscat aduersus spiritum/ vnde illa verba nata sunt: Scio quia nō habitat in me/ hoc est in carne mea bonum/ et cętera eiusmodi. Uerum tu a vestro dogmate nō recedis/ quo putatis gratiam dei per iesum christum dominū nostrū sic in sola peccatorum remissione versari/ vt non adiuuet ad

Al. certissima
Roma. 7. c.
Sap. 9. d.
1. Cor. 15. f.
B
Al. consummationem.
1. Cor. 1. d.
Hiere. 9. g.
Gal. 2. d.
Roma. 7. c.

vitanda peccata/et deſideria vincenda car
Roma.5.a. nalia:diffundendo charitatem in cordib⁹:
noſtris:per ſpiritūſanctum qui ab illo da/
tus eſt nobis. Nec conſideras eum qui di
Roma.7.d. cit: Uideo aliam legem in mēbris meis re/
pugnantē legi meę:et ab hoc malo non ſe
liberari clamat niſi gratia dei per ieſuꝫ chri
ſtū dominū noſtrum: nec iudeum eſſe: nec
quia peccauit/ ſed ne peccet potius labo/
rare. Exaſperat inquis apoſtolus vim con
ſuetudinis. Tu ergo reſponde vtrum cōtra
hoſtē iſtā vim nō dimicet baptiçatus? Quō
ſi negas: omnibus chriſtianis ſenſibus cō/
tradicis. Si autem dimicat: cur non in ver/
bis apoſtoli vocē dimicātis agnoſcis? Per
legem inquis bonam et per mandatū ſan/
ctum prauoꝝ animi feroces erāt: quoniam
ſine voluntate ꝓpria nulla eruditio pote/
rat inſpirare virtutem. O acutū intellecto/
rem. O diuinorum eloquioruꝫ egregiū tra
ctatorem. Quid agis de verbis dicentis:
Nō qđ volo ago: et/ Uelle adiacet mihi: ⁊
Quō nolo hoc ago: et/ Cōdelector legi dei
ſcđm interiorem hominem? Audis hęc ⁊ di
cis: quia voluntas defuit ideo defuiſſe vir
tutem. Quid ꝙ non ſolum voluntas/ ve/
rumetiam virtus affuit ne conſentiret con/
cupiſcentię carnis quę lege peccati prauis
ipſis motibus ſeruiebat? Quibus ille non
cedens: nec arma iniquitatis exhibens mē
bra peccato: et tamen quod nollet ſentiēs/
in carne contra ſpiritum concupiſcente: et
aduerſus eam viciſſim ſpiritu concupiſcēs:
veriſſima caſtitatiſ voce dicebat: Igitur ip/
ſe ego mente ſeruio legi dei: carne autē legi
C peccati. Illa ſane verba quę poſuiſti: vbi
Roma.7.c. ait apoſtolus: Lex ſancta/ ⁊ mādatum ſan/
ctum et iuſtū et bonum: quod ergo bonuꝫ
eſt mihi factū ē mors? Abſit: Sed peccatū
vt appareat peccatum: per bonū mihi ope
ratum eſt mortē: vt fiat ſupra modum pec/
catū peccans per mandatum: bene intelli/
gitur de vita ſua dixiſſe pręterita: quando
ſub lege fuerat/ nondum ſub gratia. Nam
⁊ verbis pręteriti temporis vtitur dicēdo:
Peccatū nō cognoui/ niſi per legē: et/ Cōcu
piſcentiam neſciebā: et/ Operatū eſt in me
omnem cōcupiſcētiā: et/ Uiuebam aliquā/
do ſine lege: vtiqꝫ quando nondum pote/
rat vſum habere rōnis: et/ Adueniente mā
dato/ peccatum reuixit: ego autem mortu/
us ſum: et peccatum occaſione accepta per
mandatum fefellit me: et per illud occidit:
et per bonum mihi operatum eſt mortem.
His omnibus tempus ſignificare intelligi
tur quo ſub lege viuebat: et nondum adiu
tus gratia concupiſcentijs carnalibus vin
cebatur. Ubi vero iam dicit: Lex ſpirita/
lis eſt: ego autem carnalis ſum: iam quod
confligens patiebatur oſtendit: Non enim
dixit: carnalis fui vel erā vel ſum: Et aper/
ti⁹ tempora ipſa diſtinguit: vbi dicit: Nūc
autē iam non ego operor illud/ ſed id quod
in me habitat peccatū. Iam eñ motus de
ſideriorum malorū non ipſe operabaẗ/ qui
bus non conſentiebat ad perpetranda pec
cata. Peccati autē nomine quod in illo ha/
bitabat: ipſam nuncupabat concupiſcenti
am: quia peccato facta eſt. Et ſi conſentien
tē traxerit atqꝫ illexerit/ ꝯcipit paritqꝫ pec/
catū: ⁊ cętera vſqꝫ ad eū locum vbi ait: Igi
tur ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne au
tem legi peccati: verba ſūt iam ſub gratia
conſtituti/ ſed adhuc contra concupiſcenti/
am ſuam dimicantis: nec ei conſentientis
vt peccet: ſed tamē quibus renitiẗ peccati
deſideria patientis. Nemo noſtrū ſubſtan
tiā corporis/ nemo naturā carnis accuſat:
fruſtra purgaẗ abs te/ quod nō culpaẗ a no
bis. Cōcupiſcētias malas/ quibus ſi bene
viuimus non conſentimus/ tamē eſſe non
negamus in nobis: caſtigandę ſunt/ frenā/
dę ſunt/ expugnandę ſunt/ vincendę ſunt:
tamen ſunt/ nec alienę ſunt. Nec bona iſta
noſtra/ ſed mala ſunt. Nec ſicut dicit mani/
chea vanitas/ ſeparata extra nos erūt: ſed
ſicut dicit catholica ỽitas ſanata nō erūt.

Q2 non imitatione ſed propaga
tione ab adam in poſteros ſit cul/
pa trāſfuſa: a qua ſola gratia libe/
rat redeptoris: et de illa dictione
omnes/ quō accipiēda: ⁊ quō ſcri/
pture auctoritate/ parētū peccatis
filii obligentur: Ca. XII.

E illis quoqꝫ apoſtolicis verbis in A
D quibus impudentia mirabili/ imo
dementia reſiſtitis fundatiſſimę fi/
dei/ vbi ait: Per vnū hominē peccatū itra Roma.5.c.
uit in mundū: et ꝑ peccatum mors: et ita in
omnes homines pertrāſijt/ in quo omnes
peccauerunt: fruſtra ſenſuꝫ aliū nouū atqꝫ
diſtortū/ ⁊ a vero abhorrentē moliris excul
pere: affirmās ea locutione dictum eſſe: in
quo omnes peccauerunt/ ac ſi diceretẗ: pro/
pter quod omnes peccauerunt: ſicut dictū
eſt: In quo corrigit iunior viam ſuam: vt Ps.118.
ſcilicet non in vno hoie oēs hoies peccaſſe
intelligantur originaliter: et tanqꝫ in maſſe
vnionem communiter: ſed propterea quia

primus hominum ille peccauit:id est cũ imitantur illum/cum ingenerantur ex illo. Nõ ergo huic sensui conuenit illa locutio ita dictum esse/in quo:velut dictũ esset/ propter quod. Nam propter hoc quisq peccat q si bi proponit vt peccet: vel quoquo modo quod illi est causa peccandi. Quis vero ab omni humano sensu tã sit absurdus/vt dicat: propter hoc fecit homo iste homicidiũ quia in paradiso adam de ligno prohibito cibum sumpsit:cum iste latrocinando occiderit hominem nihil de adã cogitans: sed propter hoc vt aurum quod ferebat auferret? Sic et cetera cuncta peccata/ que propria quisq cõmittit/habent causas pter quas fiant:etiam si nemo cogitet quod ille primus homo commisit:nec illud sibi ad peccãdum proponat exemplum. Propter hoc itaq/id est quoniã peccauit adam/nec ipse cain peccasse dicendus est:qui eũdem patrem suum nouerat. Propter quid enim fratrẽ suũ occiderit notum est:quia nõ propter hoc quod perpetrauit adam/ sed quia bono eius inuidit. Denique nec ipsa tibi ad hunc vestrum sensum que posuisti testimonia suffragãtur. Recte enim dicitur: In quo corrigit. iunior viam suam: Propter quod corrigit? quia sequitur:in custodiendo verba tua. Propter hoc enim corrigit viam suã/ quia verba dei sicut cogitanda sunt cogitat:et cogitando custodit: custodiẽdo recte viuit. Ipsa ergo illi causa est vt viam suam corrigat:quia dei verba custodit. Et quod ait beatissimus stephanus: Fugit moyses in verbo hoc: bene intelligitur/ propter verbum hoc:quia hoc audiuit/hoc timuit/hoc cogitauit vt fugeret:hec illi fuit causa fugiendi. Nũquid in his locutionibus aliquid dictũ est: quod pertineat ad imitationem: qua sic alterum alter imitatur/vt cum omnino non cogitet: et ideo nullo modo dici possit propter hoc peccasse/quia ille peccauit in quo nec originaliter fuit/nec de illo quicquã in peccato proprio cogitauit? Sed liquido:si de peccati traduce loquebatur:nusquã congruentius diceret:ideo pertransijt peccatum:quia omnes sunt de coniugum voluptate generati: et adderet in eo transijt in quo ex tabida primi hominis carne fluxerãt? Nec vides eodem modo tibi posse dici: Si de imitatione peccati apostolus loquebatur: nusquã cõgruentius diceret: ideo pertransijt peccatum: quia primi hominis precessit exemplũ/et adderet: i eo trãsijt in quo omnes illius vnius imitatione peccauerũt. Aliquo enim duorũ istorum modo loqueretur apostolus hoc loco/si ad tuum vel meum loqueretur arbitrium. Quia ergo nec illud dixit quod tu:nec illud quod ego:nunquid vis vt credamus in his eius verbis/nec originale scdm catholicos/nec imitatoriũ scdm pelagianos intelligendũ esse peccatum? Puto quod nolis. Remoue igitur ista que possunt ex vtraq parte momentis equalibus dici:et si tibi placet sine cõtentione quid apostolus dixerit intueri: aduerte vt hoc diceret quid agebat:et inuenies per vnum hominem reconciliationem deo: eorum qui ex pdẽnatione totius generis liberãtur gratis. Ille est primus adã factus ex terra:iste est secundus adam factus ex femina. Sed ibi per verbum caro factum est:hic autem ipsum verbum caro factum est:vt per eius mortem viuamus quo relicto mortui fueramus. Cõmẽdat inquit apostolus suam charitatem deus i nobis: quoniã cũ adhuc peccatores essemus:christus pro nobis mortuus est:multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. De hac ira dicit: Eramus et nos natura filij ire sicut et ceteri. De hac ira dicit hieremias propheta: Maledictus dies ille i quo natus sum. De hac ira dicit sanctus iob: Pereat dies ille i quo natus sum. De hac ira itẽ dicit idem ipse: Homo enim natus ex muliere/breuis vite/et plenus iracundie:sicut flos feni decidit: fugit autẽ sicut vmbra et nõ stabit. Nonne et huius curam fecisti/et hunc fecisti intrare in cõspectu iudiciũ? Quis enim erit mundus a sordibus? Ne vnus quidẽ:etiã si vnus diei fuerit vita eius super terrã. De hac ira dicit liber ecclesiasticus: Omnis caro sicut vestis veterascit:testamentũ enim a seculo/morte morieris. Item q ipse: A muliere inquit initiũ est peccati: et pter illã morimur omnes. Et alio loco. Occupatio magna creata est omni homini:et iugum graue super filios adã a die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulture in matrẽ omniũ. De hac ira dicit ecclesiastes: Vanitas vanitatum:et omnia vanitas: Que abundantia hominis in omni labore suo: quo ipe laborat sub sole. De hac ira vox aplica est: Omnis creatura vanitati subiecta est. De hac ira plãgit psalmista: Ecce veteres posuisti dies meos/et substãtia mea tãq nihil ante te: verũtamen vniuersa vanitas ois hõ viuens. De hac re plãgit et alius: Que p nihilo habent: eorum anni erũt: Mane sicut herba transeat.

Marginal references: Gen.4.a. — Ps.118. — Act.7.b. — B — Joh.1.b. — Roma.5.b. — Eph.2.a. — Hiere.20.b. — Job.3.a. — Job.14.a. — Job.25.a. — Eccli.14.b. — Eccli.25.d. — Eccli.40.a. — Eccl.1.a. — Roma.8.b. — Ps.38. — Ps.89.

mane floreat et pretereat: vespere decidat/ durescat/ et arescat: Quoniā defecimus in ira tua: ⁊ ī indignatiōe tua pturbati sum⁹. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatiōe vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerūt: ⁊ in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Nemo liberabitur ab hac ira dei/ nisi per mediatorem reconcilietur deo. Unde dicit etiam ipse mediator: Qui non credit filio/ non habebit vitam: sed ira dei manet super eum. Non dixit/ veniet: sed manet super euȝ. Ideo ergo creduntur atq; confitentur et maiores per cor et os pprium et paruuli per alienū: vt reconcilientur deo per mortem filij eius ne ira dei maneat super eos: quos etiā origo vitiata efficit reos. De hac itaq; loquēs apostolus: Cū adhuc inquit peccatores essemus christus pro nobis mortuus ē: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius/ salui erimus ab ira per christum. Si eīn cum inimici essemus/ recōciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem/ sed ⁊ gloriantes in deo per dominum nostrū iesum christum per quem ⁊ nunc reconciliationem accepim⁹. Propter hoc sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundū intrauit: ⁊ per peccatū mors: ⁊ ita in omnes homines pertransijt/ in quo omnes peccauerunt. Nempe manifestum est/ vt hoc diceret quod agebat apostolus. Item adhuc et huic reconciliationi quę fit per mortem filij dei: qui sine peccato venit in mundum/ subtrahite paruulos: vt propter eum per quē peccatum intrauit in mundū/ ira dei maneat super eos. Quid hic facit imitatio quęso te vbi audis: Nā iudicium quidem ex vno in condemnationē: gratia autem ex multis delictis in iustificationem? Unde gratia ex mult⁊ delictis ī iustificationem/ nisi quia preter vnuȝ illud originis addita multa quę simul deleret inueniet? Alioquin sic esset ex multis condemnatio/ quę homines vnū imitādo cōmiserāt: sicut ex eisdem multis iustificatio/ quibus remissis in gratiam respirabant. Sed quia vnuȝ illud sufficiebat propter quod etiam solum fieret condemnatio: gratię vero nō sufficiebat illud vnum delere: sed et multa quę adiecta sūt: vt omnium remissione fieret iustificatio: ideo vtiq; dictum est: Iudiciū/ ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationē. Nā

sicut non imitantur christuȝ paruuli: quia nondum possunt/ et tamen ad eius gratiaȝ spiritalem pertinere possunt: ita sine imitatione primi hominis/ contagione tamen ex ipso carnalis generationis obstricti sūt. Si autem propterea vis eos a primi hominis alienos esse peccato/ quia eum nō sunt imitati propria voluntate/ ista ratione alienabis eos et a iusticia christi: quia nec ipsū imitati sunt propria voluntate. Cum vero multos: quod dixit postea: non vis itelligi omnes/ quod prius dixerat: ideo existimās dictum fuisse/ multos/ ne omnes intelligerentur: poteris hoc dicere et de semine abrahę cui promissę sunt gentes/ nō omnes gētes ei fuisse promissas: quia dictum est alio loco: Patrem multarū gentium posui te. Est autem sanus intellectus ideo sic locutam scripturā: quia possunt esse aliqua omnia quę non sunt multa: Sicut omnia dicimus euangelia/ et tamen breui numero/ id est quaternario continentur. Et rursus possunt aliqua esse multa nō tamē omnia: Sicut multos dicimus credere in christū: nec tamen omnes credunt: Non eīn omnium est fides/ ait apostolus: Quod autem dictū est: In semine tuo benedicētur omnes gentes: et/ Patrem multaruȝ gētium posui te: easdem omnes/ multas: ⁊ easdem multas/ omnes esse monstratum est. Ita etiam cuȝ dictum est: Per vnum ī omnes trāsisse peccatum: et postea per vnius inobedientiam peccatores constitutos multos: ipsi sunt multi qui et omnes. Similiter cum dictuȝ est: Per vnius iustificationem in omnes homines/ ad iustificationem vitę: ⁊ rursus dictum est: Per vni⁹ obedientiam iusti constituētur multi: non aliquibus exceptis/ sed eosdem multos omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iustificantur in christo: sed quia omnes qui iustificantur/ non aliter possunt iustificari q̄ in christo. Sicut possumus dicere/ in aliquam domum per vnam ianuam intrare omnes: non quia omnes homines intrant in eandem domum: sed quia nemo intrat nisi per illam. Omnes ergo ad mortem per adam: omnes ad vitam per christum. Quia sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur: id est ex prima origine generis humani: Nemo ad mortē nisi per adam: et nemo per adam nisi ad mortem. Et nemo ad vitam nisi per christum: ⁊ nemo p christū nisi ad vitam. Uos aūt dū nō oēs/ sed multos: siue p adam cōdemna-

Marginalia: Joh. 3. d. — C — Roma. 5. b. — Ibidē. c. — Gen. 22. d. — Gen. 17. a. — 2. Thessal. 3. a. — 1. Cor. 15. c. — D.

tos esse: siue per christum liberatos vultis
intelligi/horrenda peruersitate christianę
religioni estis infesti. Si enim salui erunt
aliqui sine christo: et iustificantur aliqui si/
ne christo: ergo christus gratis mortuus ē.
Erat enim et alius modus: sicut vultis: in
natura/in libero arbitrio/ in lege naturali/
siue conscripta: quo possent salui et iusti eē
qui vellent. Justas autem imagines dei
quis nisi iniustus prohiberet a regno dei?
Hic forte dicis: Sed facilius per christum:
Nunquid nō posset etiam de lege dici: Est
per legem iusticia? Sz facilius per christū.
Gal.2.d. Et tamen ait apostolus: Si per legem iusti
cia: ergo christus gratis mortuus est. Non
1.timoth.2.b. est itaqꝫ pręter vnum mediatorem dei ⁊ ho
Act.4.b. minum hominē christum iesum/aliud no/
men sub cęlo: in quo oporteat saluos fieri
1.Cor.15.c. nos. Et ideo dictū est: Jn christo omēs vi
uificabuntur: quoniam in illo deus defini/
uit fidem omnibus/suscitans illum a mor/
tuis. Uestrum autem dogma id persuade/
re conatur velut sculpatę prędicatione na/
turę/⁊ potētię liberi arbitrij/⁊ legis siue na
turalis siue per moysen datę: vt et si opus
sit/necesse tamen non sit ad christū pro ęter
na salute transire: eo ꝙ per sacramentum
mortis et resurrectionis eius: si tamen vel
hoc putatis: commodior via sit: non ꝙ alia
via esse non possit. Unde quātum vos de/
testari debeant christiani considerantes/re
nunciant vobis etiam tacentibus nobis.
E Quod vero causę tuę postremum et quasi
fortissimum firmamentum propheticū te/
Ezech.18.a. stimonium esse voluisti: vbi per ezechielem
dictum legimus: quod erit parabola qua
dicebant vuas acerbas edisse/⁊ dentes ob
stupuisse filiorū: Nec morietur filius i pec
cato patris: nec pater i peccato filij: sed ani
ma quę peccat ipsa morietur: non intelligis
hanc esse promissionem testamenti noui et
spiritalis hereditatis ad alterum seculum
pertinētis? Jd enim agit gratia redempto
ris vt paternū chirographū deleat: ⁊ vnus
quisqꝫ pro se rationem reddat. Ceterum ꝙ
multa sunt diuinarum testimonia littera/
rum quę parentum peccatis obligant fili/
Gen.9.d. os/ numerare quis possit? Cur enim pecca
uit cham: et i eius filium chanaan vindicta
prolata est? Cur pro peccato salomonis fi/
3.Reg.12. lius eius deminutione regni punitus est?
3.Reg.21.g. Cur peccatorum achab regis israel in eius
posteros pęna dilata est? Ut quid legitur
Exo.20.a. in sanctis libris: Reddēs peccata patrum
in sinu filiorum eorum post eos: et reddens
peccata patrū filijs vsqꝫ in tertiam ⁊ quar/
tam progeniem? Qui numerus etiam pro
vniuersitate accipi potest. Nūquid hęc fal/
sa sunt? Quis hoc dixerit/nisi diuinorum
eloquiorum apertissimus inimicus? Sed
carnalis generatio etiam populi dei perti/
nens ad testamētum vetus/quod in serui/
tute generat/parentum peccatis obligat fi
lios: spiritalis autem generatio/sicut here/
ditatem/ita pęnarum atqꝫ pręmiorum con
minationes promissionesqꝫ mutauit. Quod
prophetę in spiritu pręuidentes ista dixe/
runt: sed apertius hieremias. Jn diebus il Hiere.31.e.
lis inquit non dicent: patres manducaue/
runt vuam acerbam: et dentes filiorum ob
stupuerunt: sed vnusquisqꝫ in suo peccato
morietur/ vt eius qui māducauerit vuam
acerbam obstupebant dentes ipsius. Nē/
pe manifestum ita hoc prophetice pronun
ciari: sicut ipsum testamentum nouū quod
prius occultum fuit/et per christum postea
reuelatum est. Deniqꝫ ne nos mouerent ea
quę cōmemoraui/et cetera huiusmodi plu/
rima de reddendis in filios peccatis paren
tum: quę vtiqꝫ veraciter scripta sunt: ne hu
ic prophetię contraria putarentur/cōtinuo
soluit istam molestissimam quęstionē/con/
iungendo atqꝫ dicendo: Ecce dies veniunt Ibidem.f.
dicit dominus: et consūmabo domui isra/
el ⁊ domui iuda testamentum nouum: nō
scdm testamentum quod disposui patribus
eorum. Jn hoc igitur testamento nouo per
sanguinem mediatoris deleto paterno chi
rographo/incipit homo paternis debitis
non esse obnoxius renascendo/quibus na/
scendo fuerat obligatus: ipso mediatore di
cēte: Ne vobis patrē dicatis i terra: scdm Matth.23.a.
hoc vtiqꝫ/ꝙ alios natales quibus non pa/
tri succederemus/sed cum patre semper vi/
ueremus inuenimus.

Libri totius cōclusio breui epilogo: Capitulum XIII.

a Omnia me tibi respondisse iulia/
ne/et omnia refellisse/quibus puta/
sti voluminibus quattuor creden/
dum non esse originale peccatum: et concu
piscentiam carnis non posse culpari sine
damnatione nuptiarum/ puto quod per/
spicis: si peruicax non sis. Demonstratum
enim est eum paterno antiquo debito non
teneri/qui hereditatem patremqꝫ mutauit
vbi coheredem inuenit vnicum per natu/
ram/ adoptatus ipse per gratiam: eiqꝫ tm̄
concupiscentiam carnalem mortem non in
ferre post mortem qui in christi morte in/
uenerit mortem/qua moriatur peccato: et
euaserit mortem qua natus fuerat in pctō.

2.Cor.5.c. Unus enim pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et pro omnib⁹ mortuus est: Nec aliqui poterūt viuere ꝓ quibus non est mortuus: q2 pro mortuis vn⁹ est mortuus. Hec negans/ his repugnans/ ista conuellere moliens catholice fidei munimenta/ ipsosq3 neruos dirumpere christiane religionis/ vereq3 pietatis: audes insuper dicere/ ꝙ contra impios bella suscepens: cum aduersum matrem que te spiritaliter peperit armis impietatis indua/ris. Audes te agmini sanctorum patriarcharum/ ꝓphetarum/ apostolorū/ martyrum sacerdotumq3 miscere: cum tibi dicant patriarche: etiam paruulis natis oblata sa-
Job.25. crificia pro peccatis: eo ꝙ non sit mundus a sordibus nec infans dici vnius super ter-
Ps.55. ram: Cū tibi dicāt prophete: In iniquitatibus concepti sumus. Cum tibi dicāt apo-
Gal.3.d. stoli: Quicunq3 baptiçati sumus in christo iesu/ in morte ipius baptiçati sumus: vt existimemus nos mortuos quidem esse peccato/ viuere autem deo i christo iesu. Cum tibi dicāt martyres scdm adam carnaliter natos: colluuionem mortis antique prima natiuitate contrahere: vnde paruulis dimittantur in baptismo/ nō propria sed aliena peccata. Cum tibi dicāt sacerdotes: carnali voluptate concretos prius subire delictorum contagium ꝗ vite huius hauri re munus. His te cōsociari presumis/ quorum fidem debellare conaris. Audes dicere/ ꝙ a manicheorum consortio vincaris qui manicheos inuictos facis: nisi cum eis et ipse vincaris. Falleris fili/ miserabiliter falleris: vel etiam detestabiliter falleris: quando animositatem q̄ua teneris vicerís/ tūc veritatē poteris tenere ꝗ vinceris.

Sancti augustini hipponēsis epi/ contra iulianū pelagianū liber sextus explicit.

Diui aurelij augustini hipponēsis episcopi/ in librū enchiridion/ ex secundo libro retractationum argumentum.

2. Retract. ca.63. Scripsi etiam librū de fide spe et charitate cum a me ad quem scriptus ē postulasset: vt aliquod opusculum haberet meum de suis manibus non recessurum: Quod genus greci enchiridion vocant. Ubi satis diligenter mihi videor esse complexus/ quomodo sit colendus deus: quā sapientiam esse hominis vtiq3 veram diuina scriptura definit.

Capitulorū libri enchiridiō/ sancti augustini recollecta annotatio.

18 Utrũ ad officiũ hois iusti ptineat aliqñ mentiri: et qd sit pprium malũ mentientis: de consideratione etiã rerũ in qbus qs fallat siue mentiat.
19 Quibus in rebus fallamur.
20 An peccata dicẽda sint cũ quis de malo bõie bñ sentit / vel verisimilib⁹ fallitur: et q academicis testimonijs conuincant qui dicunt / omnẽ errorẽ esse peccatum.
21 Quib⁹ in reb⁹ errãtes nõ peccem⁹ / q̃uis ad hui⁹ vitę miserias error ptineat.
22 Quõ sit pctm oĩe mẽdaciũ: q̃liter etiã illi peccẽt / licet venialiter / q nõ nisi p salute hominũ mentiunt.
23 Quę sint causę bonar rerũ et q̃ malarũ.
24 Qd sit creaturę ratiõalis primũ malũ: vel quę mala hoc secuta sint.
25 Q in suis malis rõnalis natura beatitudinis appetitũ ñ amiserit: et q hõ habeat pęnã pprĩã corporis mortẽ.
26 Q peccatũ adam originaliter in posteros transierit.
27 Qualiter humani generis massa ex dei ira iacebat in malis / luẽs cũ desertoribus angelis iustissimas pęnas / manente in eis bonitate creatoris.
28 Q qbusdã angelis cadentib⁹ per supbiã / residui certissimã ppetuę beatitudinis stabilitatẽ accẽperũt.
29 Q numerus bonor angelor diuinit⁹ post ruinã malor ex hoib⁹ suppleat: et q hic numerus deo sit notus.
30 Q nõ pprijs meritis / nec p liber arbitriũ / sed per filiũ dei liberari possit genus humanũ.
31 Q etiã fidẽ / a qua bona opa incipiũt / gratia tribuat.
32 Q deus operat in nobis et velle et perficere / sicut apls m̃ltipliciter p̃dicat / et ois diuina scriptura testat.
33 Q iusta dãnatione sub ira dei tenebatur gen⁹ humanũ: donec veniret mediator q̃ nos ab ea liberaret.
34 De admirabili sacramẽto mediatoris qd ab hoibus cõphendi nõ põt.
35 De duabus naturis in vna filij dei psona consistentibus.
36 Q euidens indiciũ sit abundãtis gfę dei / q in hoie christo humana natura in vnitatẽ psonę assumi pmeruit.
37 Q gratia demõstrat etiã in hoc / q de spũsancto natus dicit.
38 Q q̃uis nõ sit cõsequens / patrẽ hominis christi dici spiritũsanctũ: modus tamen ipse quo de illo et maria vgine natus est sit inexplicabilis.
39 Exempla qbus ostendit nõ semp dici filiũ: qcqd de aliq̃ re nascit: et aliqd dici filiũ rei de qua nõ nascit.
40 Modus significãs christũ iesũ de spiritusancto natũ / insinuat gratiã qua ei⁹ humanitas nullis p̃cedentib⁹ meritis in ipsa pceptione deo copulata ẽ.
41 Quõ christus nec originale nec pprĩũ habens peccatũ factus sit pro nobis ipse peccatum.
42 Q mors et resurrectio christi sacramentum baptismi significent.
43 Q generaliter omni ętati necessarium sit christi baptisma.
44 Quomõ plerũq maiores singulariter mori peccato dicunt in baptismo / cũ habeant pprĩa plura peccata: ecõtrario paruuli quõ in remissionem peccator dicant baptiçari.
45 Quõ in illo vno peccato / quod p vnũ hominẽ intrauit in mũdũ / inueniantur plura peccata.
46 Q nõ inaniter dicat peccatis parentũ filios obligari / nisi gfa diuinaq misericordia succurrat.
47 Non esse temere diffiniendũ vtrũ peccata parentũ ab adam vsq ad patrẽ vniuscuiusq / an in tertiã et q̃rtã generationẽ / an alio aliq̃ modo iputent.
48 Nullum ab originali peccato posse saluari / nisi per mediatorẽ dei et hominũ christũ iesum.
49 Neminẽ renasci in baptismate iohannis quẽ christ⁹ humilitatis causa sicut mortis dispẽsationẽ suscipere voluit.
50 Q christi gfa nõ solũ originale pctm / s cũcta simul abstulit q̃ addita fuerit.
51 Omnẽ ex adã natũ in dãnatione detineri: et omnẽ in christo renatũ a damnatione liberari.
52 Qualiter mysterium baptismi in cruce christi apostolus cõmẽdauerit: in quo maiores et paruuli liberant.
53 Quid significent ea quę in cruce / sepultura / resurrectiõe / et ascensione christi gesta sunt.
54 Non ptinere ad hanc vitã q christ⁹ ad viuos et mortuos iudicandos de cęlo venturus creditur.
55 Duobus significare modis / q viuos et mortuos iudicabit.
56 Q nominato spiritusancto tota trinitas completur: cui ordinatissime sancta ecclia subiũcta sit / tanq̃ deo templum suum.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponẽsis episcopi/liber enchiridion ad laurentiũ/incipit.

Laurentio scribẽs eius eruditione delectat/cupiẽs illũ esse sapiẽtem ſm scripturas sacras: Ca. I.

Dici non po
test dilectissime fili laurẽ
d ti ꝙ̃tũ tua eruditione de
lecter: ꝙ̃tũqꝫ te cupiã esse
sapiẽtẽ: nõ ex eoꝝ nume
ro de qbus dicit: Ubi sa/ Esaie.33.c.
piẽs/ vbi scriba/ vbi cõquisitor hui⁹ sęculi?
Nõne stultã fecit deus sapiẽtiã hui⁹ mũdi? 1.Cor.1.c.
sed ex eoꝝ numero de qbus dictũ est: Mul/ Sap.6.d.
titudo sapientũ sanitas ẽ orbis terrarũ. Et
q̃les vult apl's fieri: qbus dicit: Uolo autẽ Roma.16.c.
vos sapientes quidẽ esse in bono: simplices
autẽ in malo. Sicut autẽ nemo a seipso esse
potest: ita etiã nemo a seipso sapiẽs esse po
test/ sed ab illo illustrãte de quo scriptũ est: Eccl.1.a.
Omnis sapientia a deo est.

Qꝫ hoĩs sapiẽtia pietas: id ẽ dei cultus dicit: vt in libro Iob legit: Ca. II.

Ominis autem sapientia
b. pietas est. Habes hoc in libro sancti
iob: Nã ibi legit/ ꝙ ipsa sapiẽtia di/
xerit homini: Ecce pietas est sapientia. Si Iob.28.d.
autẽ quęras quã dixerit eo loco pietatẽ: di/
stincti⁹ in gręco repies θεοσεβειαν: q est dei
cultus. Dicit enĩ gręce pietas: ⁊ aliter idem
ευσεβειαν: q noie significat bon⁹ cult⁹: ꝙ̃/
uis ⁊ hoc ꝓcipue referat ad colẽdũ deũ. Sꝫ
nihil est cõmodius illo noie quo euidenter
dei cultus exꝓssus est: cũ qd esset hoĩs sapi/
entia diceret. Quęris ne aliqd dici breuius:
q petis a me vt breuiter magna dicantur?
An hoc ipsũ tibi fortasse desideras breuiter
aperiri: atqꝫ i sermonẽ colligi breuẽ/quo nã
modo sit colendus deus?

Quo nā modo sit colēdus de⁹: (Ca.III.

b Ic si respondero: fide/ spe/ charitate colendū deum: pfecto dicturus es: breuius hoc dictū esse q̄ velis: ac deinde petitur⁹ ea tibi breuiter explicari q̄ ad singula tria ista ptineant: quid credendū. s. quid sperandū/ qd amandū sit. Qd cū fecero: ibi erūt oia illa/ q̄ in epla tua q̄renda posuisti. Cui⁹ exēplū si est penes te: facile est vt eā reuoluas ⁊ relegas. Si autē nō est/ cōmemorante me recolas.

Qualem sibi librū fieri voluerit vel que vt contineret poposcerit: (Ca.IIII.

v Is eni tibi vt scribis librum a me fieri: quē enchiridion vt dicūt habeas: ⁊ de tuis manib⁹ non recedat: cōtinens postulata. i. quid sequendum maxime/ qd ,pter diuersas principaliter hereses sit fugiendū: inquantū ratio ,p religione cōtendat: vel quid in rōne cū fides sit sola nō couueniat: quid pmū/ quid vltimū teneat: q̄ totius definitiōis summa sit: qd certū ,ppriūq̄ fidei catholice fundamētum. Hec autē omnia q̄ requiris ,pculdubio scies: diligenter sciendo quid credi/ qd sperari debeat/ quid amari. Hec enim maxime imo vero sola religione sequenda sunt. His qui cōtradicit: aut omnino a christi nomine alien⁹ est/ aut hereticus. Hec sunt defendenda ratione: que vel a sensibus corporis inchoata: vel ab intelligentia mētis inuenta. Que autē nec corporeo sensu experti sum⁹/ nec mente assequi valuimus aut valemus: eis sine vlla dubitatione credenda sunt testibus/ a qbus ea que diuina vocari iā meruit scriptura cōfecta est: qui ea siue p corp⁹ siue per animū diuinitus adiuti/ vt videre/ vel etiā ,puidere potuerūt.

De initio fidei ⁊ pfectione speciei: ⁊ q̄ christus sit ,pprium fidei catholice fundamentu: qd apud hereticos nominetenus inuenitur: (Ca.V.

Gal.5.b. c Um autē initio fidei/ que per dilectionē operat/ imbuta mens fuerit: tendit bene viuēdo etiam ad speciē puenire vbi est sanctis et pfectis cordibus nota ⁊ ineffabilis pulchritudo: cuius plena visio est summa felicitas. Hoc est nimirū qd requiris: quid primū/ quid vltimū teneat: inchoari fide/ perfici specie. Hec etiā totius definitionis est summa. Certū vero propriūq̄ fidei catholice fundamētū/ chri-

1.Cor.3.c. stus est. Fundamentū eni aliud/ ait apostolus/ nemo potest ponere p̄ter id qd positū est: qd est christus iesus. Neq̄ hoc ideo negandum est propriū fundamentū esse fidei catholice: quia putari potest aliqbus hereticis hoc nobiscum esse cōmune. Si eni diligenter que ad christū ptinent cogitent: nominetenus inuenit christus apud quoslibet hereticos: qui se christianos vocari volūt: re vero ipsa nō est apud eos. Qd ostendere nimis longū est: quoniā cōmemorande sūt omnes hereses/ siue que fuerūt/ siue q̄ sunt: siue que poterūt esse sub vocabulo christiano: ⁊ etiā q̄ sit hoc verū p singulas quasq̄ mōstrandū. Que disputatio tā multoꝝ est voluminū/ vt etiā infinita videat.

Quid sit enchiridion qd sibi fieri velit: ⁊ q̄ laboriosū sit cōtra fidē spem et charitatē sentientibus respondere. Ca.VI.

t El autē enchiridion a nobis postulas: id est qd manibus possit astringi: nō quod armaria possit onerare. Ut igitur ad illa tria redeam⁹ per q̄ diximus colendū deū/ fidē/ spem/ charitatē: facile est vt dicat qd credēdū/ qd sperādū/ qd amandū sit. Sed quēadmodū aduersus eoꝝ q̄ diuersa sentiūt calūnias defendat/ oposioris vberiorisq̄ doctrine est. Que vt habeat nō breui enchiridio manus debet impleri/ sed grandi studio pectus accendi.

Q symbolū ⁊ dominica oratio fide in se ⁊ spem ⁊ charitatem contineant. Ca.VII.

n Am ecce tibi est symbolū ⁊ dominica oratio: qd breuius audit aut legitur: aut qd facilius memorie commendat? Quia eni de peccato graui ⁊ misera pmebat gen⁹ humanū/ ⁊ diuina indigebat misericordia/ gratie dei tēpus ,pheta ,puidens ait: Et oīs qui inuocauerit nomē dni saluus erit: propter hoc dnica oratio. Sed apls cū ad ipsam gratiā cōmendandā hoc ,pheticū cōmemorasset testimoniū: cōtinuo subiecit: Quō autē inuocabūt in quē nō crediderūt? propter hoc symbolum. In his duob⁹ tria illa ītuere. Fides credit: spes et charitas orant. Sed sine fide esse nō possūt: ac per hoc ⁊ fides orat. Propterea q̄ppe dictū est: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Act.2.c. Iohel.2.g.

Rom.10.c.

Qualiē fides spes ⁊ charitas sine se inuicē esse nō possint: q̄uis a se i quibusdā differat: ⁊ qd inter spē et fidem sit. Ca.VIII.

q Uid autē sperari potest qd nō creditur? Porro etiā aliquid qd non speratur: credi pōt. Quis nāq̄ fideliū penas

nõ credit impiorũ/nec sperat tamẽ? Et quisquis eas imminere sibi credit ac fugaci animi sibi motu exhorret/ rectius timere dicitur quam sperare. Que duo lucanus distinguens ita
Lucanus cõplexus ait: Liceat sperare timenti. Non autẽ ab alio poeta quãuis meliore ꝓprie dictũ est: Hũc ego si potui tãtũ sperare dolorem. Denique nõnulli in arte grãmatica verbi huius vtunt exemplo ad ostẽdendã impropriã dictionẽ: et aiunt: Sperare dixit/ pro
3.sen.dis.26. ca et sicut timere. Est itaque fides et malarũ rerũ et bonarũ: quia et bona credunt et mala: et hoc fide bona/ nõ mala. Est etiã fides pteritarũ rerum/ presentiũ/ futurarũ. Credimus enim mortuum christũ: qđ iam pteriit. Credimus sedere ad dexterã patris: qđ nũc est. Credimus venturũ ad iudicandũ: qđ futurum est. Itẽ fides et suarũ rerũ est et alienarũ: Nã et se quisque credit aliqñ esse cepisse: nec fuisse vtique sempiternũ: et alia atque alia/ nec solũ de alijs hominibus multa que ad religionẽ ptinẽt: verumetiã de angelis credimus. Spes autem nõ nisi bonarũ rerũ est/ nec nisi futurarũ: et ad eũ ptinentiũ/ qui earum spem gerere phibetur. Que cum ita sint/ ꝓpter has causas distinguẽda erit fides a spe: sicut vocabulo ita et rõnabili differentia: Nã qđ attinet ad nõ videre/ siue que credunt/ siue que sperãtur fidei speique cõmune est. In epła quippe ad
Heb.11.a. hebreos/ qua teste vsi sunt illustres catholice regule defensores/ fides esse dicta ẽ cognitio rerũ que nõ videnł. Quis qñ se quisque nõ verbis/ nõ testibus/ nõ denique vllis argumẽtis/ sed presentiũ rerũ euidẽtie dixit credidisse: hoc est fidẽ accõmodasse: nõ ita vi
Al.t absurde detur † absurdũ/ vt recte reprẽhẽdał in hoc: eique dicał: Vidisti: ergo non credidisti. Vt sic putari põt nõ esse consequẽs: vt nõ videat res quecũque credit. Sed melius hãc appel
3.sen.dis.26. ca.et sicut. lamus fidem quam diuina eloquia docuerunt earum: scilicet rerũ que non videntur.
Roma.8.c. De spe quoque ait apostolus: Spes que videtur non est spes. Quod enim videt quis: quid sperat? Si autem quod non videmus speramus: per patientiã expectamus. Cum
Al.t nobis ergo bona † bonis futura esse credunł: nihil aliud quam sperant. Jam de amore quid dicã: sine quo fides nihil ꝓdest? Spes vero sine amo
Jaco.2.c. re esse nõ põt. Denique vt ait aplus iacobus: Et demones credũt et cõtremiscunt: nec tamen sperãt vel amãt/ sed potius qđ speramus et
Gal.5.b. amamus credẽdo venturũ esse formidant.
3.sen.dis.23. ca.si vero Propter qđ apłs paulus fidem que per dilectionẽ operał/ approbat atque cõmẽdat: que vtique sine spe ẽe nõ põt. Proinde nec amor sine spe est: nec sine amore spes: nec vtrumque sine fide.

Quod credulitas fidei christiane non in naturis rerũ/ sed in creatoris bonitate consistat: et quod satis sit omni christiano credere sancta trinitatem esse causam omnium creatarum rerum: Capitulum .ix.

Cum ergo queritur/ quid credendũ
c sit quod ad religionem pertineat: nõ rerum natura ita rimanda est/ quemadmodum ab eis quos physicos greci vocant: nec metuendum est quemadmodũ ab eisdem ne aliquid de vi et numero elementorum: de motu atque ordine: et de effectibus siderum: de figura celi: de generibus et naturis animaliũ/ fruticum/ lapidum/ fontiũ/ fluminũ/ montiũ: de spacijs locorum et temporum: de signis imminentiũ tempestatũ: et alia sexcẽta de his rebus quas illi vel inuenerũt vel inuenisse se existimant/ christianus ignoret: quia nec ipsi omnia repperierunt tanto excellentes ingenio/ flagrantes studio/ abundantes ocio/ et quedã humana coniectura inuestigantes: quedã vero historica experientia perscrutantes: et in eis que se inuenisse gloriantur/ plura opinãtes potius quam scientes. Satis est christiano rerum creatarũ causam/ siue celestium/ siue terrestrium/ siue visibilium/ siue inuisibiliũ/ non nisi bonitatẽ credere creatoris: qui vnus et verus est deus: nullãque esse naturã que nõ aut ipse sit/ aut ab ipso: eumque esse trinitatẽ patrẽ scilicet et filiũ a patre genitũ: et spiritũ sanctum ab eodem patre ꝓcedentẽ: sed vnum eundẽque spiritũ et patris et filij.

3.sen.dis.25. ca.fides est (margin)
J.ca.16. (margin)

Qualia bona sint que a summa trinitate creata sunt: Ca.x.

Ab hac summe et equalił et immutabiliter bona trinitate creata sũt omnia: et nec summe nec equaliter nec immutabiliter bona/ sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona: quia ex omnibus cõsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo.

1.sen.dis.46. ca.est enim (margin)

Qualiter deus mala ordinet: et que sit diffinitio mali: Ca.xi.

In qua etiam illud quod malũ dicitur/ bene ordinatũ et loco suo positũ eminẽtius cõmendat bona/ vt magis placeant et laudabiliora sint dum comparatur malis. Neque enim deus omnipotẽs: quod etiã infideles fatentur: rerũ cui summa potestas/ cũ summe bonus sit/ vllo mo
Ubi.s. (margin)
1.sen.dis.46. ca.q vero. (margin)

do fineret mali aliquid esse in operib⁹ suis: nisi vsq̧adeo esset omnipotēs ⁊ bonus/ vt benefaceret etiā de malo. De bono nature vitiatum ipse deus bene facit reformando aut puniēdo vitiatum: ac per hoc ergo malum nec vitium erit: quia nihil est cum euacuatur. Quid est autē aliud qđ malū dicit: nisi priuatio boni? Nam sicut corporibus animaliū nihil est aliud morbis ⁊ vulneribus affici/ q̄ sanitate priuari: Neq̧ enim id agitur cum adhibetur curatio/ vt mala illa que inerāt/ id est morbi ac vulnera recedāt hinc ⁊ alibi sint: sed vtiq̧ vt non sint: Non enim vlla substantia/ sed carnalis substantie vitium est vulnus/ aut morbus: Cū caro sit ipsa substātia: pfecto aliqđ bonū est: cui accidūt ista mala: id est pvationes eius boni quod dicit sanitas: Ita etiam et animorū quecūq̧ sunt vitia/ naturalium sunt priuationes bonorum. Que cū sanant nō aliquo trāsferunt/ sed ea que ibi erāt nusq̧ erūt qñ in illa sanitate nō erūt.

2.sen.dis.34. ca. ostensa. et dis.35.ca.quo circa.

Bonas esse oēs naturas a summo bono factas: quibusq̧ ex causis ⁊ qualiter corruptio noceat intimatur: Capitulum.xii.

Nature igitur omnes/ quoniā naturarum prorsus omnium summe cōditor bonus est bone/ sunt. Sed qr nō sicut earum cōditor summe atq̧ incommutabiliter bone sunt: ideo in eis et minui bonum ⁊ augeri potest. Sed bonuз minui malum est: q̄uis quātumcūq̧ minuat/ remaneat aliquid necesse est: si adhuc natura est vnde natura sit: Neq̧ eñ si qualiscūq̧ aut q̄tulacūq̧ natura est: cōsumi bonū qđ natura est/ nisi ⁊ ipsa cōsumatur/ pōt. Merito qppe natura incorrupta laudat. Porro si ⁊ incorruptibilis sit que corrumpi omnino non possit/ multo ē pculdubio laudabilior. Cum vero corrumpit/ ideo malū est eius corruptio/ quia eam qualicūq̧ priuat bono: Nā si nullo bono priuat/ non nocet: nocet autem adimendo bonū. Q̄diu itaq̧ natura corrumpit/ inest ei bonum quo priuetur: Ac per hoc si nature aliquid remanebit qđ iam corrumpi nequeat: profecto natura incorruptibilis erit/ ⁊ ad hoc tam magnum bonum corruptio non perueniat. At si corrumpi nō desinet: nec bonum vtiq̧ habere desinet: quo eam possit priuare corruptio. Quā si penitus totāq̧ consumpserit: ideo nullum bonuз inerit: quia natura nulla erit. Quocirca bonū cōsumere nō potest corruptio/ nisi consumendo naturam. Omnis ergo natura bonum est: magnū si corrumpi nō potest: paruū si potest: negari tamē bonū esse nisi stulte atq̧ imperite prorsus non potest. Que si corruptione consumit nec ipa corruptio remanebit: vbi nulla esse possit subsistēte natura.

Q nullum possit esse malum/ si nullum sit bonum: et q̄ hec assertio sententie, pphetice non sit contraria: et quid sit malus homo et quomodo incidat in propheticam sententiam: Capitm.xiii.

2.sen. dis.34. ca.ostensa.

Et per hoc nullum est quod dicitur malum/ si nullum sit bonū: sed bonum omni malo carens: integrum bonum est. Cui vero inest malum/ vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum vnq̧ potest esse vllum vbi bonū est nullū. Unde res mira conficit: vt quia omnis natura inq̄tum natura est/ bonū est: nihil aliud dici videatur/ cum vitiosa natura mala esse natura dicitur/ nisi malū esse quod bonum est: nec malum esse nisi qđ bonum est: quia omnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset si res ipsa que mala est natura nō esset. Nō igitur potest esse maluз nisi aliquod bonū. Quod cum dici videat absurde: cōnectio tamē ratiocinationis huius velut ineuitabiliter nos cōpellit hoc dicere. Et cauēdum est ne incidamus in illā sententiam, ppheticam: vbi legitur. Ve his q̄ dicūt qđ bonum est malum: et qđ malū est bonum: qui dicunt dulce amarum/ ⁊ amarum dulce: qui dicunt tenebras lucem ⁊ lucem tenebras. Et tamē dominus ait: Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quid est autem malus homo/ nisi mala natura: quia homo natura est: Porro si homo aliquod bonuз est: quia natura est: quid est malus homo/ nisi malū bonū? Tamen cum duo ista discernimus/ inuenimus nec ideo malū/ quia homo est: nec idō bonum: quia iniquus est: sed bonum quia homo: malū quia iniquus. Quisquis igit dicit malū hominē esse: aut quod bonū est iniquū esse/ ipse incidit in, ppheticam illam sententiaз: Ve his qui dicunt qđ bonū est malum: ⁊ qđ malū est bonum. Opus enim dei culpat qđ est homo: et vitium hominis laudat qđ est iniquitas. Omnis nāq̧ natura etiā si vitiosa est/ inq̄tū natura est/ bona est: inq̄tum vitiosa est/ mala est.

2.sen.dis.35. ca. ite et aliter

2.sen. dis.34. ca.ad hoc

Esaie.5.c.

Matth.12.c.

2.sen.dis.34. ca.ex quo

Esaie.5.c.

Q in bonis ac malis sibimet cōtrariis dialecticorum regula defi-

ciat: et quid sit corruptio: et quid corrumpi possit: et quod ex bonis mala orta sint: Capitulum. XIIII.

1.sen. dist.34. ca.ideoque

Quapropter in his contrarijs quae mala et bona vocantur illa dialecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul est et tenebrosus et lucidus: Nullus cibus aut potus simul dulcis est et amarus: Nullum corpus simul vbi album ibi et nigrum: Nullum simul vbi deforme ibi et formosum. Et hoc in multis ac pene in omnibus contrarijs reperitur vt in vna re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria: non solum simul esse possunt sed etiam mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt: quuis bona sine malis esse possint. Potest enim homo vel angelus non esse iniustus: Iniustus autem non potest esse nisi homo vel angelus: Et bonum quod homo: bonum quod angelus: malum quod iniustus. Et hec duo contraria ita simul sunt vt si bonum non esset in quo malum esset prorsus nec malum esse potuisset: Quia non modo vbi consisteret sed vnde oriretur corruptio non haberet nisi esset quod corrumperet: quod

Quid sit corruptio

nisi bonum esset: nec corrumperetur: Quoniam nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt: et nisi in aliquibus bonis non sunt: nec erat alias vnde oriretur vlla mali natura: Nam si esset inquantum natura esset: profecto bona esset: et aut incorruptibilis natura magnum esset bonum: aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset nisi aliquod bonum: quod bonum corrumpendo posset ei nocere corruptio.

Quomodo non sit contrarium dominice sententie qua dicitur: Non potest arbor bona fructus malos facere: cum dicunt mala ex bonis esse orta: Capitulum. XV.

Sed cum mala ex bonis orta esse dicimus non putetur hoc dominice sententie refragari qua dicit: Non potest arbor bona fructus malos facere. Non

Matth.7.c.

Ibidem.

potest enim sicut veritas dicit colligi vua de spinis: quia non potest vua nasci de spinis. Sed ex bona terra et vites nasci posse videmus et spinas. Et eodem modo tanquam arbor mala fructus bonos id est opera bona non potest facere voluntas mala. Sed ex bona hominis natura oriri voluntas et bona potest et mala. Nec fuit prorsus vnde primitus oriretur voluntas mala nisi ex angeli et ho-

1.sen. dist.34. ca.ideoque

minis natura bona. Quod et ipse dominus eodem loco vbi de arbore et fructibus loquebatur apertissime ostendit. Ait enim: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum: aut facite arborem malam et fructum eius malum: Satis admonens ex arbore quidem bona malos aut ex mala bonos nasci fructus non posse: ex ipsa tamen terra cui loquebatur vtramque arborem oriri posse.

Matth.12.c.

Non pertinere ad beatitudinem consequendam scire causas in mundo corporalium motionum: Ca. XVI.

Que cum ita sint quando nobis maronis ille versus placet: Felix qui potuit rerum cognoscere causas: non nobis videatur ad felicitatem consequendam pertinere si sciamus causas magnarum in mundo corporalium motionum que abditissimis nature finibus occultantur: vnde tremor terris: qua vi maria alta tumescant obicibus ruptis rursusque in seipsa residant: et cetera huiusmodi: sed bonarum et malarum rerum causas nosse debemus. Et id hactenus quatenus eas homini in hac vita erroribus erumnisque plenissima ad eosdem errores et erumnas euadendas nosse conceditur. Ad illam quippe felicitatem tendendum est vbi nulla quatiamur erumna: nullo errore fallamur: Nam si cause corporalium motionum noscende nobis essent: nullas magis nosse quam nostre valitudinis deberemus: Cum vero eis ignoratis medicos querimus: quis non videat quod de secretis celi et terre nos latet quanta sit patientia nesciendum.

Georg.2.

De errore qualiter caueri possit et diuersitate illius: et quod error aliquando prosit et bonus sit: quodque facillime error declinatur a dicentibus est: non non: et quod homines fallant et fallantur: Capitulum. XVII.

Quamuis enim error quanta possumus cura cauendus sit: non solum in maioribus verumetiam in minoribus rebus: nec nisi rerum ignorantia possit errari: non est tamen consequens vt continuo erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire quod nescit: pro vero quippe approbat falsum quod est erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret interest plurimum: Nam in vna eademque re et nescienti sciens et erranti non errans recta ratione preponitur: In diuersis autem rebus id est cum iste sciat alia ille alia: et iste vtiliora ille minus vtilia: vel etiam noxia quis non in eis que

Dist.38.c. Quis. 3.sen.dist.38. ca.illud

ille scit/ ei præferat nescientem? Sunt enim quędā quę nescire q̃ scire sit melius. Itēq̧ nonnullis errare profuit aliquando: sed in via pedum/ nō in via morum. Nam nobis/ ipsis accidit vt in quodā biuio falleremur: ꝛ non iremus per eum locum/ vbi operiens transitum nostrum donatistarū manus armata subsederat: Atq̧ ita factum est: vt eo quo tendebamus per deuium circuitum veniremus: cognitisq̧ insidijs illorum nos gratularemur errasse/ atq̧ inde gr̃as agere/ mus deo. Quis ergo viatorem sic errantē: sic non erranti latroni præponere dubitauerit? Et fortasse ideo apud illum summū poetam loquēs quidam miser amator: Ut vidi (inquit) vt perij/ vt me malus abstulit error: quoniā est et error bon⁹/ qui non solum nihil obsit/ verumetiā prosit aliquid. Sed diligentius considerata veritate/ cum nihil sit aliud errare/ q̃ veruꝫ putare quod falsum est: falsumq̧ quod verū est: vel certum habere ꝓ incerto: incertum vel pro certo: siue falsum/ siue sit veruꝫ: idq̧ tam sit in animo deforme atq̧ indecens/ q̃ pulchrum ac decorum esse sentimus vel in loquendo vel in assentiendo est/ est: non/ non: profecto et ob hocipsum est vita ista misera qua viuimus: q̧ ei nōnunq̃ vt nō amittatur/ error est necessarius. Absit vt talis sit illa vita/ vbi est animę nostrę ipsa veritas vita: vbi nemo fallit/ fallitur nemo. Hic autē homines fallūt atq̧ falluntr̃ miserioresq̧ sunt cū mentiēdo fallūt q̃ cū mētientib⁹ credendo falluntr̃. Usq̧adeo tñ rōnalis natura refugit falsitatē: et q̃tū potest deuitat errorē: vt falli nolint etiam quicūq̧ amant fallere. Non em̄ sibi qui mentitur videtur errare: sed alium in erroreꝫ mittere credentē sibi: et in ea q̄dē re nō errat quā mendacio cōtegit/ si nouit ipse quid verū sit: sed in hoc fallitur q̧ putat sibi suum non obesse mendacium: cum magis facienti q̃ patienti obsit omne peccatum.

Possidonius in vita augustini. ca. 13.

In bucco. eglogo. 8.

Matth. 5. f.

Utrum ad officium hominis iusti pertineat aliquando mentiri: et quid sit proprium malum mentiētis: de consideratione etiaꝫ rerum in quibus quis fallatur siue mentiatur: Capitulum. xviii.

Verum difficillima et latebrosissima hic gignitur questio/ de qua iā grandem librum cuꝫ respondendi necessitas nos vrgeret absoluimus: Utrū ad officiū hominis iusti pertineat aliquādo mentiri. Nonnulli em̄ eousq̧ progrediuntur vt et peierare ꝛ de rebus ad dei cultum pertinentibus/ ac de ipsa dei natura falsum aliquid dicere/ nonnunq̃ bonū piumq̧ opus esse contendant. Mihi autem videtur peccatum esse quidem omne mendacium: sed multū interesse quo animo/ ꝛ quibus de rebus quisq̧ mentiatur. Non enim sic peccat ille qui cōsulendi/ quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur. Haud vero tātū nocet/ qui viatorem mentiendo in diuersum iter mittit: q̃tum is qui viam vitę mendacio fallente deprauat. Nemo sane mentiēs iudicandus est/ qui dicit falsum quod putat verum: quoniam quantū in ipso est: nō fallit ipse/ sed fallitur. Non itaq̧ mendacij: sed aliquādo temeritatis arguēdus est/ qui falsa incautius credita ꝓ veris habet. Potiusq̧ econtrario: quantū in ipso est/ mentitur ille qui dicit verum/ quod putat falsuꝫ. Quantū enim ad animū eius attinet: quia nō quod sentit hoc dicit/ non verum dicit: q̃uis verū inueniatur esse quod dicit: Nec vllo modo liber est a mendacio/ qui ore nesciens verum loquitur: sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaq̧ reb⁹ ipsis de quibus aliquid dicitur/ sed sola intentione dicentis: melior est qui nesciēs falsum dicit/ quoniam id verum putat: q̃ qui mentiendi animū sciens gerit: nesciens verum esse quod dicit. Ille nāq̧ aliud non habet in animo/ aliud ī verbo: huic vero qualecunq̧ per seipsum sit qđ ab eo dicit/ aliud tamen clausum in pectore/ aliud in lingua promptum est: quod malum est proprium mentientis. In ipsarum autem quę dicuntur consideratione rerū tātū interest qua in re quisq̧ fallatur siue mentiatur: vt cū falli q̃ mentiri minus sit malum/ quantū pertinet ad hominis voluntatem: tamen longe tolerabilius sit in his quę a religione sunt seiuncta mentiri/ q̃ in his sine quorum fide vel noticia deus coli non potest falli: vt in pluribus a perquirente lucidius inuestigabitur. Quod vt illustretur exēplis: intueamur quale sit/ si quispiaꝫ dum mentitur viuere nunciat aliquem mortuuꝫ: et alius dū fallitur/ credat iterum christum post quęlibet longa tempora moriturum: nonne illo modo mentiri/ q̃ isto modo falli incomparabiliter præstat: multoq̧ minoris mali est in illum errorem aliqueꝫ inducere/ q̃ in istū ab aliquo induci.

22. q. 2. c. nihil. 3. sen. dis. 38. ca. mentiri

22. q. 2. c. is autem.

B

22. q. 2. c. in ipsarū.

Quib⁹ in reb⁹ fallamur: Ca. xix.

A In quibusdam ergo rebus magno/ in quibusdam paruo/ in quibusdā nullo malo/in quibusdā etiā nonnullo bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo/cum hoc non credit quod ad vitam ducit eternam: vel hoc credit quod ad mortem ducit eternam. Paruo autem malo fallitur: qui falsum pro vero approbando/incidit in aliquas molestias tēporales: quibus tamen adhibita fideli patientia cōuertit eas in vsū bonū: Veluti si quisq̄ bonū hominē putando qui malus est/aliquid ab eo patiatur mali. Qui vero malum hominem ita bonum credit vt nihil ab eo patiatur mali/nullo modo fallitur: nec in eum cadit illa prophetica detestatio: Ue his qui dicunt quod malum est bonum. De ipsis enim rebus quibus homines mali sunt/nō de hominibus dictum intelligendum est. Unde qui adulterium dicit bonū/recte arguitur illa voce prophetica: Qui vero ipsū hominē dicit bonum quem putat castum et nescit adulterum: non in doctrina rerū bonarum et malarum/ sed in occultis humanorum fallitur morum: vocans hominē bonum: in quo putat esse quod esse nouit bonum: et dicens malum adulterum et bonū castum: sed hunc bonum dicens nesciendo adulterum esse: illum malum nesciendo castum. B Porro si per errorem euadit quisq̄ perniciem: sicut superius dixi nobis in itinere contigisse: etiam aliquid boni homini errore confertur. Sed cum dico in quibusdam rebus nullo malo aliquem vel nōnullo etiam bono falli: non ipsum errorem dico nullum malum vel nonnullum bonum: sed malum quo non venitur vel bonū quo venitur errando: id est ex ipso errore quid non eueniat/vel quid proueniat. Nam ipse per seipsum error aut magnū in re magna: aut paruum in re parua/tamen semper est malum. Quis enim nisi errans malum neget approbare falsa pro veris: aut improbare vera pro falsis: aut habere incerta pro certis/vel certa pro incertis? Sed aliud est † bonum hominem putare qui† malus est: quod est erroris: et aliud est ex hoc malo aliud malum non pati: si nihil noceat homo malus qui est putatus bonus. Itemq̄ aliud est ipsam viam putare que non est ipsa: et aliud est ex hoc erroris malo aliqd boni consequi: velut est ab insidiis malorū hominū liberari.

Marginalia: 3. sen. dis. 38. ca. illud. — Esaie. 5. c. — 2. sen. dis. 34. ca. ad hoc. et 37. ca. ex quo. — 8. co. ca. 17. — Al. † malum Al. † bonus

An peccata dicenda sint cū quis de malo homine bene sentit/ vel verisimilibus fallitur: et q̄ academicis testimoniis cōuincantur qui dicunt omnem errorem esse peccatum: Capitulum. xx.

A Nescio sane vtrum etiam eiusmodi error sit: cum homo de malo homine bene sentit: q̄lis sit nesciens: aut pro eis que per sensus corporis capimus occurrunt similia: que spiritu tanq̄ corpore/ aut corpore tāq̄ spiritu sentiunt: Qualem putabat esse apostolus petrus quando existimabat se visum videre/repēte de claustris et vinculis per angelū liberatus. Aut in ipsis rebus corporeis lene putat esse qd̄ asperum est: aut dulce quod amarum est: aut bene olere quod putridum est: aut tonare cum rheda transit: aut illum esse hominem cum alius sit/ quando duo sibi simillimi sunt: quod in geminis sepe contingit: vnde ait ille: Gratusq̄ parentibus error: et cetera talia etiā peccā dicēda sint. Hec questio nodosissima q̄ hoīes acutissimos academicos torsit/nūc mihi enodāda suscepta est: vtrū aliqd debeat sapiēs approbare ne incidat i errorē si p veris approbauerit falsa: cū oia sicut affirmāt/vel occulta sunt: vel incerta. Unde tria confeci volumina in initio conuersionis mee: ne impedimento nobis essent/ que tanq̄ in ostio cōtradicebāt. Et vtiq̄ fuerat remouenda inueniende desperatio veritatis/ que illorum videtur argumentationibus roborari. B Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum: qd̄ vitari nō posse contendunt: nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis assentit incertis: nihilq̄ certum esse in hominū visu/ propter indiscretam similitudinem falsi: etiam si quod videtur/forte sit verum: acutissimis quidem/ sed impudentissimis conflictationibus disputant. Apud nos autem iustus ex fide viuit. Ac si tollatur assensio/et fides tollitur: quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera q̄uis non videant: que nisi credantur ad vitam beatā: que non nisi eterna est/ nō pōt perueniri. Cum istis vero vtrū loqui debeam' ignoro: qui non victuros in eternū: sed in p̄sentia se viuere nesciūt: immo nescire se dicūt qd̄ nescire nō possunt. Neq̄ em̄ quisq̄ sinit nescire se viuere: q̄quidē si nō viuit/nō potest aliquid vel nescire: quoniā nō solum scire/verumetiā nescire nō nisi viuentis est. Sed videlicet nō assentiendo q̄

Marginalia: Act. 12. a. — Abacuk. 2. a.

viuant/ cauere sibi videntur errorem: cum
etiam errando conuincātur viuere:quoniā
non potest qui non viuit errare. Sicut ergo
nos viuere/nō solum verum/sed etiam cer/
tum est: ita vera ⁊ certa sunt multa quibus
nō assentiri/ absit vt sapiētia potius ꝙ de/
mentia nominanda sit.

Quibus in rebus errantes nō peccemus/Quis ad huius vite miserias error pertineat: Ca.XXI.

22.q.2.c.in quibusdā N quibusdā autē rebus nihil inter/
i est ad capessendū dei regnū/vtrum
credantur/an nō:vel vtrum vera si/
ue sint siue putentur/ an falsa:in his errare:
id est aliud pro alio putare/non arbitran/
dum est esse peccatū: aut si est/ minimū esse
atq; leuissimū. Postremo qualecunq; illud
et quantūcunq; sit/ad illam viam nō perti/
net:qua imus ad deum: Que via fides est
Gal.5.b. christi:quę per dilectionez operatur. Neq;
enim ab hac via deuiabat in geminis filijs
gratus ille parētibus error:aut ab hac via
Act.12.b. deuiabat apostolus petrus/quādo se existi
mans visum videre/aliud pro alio sic puta/
bat:vt a corporum imaginibus: in quibus
se esse arbitrabatur:vera in quibus erat cor
pora non dinosceret:nisi cum ab illo ange/
lus per quez fuerat liberatus abscessit. Aut
Gen.37.g. ab hac via deuiabat iacob patriarcha : qui
viuentem filium a bestia credebat occisum.
In his atq; huiusmodi falsitatibus/ salua
fide/quę in deo nobis est fallimur: ⁊ via nō
relicta quę ad illum nos ducit erramus. Qui
errores etiam si peccata non sunt/tamen in
malis huius vitę deputandi sunt: quę ita
subiecta est vanitati/ vt approbētur hic fal/
sa pro veris:respuantur vera pro falsis:te/
neantur incerta pro certis. Quis enim hęc
ab ea fide absint/per quā ad veram certāq;
atq; ęternam beatitudinem tendimus : ab
ea tamen miseria nō absunt/in qua adhuc
sumus. Nullo modo quippe falleremur in
aliquo vel animi vel corporis sensu/si iam
vera illa atq; pfecta felicitate frueremur.

Quomodo sit peccatum omne mendaciū:qualiter etiam illi peccent/licet venialiter/q̄ non nisi pro salute hominū mētiunt: Ca.XXII.

3.sen.dis.38. ca.mentiri Ero autem omne mendaciuz ideo
p dicendum est esse peccatū:quia ho/
mo non solum quādo scit ipse quid
verum sit: sed etiam si quando errat ⁊ falli/
tur sicut homo/ hoc debet loqui quod ani/
mo gerit: siue illud verum sit/siue putetur ⁊
nō sit. Omnis autē qui mentitur contra id
quod animo sentit/loquitur voluntate fal/
lendi. Et vtiq; verba ppterea sunt institu/
ta/nō per quę se inuicem homines fallant/
sed per quę in alterius quisq; noticiam
cogitationes suas perferat. Verbis igitur
vti ad fallaciā/ non ad quod instituta sunt/
peccatum est. Nec ideo vllum mendacium
putandum est non esse peccatū: quia possu
mus aliquando alicui prodesse mentiendo.
Possumus enim ⁊ furando aliquando alicui 3.sen.dis.38. ca.sciendū: a ca.mentiri
prodesse:si pauper cui palam datur sentit
commodū:et diues cui clam tollitur nō sen
tit incommodū: Nec ideo tale furtū quisq;
dixerit nō esse peccatum. Possumus ⁊ adul
terando prodesse:si aliqua nisi ad hoc ei cō/
sentiatur appareat amando moritura:et si
vixerit penitendo purganda:nec ideo pec/
catum tale negabitur adulterium. Si autē
merito nobis placet castitas/ quid quęso
offendit veritas:vt propter alienam vtili/
tatem illa non violetur adulterando:⁊ vio/
letur ista mentiendo? Non ideo mendaciū
poterit aliquando laudari/quia nonnunq;
pro salute quorundam mentimur. Pecca/
tum ergo est/sed veniale: quod beniuolen/
tia excusat:et ideo fallacia damnat. Pluri/
mum quippe ad bonū profecisse homines/
qui non nisi pro salute hominis mentiun/
tur/non est negandum:sed in eorū tali pro/
fectu merito laudatur vel etiam temporali/
ter remuneratur beniuolentia/ nō fallacia:
quę vt agnoscatur satis est:non vt etiā prę
dicetur: maxime in heredibus testamenti
noui/quibus dicitur:Sit in ore vestro est/ Math.5.f
est:nō/ non:Quod enim amplius est/ a malo
est. Propt qd malū:q2 subrepere i hac mor
talitate nō desinit:etiā ipsi cohęredes chri/
sti dicūt:Dimitte nobis debita nostra. Math.6.b.

Que sint cause bonarum rerum et que malarum: Capitulū.XXIII.

Is itaq; pro huius breuitatis ne/
b cessitate tractatis : quoniam causę
cognoscendę sunt rerum bonarum
et malarum/ quantū vię satis est quę nos
perducat ad regnum:vbi erit vita sine mor
te:sine errore veritas:sine perturbatione fę 2.sen.dis.34. ca.mala
licitas:nequaq; dubitare debemus/rerum
quę ad nos pertinēt bonarū causaz nō esse
nisi bonitatē dei: malarū vero ab imutabi/
li bono deficientē boni mutabilis volunta
tem/ prius angeli/ hominis postea.

Qd sit creature rōnal' pmū malū: vl q̄ mala hoc secuta sint: Ca.XXIIII

1.sen.dis.34. ca.mala. Hoc primum est creature rationalis b malum: id est prima priuatio boni: deinde etiã iam nolentibus subintrauit ignorantia rerum agendarũ: et concupiscentia noxiarũ: quibus comites subinferuntur/ error et dolor: que duo mala quãdo imminẽtia sentiuntur/ ea fugitantis animi motus vocatur metus. Porro animus cũ adipiscit cõcupita: quãuis perniciosa vel inania: quoniã id errore nõ sentit: vel delectatione morbida vincitur: vana etiam leticia ventilat. Ex his morbox nõ vbertatis/ sed indigentie tanq̃ fontibus omnis miseria nature rationalis emanat.

Qd in suis malis rationalis natura beatitudinis appetitum non amiserit: et q̃ homo habeat penã ppriã/ corporis mortẽ: Ca.XXV.

Ue tamen natura in malis suis nõ q potuit amittere beatitudinis appetitum. Uerum hec communia mala sunt et hominũ et angelox: pro sua malitia dei iusticia damnatorum. Sed homo habet et penã propriã: qua etiã corporis morte punitus est. Gen.2.a.3. Mortis quippe supplicium dominus ei cõminatus fuerat si peccaret: sic eum munerans libero arbitrio/ vt tamẽ regeret imperio: terreret exitio: atq̃ in paradisi felicitate tanq̃ in vmbra vite/ vnde iusticia custodita in meliora conscenderet collocauit.

Qd peccatũ adam originaliter in posteros transierit: Ca.XXVI.

Hinc post peccatũ exul effectus/ stirb pem quoq̃ suam/ quã peccando in se tãq̃ i radice vitiauerat/ pena mortis et damnationis obstrinxit: vt quicquid prolis ex illo et simul damnata per quã peccauerat coniuge per carnalem concupiscentiam: in qua inobedientie pena similis retributa est nasceret: traheret originale peccatũ: quo traheretur per errores doloresq̃ diuersos ad illud extremum cum desertoribus angelis vitiatorib⁹ et possessoribus et Roma.5.b. consortibus suis sine fine supliciũ. Sic per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ: et per peccatũ mors: et ita in omnes homines pertransijt/ in quo oẽs peccauerũt. Mundum quippe appellauit eo loco apostolus vniuersũ genus humanũ.

Qualiter humani generis massa ex dei ira iacebat i malis/ luens cum desertoribus angelis iustissimas penas/ manente in eis bonitate creatoris: Ca.XXVII.

Ta ergo res se habebãt: Iacebat in i malis/ vel etiã voluebatur: et de malis in mala precipitabatur tota hu mani generis massa damnata et adiuncta parti eorum qui peccauerant angelorum/ luebat impie desertionis dignissimas penas. Ad irã quippe dei pertinet iustam quicquid ceca et indomita concupiscẽtia faciunt libenter mali: et quicquid manifestis apertisq̃ penis patiuntur inuiti: non sane creatoris desistente bonitate/ et malis angelis subministrare vitam viuacemq̃ potentiam: q̃ subministratio si auferat/ interibũt: et hominũ q̃uis de propagine vitiata damnataq̃ nascentiũ formare semina et animare et ordinare membra per temporũ etates: per locorum spacia vegetare sensus: alimenta donare. Melius enĩ iudicauit de malis 1.sen.dis.46. ca.q̃ vero. bene facere: q̃ mala nulla esse permittere. Et siquidẽ in melius hominũ reformationem nullam prorsus esse voluisset: sicut impiorum nulla est angelox: nõne merito fieret/ vt natura que deum deseruit: que precẽptum sui creatoris/ quod custodire facillime posset/ sua male vtens potestate calcauit atq̃ transgressa est: que sui in se creatoris imaginẽ ab eius lumine cõtumaciter auersa violauit: que salubrem seruitutẽ ab eius legibus male libero abrupit arbitrio/ vniuersa in eternũ desereretur ab eo: et pro suo merito penã penderet sempiternam? Plane ita faceret si tm̃ iustus non etiam misericors esset: suamq̃ indebitam misericordiam multo euidentius in indignox potius liberatione monstraret.

Qd quibusdam angelis cadentibus per superbiam/ residui certissimam perpetue beatitudinis stabilitatem acceperunt: Ca.XXVIII.

Angelis igitur aliquibus impia sua perbia deserentibus deum/ et in huius aeris imam caliginẽ de superna 2.Petri.2.a. Iude.1.b. celesti habitatione deiectis/ residuus numerus angelorum in eterna cum deo beatitudine et sanctitate permansit. Neq̃ enim ex vno angelo lapso atq̃ damnato ceteri propagati sunt: vt eos sicut hominẽs originale malum obnoxie successionis vinculis obligaret atq̃ vniuersos traheret ad debitas penas: sed eo qui diabolus factus est/ cum socijs impietatis elato: et ipsa cum eis elatione prostrato/ ceteri pia obedientia domino coheserunt: accipientes etiam quod

illi non habuerunt/ certam scientiam qua essent de sua sempiterna τ nunq̄ casura stabilitate securi.

Q numerus bonorū angelorū q̄ diminutꝰ est post ruinā malorū/ ex hominibꝰ suppleat: τ q̄ hic numerus deo sit notus: Ca.xxix.

2.sen.dis.21. ca.preterea — Placuit itaq̄ vniuersitatis creatori atq̄ moderatori deo: vt quoniā nō tota multitudo angelorū deū deserendo perierat/ ea que perierat in perpetua

Al.to īnatiōe — perditione remaneret: que autem cū deo illa deserente perstiterat/ de sua certissime cognita semper futura felicitate secura gauderet: Alia vero creatura rationalis que in hominibus erat/ quoniā peccatis atq̄ suppliciis τ originalibꝰ τ ꝓpriis tota perierat ex eius parte reparata: quod angelice societati ruina illa diabolica minuerat/ suppleretur. Hoc enim promissum est resurgētibus

Matth.22.c. — sanctis: q̄ erūt equales angelis dei. Itaq̄

2.sen.dis.9. ca.a q̄buidā 22.de ciui. dei.ca.1.a. — superna illa hierusalē mater nostra ciuitas dei/ nulla ciuium suorū numerositate fraudabitur: aut vberiore etiā copia fortasse regnabit. Neq̄ enim numerū aut sanctorū hominū/ aut immundorū demonū nouimus: in quorū locum succedentes filii sancte matris ecclesie/ que sterilis apparebat in terris/ in ea pace de qua illi ceciderunt/ sine vllo tēporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus/ siue qui est/ siue qui futurus est/ in contemplatione est eius artificis

Roma.4.c. — qui vocat ea que nō sunt tanq̄ ea que sunt:

Sap.11.d. — atq̄ in mensura et numero et pondere cuncta disponit.

Q nō propriis meritis/ nec per liberum arbitrium/ sed per filium dei liberari possit genꝰ humanū: Ca.XXX.

Verum hec pars generis humani/ cui liberationē deus repromisit regnumq̄ ꝓmisit eternum/ nunquid meritis operū suorū reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus/ nisi quātū fuerit a perditione liberatus? Nunquid libero volūtatis arbitrio? Et hoc ab-

2.sen.dis.25. ca.vnde manifestū.in fi. — sit: Nā libero arbitrio male vtens homo/ et se perdidit/ et ipsum. Sicut enim qui se occidit/ vtiq̄ viuendo se occidit/ sed se occidendo nō viuit/ nec seipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cum libero peccaret arbitrio/ victore peccato amissum est et liberum

2.Petri.2.d. — arbitriū: A quo enim quis deuictus est/ huic et seruus addictus est. Petri certe apostoli est ista sententia. Que cum vera sit/ qualis queso potest serui addicti esse libertas: nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandū liber est/ q̄ peccati seruus est. Unde ad iuste faciendū

liber non erit/ nisi a peccato liberatꝰ/ esse iusticie ceperit seruus. Ipsa est vera libertas ꝓpter recti facti leticiā: simul τ pia seruitus ꝓpter precepti obedientiā. Sed ista libertas ad bene faciendū vnde erit homini addicto et vendito/ nisi redimat ille cuius illa — 2.sen.dis.25. ca.istam libertatem.

vox est: Si vos filius liberauerit tunc vere liberi eritis? Quod anteq̄ fieri in homine incipiat: quomō quisq̄ ð libero arbitrio in bono glorietur opere/ qui nondum liber est ad operandū bene: nisi se vana supbia inflatus extollat: quā cohibet apostolus dicēs: Gratia salui facti estis per fidem? — Joh.8.e. / Eph.2.b.

Q etiā fidem/ a qua bona opera incipiunt/ gratia tribuat: Ca.XXXI.

Et ne ipsam sibi saltem fidem sic arrogarent/ vt nō intelligerent diuinitus esse donatā: sicut idem apostolus alio loco se dicit/ vt fidelis esset misericordiam consecutū: hic quoq̄ adiungit atq̄ ait: Et hoc nō ex nobis/ sed dei donū est: nō ex operibus: ne forte quis extollatur. Et ne putarent fidelibus bona opera defutura/ rursus adiecit: Ipsi enim sumus figmentum creati in christo iesu in operibꝰ bonis/ que ꝓparauit deus vt in illis ambulemus. Tūc ergo efficimur vere liberi/ cū deus nos fingit: id est format τ creat: nō vt homines qd iā fecit/ sed vt boni homines simus: quod nūc gratia sua facit vt simus in christo iesu noua creatura: s̄m qd dictum est: Cor mundum crea in me deꝰ. Neq̄ enim cor eius q̄tū pertinet ad naturā cordis humani/ nō iam creauerat deus. — 1.Cor.7.e / Eph.2.b. / Ibidem. / Ps.50.

Q deus operat in nobis τ velle τ perficere/ sicut apl's multipliciter predicat/ et omnis diuina scriptura testatur. Ca.XXXII.

Item ne quisq̄ etsi non de opibꝰ/ de ipso glorietur libero arbitrio voluntatis: tanq̄ ab ipso incipiat meritū cui tanq̄ debitum reddatur premium bene operandi/ ipsa libertas: audiat eūdem gratie preconē dicentē: Deus ē enim qui operat in vobis τ velle τ operari ꝓ bona volūtate. Et alio loco: Igit nō volentis neq̄ currentis/ sed miserentis est dei. Cū ꝓculdubio si homo eius etatis ē vt ratione iam vtatur: nō possit credere/ sperare/ diligere nisi velit: — Phil.2.b. / Roma.9.

nec puenire ad palmã ſupne vocatióis dei/ niſi voluntate cucurrerit. Quomõ ergo nõ volentis neqꝫ currentis/ſed miſerentis dei: niſi quia ⁊ ipſa voluntas/ ſicut ſcriptũ eſt: a deo pparatur? Alioquin ſi propterea dictũ eſt: nõ volentis neqꝫ currentis/ſed miſerentis eſt dei: quia ex vtroqꝫ fit: id eſt ex voluntate hoīs/ et miſericordia dei: vt ſic dictum
1.ſen.diſ.26. ca.voluntatē accipiamus: nõ volentis neqꝫ currẽtis/ ſed miſerentis eſt dei: tanqꝫ diceret: non ſufficit ſola voluntas hominis/ ſi nõ ſit etiã miſericordia dei. Non ergo ſufficit ſola miſericordia dei/ ſi nõ ſit etiã voluntas hominis: ac per hoc ſi recte dictũ eſt: nõ volentis hominis/ſed miſerẽtis eſt dei: quia id voluntas hominis ſola nõ implet: cur nõ et ecõtrario recte dicit: nõ miſerentis eſt dei/ſed volẽtis eſt hominis: quia id miſericordia dei ſola non implet? Porro ſi nullus chriſtianus dicere audebit: nõ miſerẽtis eſt dei/ſed volentis eſt hominis: ne apoſtolo apertiſſime cõtradicat: reſtat vt ppterea recte dictũ intelligatur: nõ volentis neqꝫ currentis/ſed miſerẽtis eſt dei: vt totũ deo detur/ qui hominis voluntatẽ bonã ⁊ pparat adiuuandã:
1.ſen.diſ.26. ca.ipſa ẽſt ⁊ adiuuat pręparatã. Pręcedit eñ bona voluntas hominis multa dei dona/ſed nõ omnia: quę autem non pcedit ipſa/in eis eſt et ipſa: Nam vtrũqꝫ legit in ſanctis eloquijs:
Pſ.58. Et miſericordia eius pueniet me: ⁊ miſericor-
Pſ.22. dia eius ſubſequet me. Nolentẽ puenit vt velit: volenteꝫ ſubſequitur ne fruſtra velit.
Matth.6.b. Cur eñ admonemur orare pro inimicis noſtris vtiqꝫ nolentibus pie viuere: niſi vt deus
Phil.2.b. in illis operetur et velle? Item cur admone-
Matth.7.a. mur petere vt accipiamus/niſi vt ab illo fiat quod volumus a quo factuꝫ eſt vt velimus? Oramus ergo pro inimicis noſtris vt miſericordia dei pręueniat eos/ ſicut pręuenit et nos: oramus autẽ pro nobis/ vt miſericordia eius ſubſequat nos.

De iuſta damnatione ſub ira dei tenebatur genus humanum/ donec veniret mediator qui nos ab ea liberaret: Capitulũ. XXXIII.

Tenebatur itaqꝫ iuſta dãnatione genus humanũ: et omnes erant irę filij: de qua ira ſcriptũ eſt: Quoniam
Pſ.89. omnes dies noſtri defecerũt: ⁊ in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. De qua ira dicit etiam iob: Homo
Iob.14.a. eñ natus ex muliere breuis vitę et plenus irę. De qua ira dicit etiam dominus ieſus:
Ioh.3.d. Qui credit in filiũ/habet vitam ęternã: qui autem nõ credit in filiũ/nõ habet vitã ęternam/ſed ira dei manet ſuper eum: Non ait/ veniet/ſed manet ſuper eum. Cũ hac quippe omnis homo naſcitur. Propter quod dicit apoſtolus: Fuimus eñ ⁊ nos natura filij irę ſicut ⁊ cęteri. In hac ira cum eſſent homines per originale peccatũ: et tanto grauius ⁊ pernicioſius/quãto maiora vel plura inſuper addiderunt: neceſſarius erat mediator/ hoc eſt recõciliator/ qui hanc irã ſacrificij ſingularis (cuius erãt vmbrę omnia ſacrificia legis et prophetarũ) oblatiõe placaret. Unde dicit apoſtolus: Si eñ cũ inimici eſſemus reconciliati ſumus deo p mortem filij eius/multo magis reconciliati nũc in ſanguine eius ſalui erimus ab ira p ipſũ. Cum autẽ deus iraſci dicit: nõ eius ſignificatur pturbatio qualis eſt in animo iraſcentis hominis: ſꝫ ex humanis motibus tranſlato vocabulo: vindicta eius/ quę non niſi iuſta eſt/ irę nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo: et accipimus ſpiritumſanctũ/ vt ex inimicis efficiamur filij: quotquot eñ ſpiritu dei aguntur/ hi filij ſunt dei: hęc eſt gratia dei per ieſum chriſtũ dominũ noſtrũ. Eph.2.a. Roma.5.b. Quõ dicatur deus iraſci Roma.8.c.

De admirabili ſacramento mediatoris/qd ab hominibus cõprehendi nõ poteſt: Ca. XXXIIII.

De quo mediatore longũ eſt vt quãta dignũ eſt/tanta dicant: quis ab homine dici digne non poſſint. Quis eñ hoc ſolũ cõgruentibus explicet verbis: quod verbũ caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis: vt crederemus in dei patris omnipotentis vnicũ filium natũ de ſpirituſancto ⁊ maria virgine? Ita quippe verbũ caro factũ eſt a diuinitate carne ſuſcepta: non in carnẽ diuinitate mutata. Carneꝫ porro hic hominẽ debemus accipere: a parte totũ ſignificante locutione: ſicut dictum eſt: Quoniam ex operibus legis nõ iuſtificabit omnis caro: id eſt omnis homo. Nam nihil naturę humanę in illa ſuſceptione fas eſt dicere defuiſſe: ſed naturę ab omni peccati nexu omnimodo liberę: nõ qualis de vtroqꝫ ſexu naſcitur per cõcupiſcentiã carnis cũ obligatione delicti: cuius reatus p regenerationẽ diluitur/ſed qualeꝫ de virgine naſci oportebat: quẽ fides matris/nõ libido cõceperat. Quod ſi vel per naſcentẽ corrũperet eius integritas: nõ iam ille de virgine naſceret: eumqꝫ falſo/qd abſit/ de virgine maria natũ tota cõfiteret eccleſia/ q imitãs eius matrẽ: quotidie parit membra eius et virgo eſt. Lege ſi placet de virginitate ſanctę marię meas lras ad illuſtrẽ virũ: quẽ cũ honore ac dilectione nomino/ voluſianũ. Ioh.1.b. Matth.1.d. Roma.3.c.

De duab⁹ naturis in vna filij dei persona consistentib⁹: Ca.XXXV.

P Roinde christ⁹ iesus dei fili⁹ ē: ⁊ de⁹
et hō est. De⁹ añ oīa secula: homo in
Joh.1.a. nostro seculo. De⁹/ q₂ dei verbū: de⁹
eñ erat verbū: hō autē/ q₂ in vnitatē psonę
accessit verbo aīa rationalis et caro. Quo/
Joh.10.f. circa inq̄tū deus est/ ipse ⁊ pater vnū sunt:
Joh.14.d. inq̄tū autē homo/ pater maior est illo. Cū
eñ esset vnicus dei filius non gr̄a sed natu/
ra: vt esset etiā plen⁹ gratia/ factus est et ho/
minis fili⁹: idēq₃ ipse vtrūq₃ ex vtroq₃ vn⁹
Phil.2.a. christus: q₂ cū in forma dei esset/ nō rapinā
arbitrat⁹ ē/ qđ natura erat. i. esse ęq̄lis deo.
Exinaniuit autē se/ formā serui accipiēs: nō
amittēs vel minuēs formā dei: Ac p hoc et
minor est fact⁹: ⁊ māsit ęq̄lis/ vtrūq₃ vn⁹/ si/
cut dictū est: Sed aliud ꝓpter verbū: aliud
ꝓpter hoiem. Propter eñ verbū ęq̄lis pa/
tri: ꝓpter hoiem minor. Un⁹ dei fili⁹/ idēq₃
hois filius: vn⁹ hois fili⁹/ idēq₃ dei fili⁹: non
duo filij dei/ de⁹ ⁊ hō: sed vn⁹ dei fili⁹: deus
sine initio: homo a certo initio/ domin⁹ no/
ster iesus christus.

Q₂ euidēs indiciū sit abundantis gratie dei φ in hoie christo humana natura in vnitatem persone assumi promeruit: Ca.XXXVI.

3.sen.dis.6. ca.et nc. H Ic omnino granditer ⁊ euidēter dei
gr̄a cōmendat̄. Quid eñ natura hu
mana in homie christo meruit: vt in
vnitatē psonę vnici filij dei singulariter eēt
assumpta? Quę bona volūtas: cui⁹ boni ꝓ/
positi studiū: q̄ bona opa p̄cessere/ qb⁹ mere
retur iste homo vt vna fieret psona cū deo?
Nunq̄d antea fuit hō: ⁊ h̄ ei singulare bene
ficiū ꝑstitū ē/ vt singulari᷑ ꝓmereret̄ deū?
Nempe ex quo hō esse cępit/ nō aliud cępit
esse q̄₃ filius dei: ⁊ hoc vnicus: ⁊ ꝓpter deū
Joh.1.b. verbū: qđ illo suscępto caro factū est/ vtiq₃
deus: vt quēadmodū est vna psona q̄libet
hō/ anima sc₃ rōnalis ⁊ caro: ita sit christus
vna persona/ verbū ⁊ hō. Unde naturę hu/
manę tanta gloria nullis p̄cedentibus me/
ritis sine dubitatione gratuita: nisi q₂ ma/
gna hic et sola dei gr̄a fideliter ⁊ sobrie con/
siderantibus euidenter ostendit̄: vt intelli/
gant homines per eandē gratiā se iustifica/
ri a peccatis p quā factū est/ vt hō christus
nullū habere posset peccatū? Sic ⁊ eius ma
trem angelus salutauit: qñ ei futurū annū/
Luc.1.c. ciauit hunc partū: Aue inq̄t gratia plena.
Et paulopost: Inuenisti ait gratiam apud
deū. Et hęc quidē gratia plena: et inuenisse
gratiā apud deū dicit̄: vt dñi sui/ immo dñi
omnium mater esset. De ipso autem christo
iohannes euangelista cū dixisset: Et verbū Joh.1.b.
caro factū est/ ⁊ habitauit in nobis: et vidi/
mus inquit gloriā eius: gloriā quasi vnige
niti a patre: plenū gratię ⁊ veritatis. Quod
ait: verbū caro factū est: hoc est plenū gra/
tię. Quod ait: gloriā vnigeniti a patre: hoc
est plenū veritat̄. Ueritas q̄ppe ipsa vnige/
nitus dei fili⁹: nō gr̄a/ sed natura. Gr̄a susce
pit hominē tanta vnitate psonę: vt idē ipse
etiā esset hominis filius.

Q₂ gr̄a demōstret̄ etiā in hoc/ φ de spūsancto nat⁹ dr̄: Ca.XXXVII.

I Dem nāq₃ iesus christus filius dei
vnigenitus. i. vnicus dñs noster/ na
tus est de spūsancto ⁊ maria ꝟgine. Matth.1.d.
Et vtiq₃ spūssanctus dei donū est: qđ qui/
dem ⁊ ipsū est ęquale donanti. Et ideo de⁹
est etiā spūssanctus/ patre filioq₃ nō minor.
Ex hoc ergo φ de spiritusācto est s̄m homi/
nem natiuitas christi: quid aliud q̄₃ ip̄a gra
tia demonstrat̄? Cum eñ virgo quęsiuisset
ab angelo/ quomodo fieret qđ ei nūciabat:
quandoquidē illa virū non cognosceret: re/
spōdit angelus: Spūssanct⁹ supueniet i te: Luc.1.
⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq₃
⁊ qđ nascet̄ ex te sanctū/ vocabit̄ filius dei.
Et ioseph cū vellet eam dimittere suspicat⁹
adulterā/ quā sciebat nō de se grauidā/ tale
responsum ab angelo accępit: Noli timere Matth.1.d.
accipere mariā ꝯiugē tuā: qđ eñ in ea natū
est/ de spūsancto est. i. qđ tu esse de alio viro
suspicaris/ de spūsancto est.

Q₂ q̄uis nō sit cōsequens patrē hois christi dici spiritusanctū/ modus tamē ip̄e quo de illo ⁊ maria virgine nat⁹ est/ sit inexplicabilis: Ca.XXXVIII.

N Unquid tamen 3.sen.dis.4. ca.sed nō.
ideo dicturi sumus patrē hominis
christi esse spūsanctū/ vt deus pater
ꝟbū genuerit/ spūssanctus hominē: ex qua
vtraq₃ substātia christus vn⁹ esset: ⁊ dei pa/
tris filius s̄m verbū/ ⁊ spūssancti fili⁹ s̄m ho
minē: φ quasi eum spūssanctus tanq̄₃ pater
eius de matre virgine genuisset? Quis hoc
dicere audebit? Nec opus est ostendere dis/
putando quanta alia sequant̄ absurda: cu₃
hocipsum iam ita sit absurdum/ vt nullę fi/
deles aures id valeant sustinere. Proinde
sicut cōfitemur: dominus noster iesus chri/ 3.sen.dis.6. ca.et nc.
stus qui de deo deus/ homo autem natus
est de spiritusancto ⁊ maria virgine/ vtraq₃
substantia diuina scilicet atq₃ humana/ fi/
lius est vnicus dei patris omnipotentis:
de quo ꝓcedit spiritussanctus. Quomodo
ergo dicimus christū natum de spiritusan/
cto/ si non eum genuit spiritussanctus? An

quia fecit eū: qm̄ dn̄s noster iesus christus
Joh.1.a. inq̄tū de⁹ est/oia p ip̄m facta sunt:inq̄tum
autē hō est/ ⁊ ipse fact⁹ ē:sicut ap̄ls dicit: Fa
Roma.1.a. ctus est em̄ ex semine dauid sm̄ carnē. Sed
3.sen.dis.4. cū illā creaturā quā vgo cōcepit et peperit/
ca.1. q̄uis ad solā psonā filij ptinentē/ tota trini
tas fecerit:neq3 em̄ separabilia sunt opa tri
nitatis:cur in ea faciēda solus sp̄ussanct⁹ no
minat⁹ est? An ⁊ q̄n vnus triū in aliquo ope
noiatur/vniuersa opari trinitas intelligit?
Ibidē.ca.se. Ita vo est:et exemplis doceri pōt. Sed nō
est in hoc diutius imorandū. Illud em̄ mo/
Matth.1.d. uet/ quō dictū sit: Nat⁹ de sp̄usancto/cū fi/
lius nullo modo sit sp̄ussancti. Neq3 em̄ q̄a
mundū istū fecit deus/dici eū fas est dei fi/
lium:aut eū natū de deo:sed factū/vel crea
tum/vel cōditu3/ vel institutū ab illo:vel si
quid huiusmodi recte possum⁹ dicere. Hūc
ergo cū cōfiteamur natū de sp̄usancto ⁊ ma
ria virgine: quō nō sit filius sp̄ussancti/ ⁊ sit
filius virginis marie/cū ⁊ de illo ⁊ illa sit na
tus/ explicare difficile ē. Proculdubio q̄pe
nō sic de illo vt de patre:sic autem de illa vt
de matre natus est.

Exempla quibus ostendit non semꝑ dici filiū quicquid de re aliqua nascitur: et aliquid dici filium rei de qua non nascit: Ca.XXXIX.

3.sen.dis.4. ca.sed nō est Non igitur cōcedendū est/quicq̄d de
aliqua re nascit cōtinuo eiusdē rei fi
lium nuncupandū. Ut em̄ omitta3
alia:aliter de hoie nasci filiū:aliter capillū:
pediculū/lumbricū/quoꝝ nihil est fili⁹. Ut
ergo hec omittā:qm̄ tante rei deformiter cō
parant:certe qui nascunt ex aqua ⁊ sp̄usan
cto non aque filios eos rite dixerit quispiā:
sed plane dicunt filij dei patris ⁊ matris ec/
clesie. Sic ergo de sp̄usancto nat⁹ est fili⁹ dei
patris nō sp̄ussancti: Nam ⁊ illud qd̄ de ca/
pillo ⁊ de ceteris diximus/ad hoc tm̄ valet:
vt admoneamur:nō omne qd̄ de aliquo na
scitur etiā filiū eius de quo nascit posse di/
ci. Sicut non omnes qui dicunt alicui⁹ filij:
ɔsequens est vt de illo etiā nati esse dicant:
sicut sunt q̄ adoptant. Dicunt etiā filij ge
henne: nō ex illa nati/ſ; in illā ꝑparati:sicut
filij regni qui ꝑparant in regnū.

Modus significās christum iesum de sp̄ūsctō natū/insinuat gratiam:qua eius humanitas nullis precedētibus meritis in ipsa cōceptione deo copulata est: Ca.XL.

Ubi.s. Cum itaq3 de aliquo nascat aliquid
etiā nō eo modo vt sit filius:nec rur
sus omnis qui dicitur filius/de illo
sit natus cuius dicit filius/profecto modus
iste quo natus est christus de spiritusancto
nō sicut filius/et de maria virgine sicut fili⁹
insinuat nobis gratiam dei:qua homo nul
lis ꝑcedentibus meritis in ipso exordio na
ture sue quo esse cepit verbo dei copularet
in tātā psone vnitatē/ vt idē ipse esset filius
dei qui filius hois/ et fili⁹ hois q̄ filius dei:
ac sic in nature humane susceptiōe fieret q̄/
dammodo ipsa gratia illi homini natura/
lis:que nullum peccatu3 posset admittere.
Que gratia ꝓpterea per spiritūsanctū fue/
rat significāda:quia ip̄e ꝓprie sic est de⁹/vt
dicat etiā dei donū. Unde sufficiēter loqui
ꝓlongū esset:si tamen id fieri potest/ valde
prolixe disputationis est.

Quō christus nec originale nec ꝓpriū habēs peccatum/ factus sit pro nobis ipse peccatum: Ca.XLI.

Nulla igitur voluptate carnalis con
cupiscentie seminatus siue concē/
ptus:⁊ ideo nullū peccatū origina/
liter trahēs:dei quoq3 gratia verbo patris
vnigenito: non gratia filio / sed natura in
vnitate persone modo mirabili ⁊ ineffabili
adiunctus atq3 concretus: et ideo nullum
peccatū ⁊ ipse cōmittens:tamen propter si/
militudinē carnis peccati/in qua venerat:
dictus est ⁊ ipse peccatum sacrificandus ad
diluenda peccata. In vete ri quippe lege
peccata vocabantur sacrificia pro peccatis: Osee.4.b.
Quod vere iste factus est/cuius erant vm/
bre illa. Hinc apostolus cū dixisset: Obse/ 2.Cor.5.d.
cramus pro christo reconciliari deo:conti/
nuo subiunxit atq3 ait: Eum qui non noue/
rat peccatū/pro nobis peccatū fecit:vt nos
simus iusticia dei in ipso. Nō ait/ vt in qui/
busdam mendosis codicibus legitur:is qui
nō nouerat peccatū/pro nobis peccatū fe/
cit: tanq̄ pro nobis christus ipse peccaue/
rit:sed ait: Eum qui nō nouerat peccatū:id
est christum/ pro nobis peccatū fecit deus/
cui reconciliandi sumus:hoc est sacrificium
pro peccatis/per qd̄ recōciliari valeremus.
Ipse ergo peccatu3 vt nos iusticia: nec no/
stra/ sed dei:nec in nobis/ſ; in ipso:sicut ip̄e
peccatum non suum/sed nostrum:nec in se/
sed in nobis cōstitutu3:similitudine carnis
peccati/in qua crucifixus est demonstrauit:
vt quoniam peccatū ei nō inerat: ita quo/
dammodo peccato moreretur du3 moritur
carni:in qua erat similitudo peccati:et cum
sm̄ vetustatem peccati nunq̄ ipse vixisset:
nostrā ex morte veteri qua in peccato mor/
tui fueramus reuiuiscentē vitam noua sua
resurrectione signaret.

Qr mors et resurrectio christi sacramentum baptismi significent:

i Psum est qd in nobis (Ca.XLII. celebraf magnū baptismatis sacramentū: vt quicūqʒ ad istam ptinent gratiā/moriank peccato: sicut ipse peccato mortuus dicif: quia mortuus est carni: hoc est pctī similitudini: ⁊ viuāt de lauacro renascēdo/ sicut ipse de sepulchro resurgēdo/ quālibet corporis etatē gerant.

Qr generaliter omi etati necessariū sit christi baptisma: Ca.XLIII.

De cōse.dis.4. c.paruulo. 4.sen.dis.4. ca.1.

a Paruulo enim recens nato vsqʒ ad decrepitū senem/sicut nullus prohibendus est a baptismo: ita nullus ē qui nō peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tm̄ originali: maiores autē etiā his omnibus moriunf peccatis quecūqʒ male viuendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt.

Quō plerūqʒ maiores singulariter mori peccato dicuntur in baptismo/ cū habeant propria plura peccata: econtrario paruuli in remissionem peccatorū dicantur baptizari: Ca.XLIIII.

f Ed ideo etiaʒ ipsi peccato mori plerūqʒ dicunf: cū proculdubio nō vni sed multis peccatis omnibusqʒ moriank/ quecūqʒ iam ppria cōmiserūt/ vel cogitatione/ vel locutiōe/ vel opere: quia etiā p singularē numerū pluralis numer⁹ significari solet: sicut ait ille: Uterqʒ armato milite complent: quis hoc multis militib⁹ fecerint. Et in nostris litteris legif: Ora ergo ad dominū vt auferat a nobis serpentem: Non ait serpētes/ quos patiebaf populus vt hoc diceret: ⁊ innumerabilia talia. Cum vero ⁊ illud originale vnū plurali numero significaf: qn̄ dicim⁹ in peccatorū remissionem baptiçari paruulos: nec dicimus in remissionē peccati: illa est econtraria locutio/ qua per pluralē locutionē significaf numerus singularis. Sicut de herode mortuo in euāgelio dictū ē: Mortui sunt em̄ q̄ querebant animā pueri: Non dictū ē/ mortuus ē. Et in exodo: Fecerūt inq̄t sibi deos aureos: cū vnū vitulū fecerint tm̄: de q̄ dixerūt: Hi sūt dij tui isrl̄: q̄ eduxerūt te d̄ terra egypti: Et hic ponentes pluralē p singulari.

Eneid.2. Nume.21.b. 2.sen.dis.33. ca.et q.et ca.alioquin Matth.2.d. Exo.32.b.

Quō in illo vno peccato qd per vnū hoiem intrauit in mūdū inueniank plura pctā. Ca.XLV.

Roma.5.b.

q Uamuis ⁊ in illo peccato vno qd p vnum hominē intrauit in mundū: ⁊ in oēs hoies ptrāsijt: ppter qd etiā paruuli baptiçanf/ possint itelligi plura peccata/ si vnū ipsum in sua quasi mebra diuidaf singula: Nā et superbia est illic: quia hō in sua potius esse/ qʒ in dei potestate dilexit. Et sacrilegium: quia deo nō credidit. Et homicidiū: quia semetipsū p̄cipitauit in mortē. Et fornicatio spiritalis: quia integritas mētis humane serpētina suasione corrupta est. Et furtū: quia cibus phibitus vsurpat⁹ est. Et auaricia: quia plusqʒ illi sufficere debuit appetiuit: ⁊ si qd aliud in hoc vno admisso diligenti ꝯsideratione inueniri potest.

2.sen.dis.33. ca.q vero Gen.3.

Qr nō inaniter dicatur peccatis parentū filios obligari/ nisi gratia diuinaqʒ misericordia succurrat.

p Arentum qʒ peccatis (Ca.XLVI. paruulos obligari: nō solū primorū hominū/ sed etiā suorū de q̄bus ipsi nati sūt/ nō improbabiliter dicif. Illa q̄ppe diuina sentētia: Reddā peccata patrū in filios/ tenet eos vtiqʒ anteqʒ p regenerationem ad testamentū nouū incipiāt ptinere. Qd testamentū pphetabaf cū diceref per ezechielē: nō accepturos filios peccata patrū suorū: nec vlterius futurā in israel parabolā illā: Patres mādu cauerūt vuam acerbam: ⁊ dentes filiorū obstupuerūt. Ido em̄ quisqʒ renascif/ vt soluaf in eo q̄cq̄d peccati est cū quo nascif. Nam pctā q̄ male agendo postea cōmittunf: possunt ⁊ penitēdo sanari: sicut etiā post baptismū fieri videm⁹: Ac p hoc nō ob aliud est instituta regeneratio: nisi q: vitiosa ē generatio: vsqʒ adeo/ vt etiā de legitimo matrimonio pcreat⁹ dicat: In iniq̄tatib⁹ conceptus sū ⁊ in peccatis mater mea me in vtero aluit. Neqʒ hic dixit: In iniq̄tate vel peccato: cū ⁊ hoc recte dici posset: sʒ iniq̄tates ⁊ pctā dicere maluit: Quia ⁊ in illo vno qd in oēs hoies ptransijt: atqʒ tā magnū est/ vt in eo mutaref ⁊ cōuerteref in necessitatē mortis humana natura: sicut supra disserui reperiunf: plura pctā et alia parētū: q̄ etsi nō ita possūt mutare naturā: reatu tm̄ obligant filios/ nisi gratuita gratia ⁊ misericordia diuina subueniat.

Exo.20.a. Ezech.18.e. Ibidē.a.et Hiere.31.e. Ps.50. Roma.5.b.

Non esse temere definiendum vtrū pctā parentū ab adā vsqʒ ad patreʒ vniuscuiusqʒ/ an in tertiam aut quartā generationem/ an alio aliquo mō imputenf. Ca.XLVII.

f Ed de peccatis aliorū parentū: quibus ab ipso adā vsqʒ ad patrē suuʒ/ pgeneratorib⁹ suis q̄sqʒ succedit: nō imerito disceptari potest: vtruʒ omniū ma/

lis actibus & multiplicatis delictis origina libus/qui nascitur implicet: vt tanto peius quanto posteri⁹ quisq; nascat: An ꝓpterea
Exo.20.a. deus in tertiã & quartã generatione de pec/catis parentũ eoꝝ posteris cõminet: qꝛ irã suã q̃ztũ ad ꝓgeneratoꝝ suorũ culpas non extendit vlteri⁹ moderatione miserationis
2.sen.dis.33. ca.de hoc suę: ne illi q̃bus regenerationis gratia non cõfert/nimia sarcina in ipa sua ęterna dam natiõe pmerent/si cogerent ab initio gene/ris humani omniũ p̃cedẽtiũ parentũ suorũ originaliter peccata cõtrahere: & pęnas pro eis debitas pendere: An aliud aliquid in re tanta de scripturis sanctis diligẽtius pscru tatis atq; tractatis / valeat vel nõ valeat re/periri: temere nõ audeo affirmare.

Nullũ ab originali peccato posse saluari/nisi per mediatorẽ dei et hominũ christũ iesum: Ca.XLVIII.

2.sen.dis.33. ca.b q̃ri solet
i Llud tamen vnũ pctm̃/qḋ tam ma/gnũ in loco & habitu tantę fęlicitatis admissũ ẽ: vt in vno hoie originali/ter atq;/ vt ita dixerim/radicaliter totũ ge/nus humanũ dãnaret: nõ soluit ac diluitur
1.timoth.2.b. nisi per vnum mediatorẽ dei et hominũ ho minẽ christũ iesum: q̃ solus potuit ita nasci vt ei opus nõ esset renasci.

Neminẽ renasci in baptismate iohãnis quod christus humilitatis causa sicut mortis dispensationem suscipere voluit: Ca.XLIX.

De cõse.dis.4. c.non regenerabantur.
n On em̃ renascebant/ q̃ baptismate iohãnis baptiçabant: a quo et ipse baptiçatus est: sed quodã p̃cursorio
Matth.3.a. illi⁹ ministerio q̃ dicebat: Parate viã dño: huic vni in quo solo renasci poterant para/bant. Hui⁹ em̃ baptism⁹ est nõ in aq̃ tm̃: si/cut fuit iohãnis: verũetiã in spũsancto: vt de illo spiritu regeneret quisq; in christum credit: de quo christ⁹ generat⁹ regeneratio/ne nõ eguit. Unde vox illa patris quę sup
Ibidem baptiçatũ facta est: Ego hodie genui te: nõ vnũ illũ tpis diẽ q̃ baptiçat⁹ ẽ: sed immuta/bilis ęternitatis ostendit: vt illũ hominem ad vnigeniti psonã ptinere mõstraret: Ubi em̃ dies nec hesterni fine inchoat/nec initio crastini terminat/ semp hodiern⁹ est. In aq̃ ğ voluit baptiçari a iohãne: nõ vt ei⁹ iniq̃/tas vlla dilueret: sed vt magna cõmẽdaret humilitas. Ita q̃ppe nihil in eo baptismus qḋ ablueret/sicut mors nihil qḋ puniret/ in uenit: vt diabolus veritate iusticię/nõ vio/lentia potestatis oppressus & vict⁹: qm̃ ipm sine vllo pcti merito iniq̃ssime occiderat / p ipsum iustissime amitteret quos pcti meri/to detinebat. Utrũq; igit ab illo.i. & baptis/mus & mors certe dispensationis causa/nõ miserãda necessitate: sed miserante potius voluntate susceptũ est: vt vn⁹ pctm̃ tolleret mundi: sicut vn⁹ pctm̃ misit in mundũ: hoc est/ in vniuersum genus humanũ.

Christi gratia nõ solũ originale peccatũ/sed cũcta simul abstulit que addita inuenit: Capitulũ.L.

n Isi q, ille vnus vnum pctm̃ misit in mundũ: iste vero vn⁹ nõ solũ vnum illud/sed cũcta simul abstulit q̃ ad/dita inuenit. Unde dic apls: Nõ sicut p vnũ Roma.5.c.
peccantẽ: ita est & donũ. Nã iudiciũ quidẽ ex vno in cõdẽnationẽ: gratia autẽ ex mul/tis delictis in iustificationẽ. Quia vtiq; il/lud vnũ qḋ originaliter trãhit/ etiã si solũ sit: obnoxios damnationi facit: gr̃a vero ex multis delictis iustificat hominẽ: q̃ p̃ter illud vnum qḋ cõmuniter cũ oibus originaliter traxit/sua q̃z ꝓpria multa cõmisit.

Omnẽ ex adã natũ in dãnatione detineri: & oẽm in christo renatum a dãnatione liberari: Ca.LI.

v Erũtamẽ qḋ paulopost dicit: Sicut Roma.5.d.
p vni⁹ delictũ in oẽs hoies ad cõdẽ/nationẽ: ita & p vnius iusticiã in oẽs hoies ad iustificationẽ vitę: satis indicat ex adam neminẽ natũ / nisi damnatione deti/neri: et neminẽ nisi in christo renatũ a dam/natione liberari.

Qualiter mysteriũ baptismi in cruce christi apl's cõmẽdauerit: in quo maiores & paruuli liberãtur: Ca.LII.

d E qua p vnũ hoiem pęna & p vnũ hominẽ gr̃a cũ locut⁹ fuisset q̃ztũ illi epistolę suę loco sufficere iu/dicauit: deinde sacri baptismatis i cruce chri/sti grãde mysteriũ cõmẽdauit/eo mõ/ vt in/telligam⁹ nihil aliud eẽ in christo baptismũ nisi mortis christi similitudinẽ: nihil autem aliud mortẽ christi crucifixi/nisi remissionis peccati similitudinẽ: vt quẽadmodũ in illo vera mors facta ẽ: sic in nobis vera remissio pctõꝝ: et quẽadmodũ in illo vera resurre/ctio: ita i nobis vera iustificatio. Ait enim: Quid ğ dicem⁹? Permanebim⁹ in pctõ vt Roma.6.a.
gr̃a abũdet? Dixerat em̃ supi⁹: Ubi em̃ ab/ Roma.5.d.
undauit pctm̃ supabũdauit gr̃a. Et ideo q̃/stionẽ sibiipsi ꝓposuit: vtrum ꝓpter abun dantiã grę cõsequendã in pctõ sit pmanen dũ. Sed r̃ndit: Absit. Atq; subiecit: Si mor Roma.6.a.
tui sum⁹ pctõ/quõ viuemus in illo? Deinde De cõse.dis.4.
vt oñderet nos mortuos eẽ pctõ: An igno/ c. vt ostẽderet
ratis inq̃t: qm̃ q̃cunq; baptiçati sumus in christo iesu/in morte ipsi⁹ baptiçati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse pctõ:

quia in morte christi baptizati sumus: profecto et paruuli q̄ baptizant in christo/ pctō moriunt: q2 in morte ipsi᷒ baptizant. Nullo em̄ excepto dictū est: Quicūq3 em̄ baptizati sum᷒ in christo iesu:i morte ipsi᷒ baptizati sum᷒: Et ido dictū ē: vt pbaret mortuos nos eē pctō. Cui aūt pctō pnuli renascēdo moriunt: nisi qd̄ nascēdo traxerūt? Ac p hoc etiā ad ipsos ptinet quod sequit dicēs: Cōsepulti em̄ sum᷒ illi p baptismū i mortē: vt queadmodū surrexit christ᷒ a mortuis p gloriā patris: ita et nos in nouitate vite ambulem᷒. Si em̄ cōplantati facti sum᷒ similitudini mortis ei᷒/ simul et resurrectionis erimus: hoc scientes/ q2 vetus hō noster simul crucifixus ē, vt euacuet corp᷒ peccati: vt vltra nō seruiam᷒ peccato. Qui em̄ mortu᷒ est iustificat᷒ est a pctō. Si autē mortui sumus cū christo: credim᷒ q2 simul etiā viuem᷒ cū illo: sciētes q2 christ᷒ resurgēs a mortuis iā nō morit/ et mors illi vltra non dn̄abit. Quod em̄ mortuus ē pctō/ mortuus ē semel: quod autē viuit/ viuit deo: Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuere autem deo in christo iesu. Hinc em̄ probare ceperat nō esse nobis pmanēdū in peccato: vt gratia abundaret: et dixerat: Si mortui sumus peccato: quō viuem᷒ in eo? Atq3 vt ostenderet mortuos nos esse pctō/ subiecit: An ignoratis q̄m q̄cunq3 baptizati sumus: in christo iesu/ in morte ill᷒ baptizati sum᷒? Sic itaq3 totū locū istum cōclusit vt cepit. Mortē quippe christi sic insinuauit: vt etiā ipsum mortuū dixeret esse pctō. Cui pctō/ nisi carni: in q̄ erat/ nō pctm̄/ sed similitudo pcti: et ideo nomine appellat pcti? Baptizati itaq3 in morte christi/ in q̄ nō solū maiores verū etiā paruuli baptizant/ ait: Sic et vos: id est/ quemadmodū christus: sic et vos existimate vos mortuos esse peccato: viuere autē deo in christo iesu.

Roma.6.a.

De ꝯse.dis.4. c. vt ostēderet

Roma.6.b.

Quid significet ea q̄ in cruce/ sepultura/ resurrectione/ et ascensione christi gesta sunt: Ca.LIIII.

